MERULA

—

ENERRA-
TIONES

VENICE
1478

AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM DE MONTEFERETRO VRBINI DVCEM: GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI PRAEFATIO IN SATYRARVM IVVENALIS ENARRATIONES.

SI in enarrandis poetis: quorum eruditio multiplex uaria: atque recondita habetur: recentiores magistri priscos grammaticos imitati forent: profecto abditos sensus indagassent: & obscuras ac difficiles quæstiones aliquando explicuissent. Illi.n. attentiore cura illustrium scriptorum opera reuoluentes ex obseruatione eorum: quæ legissent ad exponendos poetas accessere. At nostri litteratores insolentiæ: atque imperitiæ pleni: quasi omnia nouerint: quicquid in latinis litteris occultum atque abstrusum habetur palam interpretari ausi sunt: quorum impudens temeritas cum rei latinæ: tum maxime discipulis plurimum obfuit. Hi.n. de præceptoris sententia cum deiici non patiantur: quæ semel didicerunt malunt pertinacius defendere: & in falsa opinione perseuerare quam ueritate cognita maximis erroribus liberari: hinc latinæ litteræ: in quibus subleuandis omni conatu quidam laborant: per inertiam & docentium arrogantiam uix erigi possunt: Quam rem sic esse sine controuersia percipiemus: si paulo diligentius ea rimari uoluerimus: quæ nostra & patrum memoria grammatici dum iuuenalis satyras explanarent: discipulis annotanda tradiderunt: Non enim uaria & discrepantia: sed falsa pleraque ac ridicula sensere. Verum quid nos ea exagitamus quæ sine nomine iaceant? cum nouissime duo prodierint commentarii cum auctorum titulis: qui ex ueterum scriptorum sententia & auctoritate: cum certius quiddam quam superiores attulerint supramodum elati: exposuerint ne: an magis has satyras perturbauerint haud facile dixerim: nam summa dissensione certantes: dum nimis petulanter se inuicem conuitiis lacerant: ea fere quæ altissimæ eruditionis sunt: & ad intelligendas satyras necessaria præteriere. Quare in tanta uarietate & dissensione exponentium: qui interim uera falsis remisceant: rogantibus amicis quæ ad instruendam nobilis poetæ expositionem annotassem: emittere tandem uolui. Verum ut honestius in publicum exeant: & cum nouitatis gratia auctoritatem quoque apud lectorem habeant: tibi Princeps inclite Federice dux Vrbinas dicare uolui. At dicet aliquis: quid cum iuuenale federico in maximis belli & pacis negociis exercitato: quem in armis uelut alterum Martem hostes exhorruere: nunc uero ceu pacis & belli arbitrum uniuersa habet & reueretur italia? Huic ego sic responsum uelim: unum esse iuuenalem: quem principes in primis legere: immo ediscere debent: si uolunt uitam suam ad romanorum mores & instituta componere.

In hoc enim poeta discitur per quos uiros & mores inclyta roma rerũ potita sit:tum uero pro conditione & statu hominum uitia corripiuntur:quibus populus gentium uictor amissa libertate: & diminuto imperio corruerit.Hæc ergo non leget federicus? qui romanorum procerum exemplo res italas armis moderetur:honestisque moribus illustret:& quem uiuentem: si aut græcorum aut romanorum consuetudine mortalem in deos referre liceret:iam in templa recepissemus:ut ei gratiæ:quæ par meritis referri non potest: honor saltem exolueretur: Etenim quando tibi Calabria atque Apulia Federice debere desinet?quas teras post Alphonsi regis mortem tumultuantes & res nouas molientes:ad fidem & obsequium regium debellatis diuersarum partium copiis redegesti: regnumque illud neapolitanum seditionibus uexatum & intestinis bellis afflictum tua tandẽ opera pacatum atque quietum redidisti.Quid omnis italia? persoluet ne unquam ꝗ debet?Cui fessæ pacem & tranquillum rerum statũ dedisti.cum iam missis ĩ flaminiam copiis principes quodammodo inter se de imperio dimicarent. Quid quod mox fusis auctoritate tua in piceni finibus hostibus:quicquid belli reliquum erat sustulisti?In etruriam uero a florentinis accersitus uolateranos nouo inuento metallo elatos & rebellantes prius expugnasti:quam aut se obsidione cingi:aut tormenta admoueri existimarent: Hac nimirũ uia laborantibus rebus quotiens opus fuit:subueniens:æternam apud gentes gratiã æternũmque nomẽ tibi comparasti. Domi autem & ĩ ocio liberales artes amplexus ad erigẽdas disciplinas fouendaque studia bibliothecam omni librorum genere ornatissimam publicare statuisti.Quare cum amplissima quæque belli pacisque munera magnificentissime obeas:omnium litteris ĩmmortalitati consecrandus es: ac uelut exemplar perfectissimi principis posteris proponendus: ut illorum quoque moribus prodesse possis.Sed ut ad enerrationes nostras reuertar:non ignoro princeps illustrissime neqꝫ inficior non nulla me transiuisse quæ nobilis poeta tangat neque enim hoc tempore quo pauci admodum extant libri: quibus ueterum rerum memoria continetur:& si plurima uaria & diligens nostra fuerit lectio: omnia conquirere & consequi potuimus.Quare non me quisquam aut sibi aut poetæ iniuriam fecisse putet: si aliquid forte eorum repererit: quæ a nobis preterita sunt. At quanto accuratius quam cæteri ea exquisiuerimus:quæ ad exponẽdum poetam pertineant:ut celeriter iudicari possit.sparsa per satyras super quæ aut falsa senserint: aut nihil dixerit commentatores:huic meæ prefationi subiungere uolui.

Scriptus & in tergo nec dum finitus orestes
Vigilanti stertere naso.
Prætoria mensas. Quid prætoria.
Crudum pauonem in balnea portas.
Ille supcilium madida fuligine tinctũ Obliqua producit acu.
Et præbere caput domina uenale sub hasta
Portandum ad busta cadauer.
De puluino surgat equestri.
Similemq; uidebis orchestram & populum
Centum conuiuæ sequitur sua quęq; culina
Quid strigilis & guttus
Aequantẽ sane paribus sestertia libris
Plura uidemus Quæ miser & frugi non fecit apicius
Tamen hic pperat uelut urgeat auster
Rapta properabat abolla pegasus
Ostrea calebat primo dephendere morsu.
Salua sit artocopi reuerentia.
Aut glacie aspersus maculis tiberinus.
Soluitur his magno comœdi fibula
Veteri centone lupanar. quid cento.
Maxima rursus murina.
Quæ gẽma nunc murina: & ubi habeatur.
Dedit hũc agrippa sorori
Obseruant ubi mero pede sabbata reges.
Fœmineũ ceroma. quid ceroma. Dic quintiliane colorẽ
Atq; coronatum & madidũ petulansq; tarẽtũ
Cum farre & uino ianum ueståq; rogabat
Quæ xerampelinæ uestes
Longi relegit transuersa diurni
Cum grege linigero circundatus & grege caluo Plangẽtis populi
Ante tamen de te tanaquil tua
Veniet qui publica fulgura condet
Dicturus dubia pro libertate bubulco iudice.
Quis color quod causæ genus aut ubi sũma questio
Et plures uno conclamant ore sophistæ
Et ueras agitant lites.
Raptore relicto fusa uenena silent
Malus ingratusq; maritus.
Fies de rhetore consul.
Atq; secundi carinatis.

Et cum se uerterit annus: Quæ hippona dea:
Vocem damasippe locasti syppario
Laureolũ uelox etiam bene lentulus egit Troica nõ scripsit.
Ausi quod deceat tunica punire molesta.
Sufficiunt diis infernis terræq; parenti.
Seiani historia ex dione græco in latinum cõuersa: sine qua quæ
scribit poeta de Seiano intelligi non possunt
Quod Nortia fortuna sit.
Quem sequitur custos angustæ uernula capsæ
Atq; suos iam dextra computat annos
Curandum est ut sit mens sana in corpore sano
Qui meminit calide sapiat quid uulua popinæ
Quis proprie structor
Quid phenicopterus: & quid oryx.
Et fragor aurẽ percutit. Euentũ uiridis quo colligo pannũ
Hic multa de suetonio & martiale nõ intellecta aperiuntur
Quod elephas dicatur lucas bos
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam
Stoica dogmata nouit a cynicis tunica distantia
Et eodẽ iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente.
Quid cucurbita. Cur item dixerit
Semodio scobis emendat seruulus unus:
Quæ herculis & fortunæ ædes.
Quod sabbatum sit dies saturni.
Oceani monstra & iuuenes uidisse marinos
Calide referemus mœnia copti:
Vbi enarratur illud Statii in siluis
Cur uada residant: & ripa coerceat undas
Cecropio stagnata luto
Inuidiam facerent nolenti surgere nilo
Et samia genetrix quæ delectatur harena.
Nec res atteritur longo sufflamine litis.

Nec tamen cætera spreueris lector
Poetæ Vita.

Iuuenalis satyrarũ scriptor illustris aqnas fuisse magis ex eõ uersu q̃ sub Vmbricii p̃sona legit: q̃ alio scribẽte cognoscit. Quibus autẽ parẽtibus genitus: ubi enutritus: quibusue præceptoribus operã dederit adhuc certo nõ legimus: & si q̃dã cõiiciãt Quĩtiliani discipulũ fuisse atq; ab eo uerecũde laudatũ: cũ enũeratis tribus satyrarũ auctoribus

nomina supprimēs dicat: claros esse satyræ scriptores & q olim noīa buntur: Quod a ueritate nō longe abest: siquidē iisdē tēporibus ābo floruerunt sub flauiorum uidelicet imperio: Quam rē facillime ii cognoscent: qui ætatē earū psonarū: quæ in satyris legunt: diligētius scrutati fuerint. Sunt qui scribant hunc poetam ī scholis causas declamasse: quod & ipse īnuere imo testari uidetur: cū ait: & nos consiliū dedimus Syllæ. Quod autē parī pantomimū carmine suo taxauerit: & hoc nomine relegatus: & ī exilio mortuus fuerit. parū nobis cōstat: Vnde eos reqrimus scriptores: quorū testimonio quidā freti hæc scribāt. Martialis uero epigrāmatō scriptor egregius Iuuenalis cuiusdā memīt: quē potius nomine. q̄ alio argumēto hūc esse colligimus. Alia ab hoc poeta conscripta opera nō legimus præter hos quīq; satyrarū libros: ī quibus nō minus laudis adeptus ē: q̄ Lucilius: aut Horatius: nisi forte magis latinam satyram illustrauit. de cuius origine pauca quædam pro tempore altius repetenda sunt.

De Satyrica fabula duabusq; satyris.

Satyrica primū apud græcos: ut ueteres scriptores tradūt fabula fuit: a qua & uis & appellatio fabulæ in latinos deriuauit: in hac non heroes: aut reges: quod tragici faciunt: sed satyri ludendi iocandiq; causa inducebantur: simul etiam ut spectator inter res graues ioco ac lusu aliquo reficeret. Erāt aūt huius fabulæ: psonæ ut Iulius pollux tradit Satyrus tum canus tum barbatus: & silenus pater. De Hercule item confectam satyram græci grammatici tradunt. Agebatur autem hæc fabula in theatris quemadmodum tragœdia atque comœdia: cuius scæna auctore Victruuio arboribus speluncis montibus reliquisque agrestibus rebus in topiarii speciem deformatis ornabatur. De fabula personisque huiusmodi intellexisse uidetur Horatius in arte poetica hæc scribens.

Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.
Mox etiam agrestes satyros nudauit: & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit: eo quod
Illecebris erat: & grata nouitate morandus
Spectator: functusq; sacris. & potus: & exlex. Et item
Verum ita lusores ita cōmendare dicaces
Conueniet satyros: ita uertere seria ludo
Neu quicūq; deus quicūq; adhibebitur heros
Regali conspectus in auro nuper & ostro
Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Dionysius uero alicarnaseus ludos factitasse Ro. scribit: in quorum pompa chori satyristarum in silenorum speciem ageretur ornatu & amictu satyrico: nititurq; probare romanis conuicialem: mordacē

atq; ſatyricã diſciplinã quãdã ueterẽ & gentilẽ fuiſſe: quã rẽ declarãt cõuitia: quæ in formã iãbici carminis in triũphãtes ilocalariter dicerẽtur: a quorũ licẽtia nomẽ latinæ Satyræ inditũ putamus: hinc itẽ theatrales oẽs fabulæ uno noĩe Satyræ ab hiſtoricis noſtris appellatæ fuerunt. Fuit autẽ auctoribus Liuio atq; Valerio maximo: primũ apud Romanos Satyra deſcripta cantu motuq; cõgruẽti peracta: abs qua auſus eſt primus Liuius argumẽto fabulã ſerere. Sed Satyrarũ duo fuerẽ genera. Primũ nõ ſola carminũ uarietate mixtũ (ut Quĩtilianus tradit) ĩ quo carminis genere claruere apud græcos Demetrius qdam poeta: ut Laertius & Xenocrates ut Apuleius auctor eſt. A. itẽ Gellius Menippũ ſeruũ ſcribit fuiſſe: cuius libros. M. Varro ĩ ſatyris emulatus ẽ: quas alii cynicas: ipſe appellauit Menippeas: hoc ſatyræ genus a græcis excogitatũ latini celebrauere. Altera uero ſatyra: ut Diomedes ait: maledicũ carmẽ: & ad carpẽda hominũ uitia Archeæ Comœdiæ charactere cõpoſitũ. Quale ſcripſerũt Lucilius Horatius: & Perſius. Dicta autẽ ſatyra: ſiue a ſatyris: quod ſimiliter ĩ hoc carmĩe ridiculæ res pudẽdæq; dicũtur: quæ uelut a ſatyris pferãtur & fiunt: Siue a ſatyra lance: quæ referta uariis multiſq; primitiis ĩ ſacrificiis cereris ĩferebatur: & a copia aut ſaturitate rei: ſatyra uocabatur: cuius generis lãciũ & Virgilius meminit: cũ hoc modo dicit. Lancibus & pãdis fumãtia reddimus exta: Et lãceſq; & liba feremus. Siue a quodã genere farciminis: quod multis rebus referciebatur ſatyrã dicit Varro uocitatam Eſt autẽ hoc poſitũ ĩ ſecũdo libro plautinarũ quæſtionũ. Satyra eſt uua paſſa: & polẽta: & nuclei pinei ex muſto cõſperſi. Ad hæc alii addũt de malo punico grana. Alii autẽ dictam putãt a lege ſatyra: quæ uno rogatu multa ſimul cõphẽdit: q ſcilicet & ſatyrica carmĩa multa ſimul poemata cõprehẽdũt: cuius ſatyræ legis Lucilius meminit ĩ prĩo. Per ſatyrã ædilẽ factũ qui legibus ulnat. & Saluſtius ĩ iugurtha Deĩde quaſi p ſatyrã ſentẽtiis exquiſitis ĩ deditionẽ accipitur. Sed qa hic ſcriptor figura & ſtilo priſcæ comœdiæ ſatyrã ſcribit confectã fuiſſe: illud addimus: priſcã fuiſſe comœdiã: ĩ qua grauioribus uerbis: & apte hominũ uitia ĩceſſere licebat. Qua ſane licẽtia Eupolis: cratinus: & Ariſtophanes populariũ ſuorũ flagitia notauerũt: quam rem Horatius his uerbis teſtatur.

Eupolis atq; cratinus Ariſtophaneſq; poetæ
Atq; alii: quorũ comœdia priſca uirorum eſt
Si quis erat dignus deſcribi q malus: aut fur:
Quod mœchus foret: aut ſicarius: aut alioquin
Famoſus multa cum libertate notabant:
Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus
Mutatis tãtũ pedibus numeriſq; facetus Emunctæ naris.

ENARRATIO PRIMAE SATYRAE.

s EMPER EGO AVDITOR: CAVSAS hic primum reddit: cur relicta frequēti poetarum materia satyras potissimum sit aggressus: Quod scilicet per urbis uicia scribendæ satyræ amplissimus campus detur. Immo hercule quanlibet iners & durus a scribendo temperare uix posset: quum ubiq; crimine famosus: & notatione dignus occurrat. Sed quāq̄ prisca illa absit libertas crimina & scelera uiuentium simpliciter describendi: tamen ingenii sui uires in eos experietur: qui iampridem mortui sunt. Semper ego auditor: indignantis uerba: utpote semper audientis: & nūq̄ scripturi: Quo principio fere satyrici usi sunt. Horatius. Quid fit mœcenas. Persius: O curas hominū. Reponā: uel scribam: uel reddam. Nam & in reddendi significatione reponerē legitur. Plautus in persa. Des mihi nummos sexcentos: quos pro capite illius pendam: quos continuo tibi reponā in hoc triduo: aut quatriduo. Horatius in epistolis. Inspice si possum donata reponere lætus. Et auctore Seneca ad Lucilium: prisci signate dixerunt: id reponi quod creditori debemus. Ergo uelut debitor: quod audiuerit creditori reponet: si recitandum quippiam scripserit. Nec ignoro alias esse huius uerbi significationes: quæ in opere suis locis aperientur.

Reponο

Vexatus: crebra recitatione: & longa. Nam ut iunior scribit Plinius: Annus quidam illis forte tēporibus magnum prouentum poetarum attulerat: adeo ut toto mēse aprili nullus fere dies quo nō r̄citaret aliquis. Theseide: fabula de theseo celebratissima. Forma ē patronymica: ut ab ænea æneis. Codri: aut poetæ d̄ quo ī fra. Lectus erat codro Procula minor. Vel allusit ad illud Virgilii. Rumpantur ut ilia codro. Rauci: male sonantis: uel assidua recitatione rauci.

Codrus.

Impune: sine ui & effectu: quale est illud Terentianum in Ecyra. Impune istud optare tibi licet? Et erit sensus. Ergo nihil effecerit passim & quodammodo sine ui recitantes: si nihil reposuero. Nam & impune sine ui: & passim significare quandoq; uidetur. Horatius: Opturem patulas ī pune legentibus aures. Togatas: Fabulæ secūdū ritus & habitus hominum nominabantur. Romanæ enim togatæ dicebantur: quia toga romana est Sic græcas fabulas ab habitu æque palliatas Varro ait nominari. Sed Diomedes diligens grammaticus hoc notat. Quū togatæ sint generis nomen: pro tabernariis nō modo

Togatæ fabulæ & palliatæ.

communis error uſurpat.qui Afranii togatas appellat:ſed & poetæ:
ut Horatius.uel qui prætextas : uel qui docuere togatas. Seneca ad
Lucilium.Inter comedias & tragœdias togatos noſtros annumerat:
utpote:qui ſeueritatis aliquid habeant Togatarum genera quatuor
eſſe aiunt:Sunt enim togatæ:quæ prætextatæ dicuntur : in quibus ĩ
peratoris negocia agebant:& publica:& reges romani:uel duces indu
cuntur perſonarum dignitate:& ſublimitate tragœdiis ſimiles.Præte

Prætextatæ.

xtatæ autem dicuntur:quia fere regum:uel magiſtratuum ĩ eiuſmo
di fabulis acta comprehenduntur. Secundum genus togatarum ta

Tabernariæ

bernariæ dicuntur humilitate perſonarum:& argumentorum ſimili
tudine comediis pares:in quibus non magiſtratus:regeſue:ſed humi
les homines:& priuatæ domus inducuntur:Quæ quod olim tabulis
tegerentur:communiter tabernariæ uocabantur. Tertium genus A

Atellanæ

tellanæ.Quartũ planipedes:de quibus in ſequentibus dicemus. Ryn
tonicas eſſe alias comedias Donatus ſcribit:quas iam ferme quĩquẽ
nium Euſtachium ſequutus:dum obſcuriores quaſdam rei ruſticæ
uoces ĩterpretarer a Ryntone nugatore uiliſſimo tarẽtino : diximus

Rynton

appellari.Nam quum duplex eſſet lectio:modo enim Rynton : mo
do minton legebam:ex ingenio & uaria lectione aliquid aucupatus

Ryntonicæ

de Ryntone ſilere nolui·Quãq̃ poſtea apud Pollucem & Epheſtio
nem Ryntonem quendam legerim:non indoctũ eius comediæ : quã
Italicam uocauere:ſcriptorem fuiſſe. Thelephus:a Diodoro ſicu

Thelephus
Ex hercule
& Auge

lo traditur:ex Hercule & Auge Alei tegeattici filia natus.Hic myſo
rum rex:quum a myſia græcos arceret : ab Achille percuſſus in fœ
more:conſulto oraculo didicit:non aliter poſſe ſanari:niſi ab eo rep
cuteretur a quo uulnus accepiſſet.Ad achillem igitur profectus:no
uo genere medicinæ:& tunc primum excogitatæ:hoc eſt rubigine:ſi
ue ab ærea:ſiue a ferrea cuſpide fuerit:ſanatus eſt.Ita enim auctore
Plinio depingebatur:ex ea gladium decutiens.Et lacerat hoc loco eũ
poetam:qui in commode tragœdias a Thelepho:& Oreſte in latinũ
uerterat:reſpiciens ad ea:quæ apud Ariſtophanem in comedia legũ
tur:quæ inſcribitur βατραχι hoc eſt ranæ.Nam in ea fabula huiuſ
modi tragœdiæ grauiter taxantur apud inferos. Plena margine.
ſub fœminino genere protulit : quum alibi maſculino. Ouidius
metamorphoſeos primo.Longo Margine terrarum porrexerat am
phitrite. Scriptus & ĩ tergo.magnitudinẽ fabulæ ſignat:quæ ĩ tãtũ
excreuiſſet:ut in uolumine:niſi ſcripto tergo : contineri non poſſet.
Quod genus uoluminum opiſthographa priſci dixere. Plinius iu
nior ad Macrum de magnitudiue & multitudine uoluminum auũ
culi.Electorum quoq; commentarios centum ſexaginta reliquit.o

Opiſthogra
phon

piſthogtaphos quidem & minutiſſimis ſcriptos.Qua ratione multi

plicat hic numerus. Ergo episthographon appellat Plinius: quod hic in tergo scriptum. Fit autem ab οπισθεν: id est retro: & γραφω scribo. Nec dum finitus Orestes: Fabulæ nomen masculino genere dixit: Quum apud alios scriptores talium fabularum nomina fœminini generis habeantur. Terentius in eunuchum suam. De Oreste: qui materiam uberem scenis prebuit: multa a poetis finguntur: Quæ quod uulgatissima sunt silentio præterimus. Lucus martis: Apud Iustinum: atque Plutarchum legimus locum: in quo Mars Iliam uestalem uirginem compressit: Lucum martis a posteris appellatum fuisse. Antrum uulcani in septem insulis quæ sunt citra siciliam: ex aduerso metauri annis officinā uulcani fuisse poetæ tradiderunt: & præcipue in lipara: ubi Ioui fulmina fabricabātur tres cyclopes. Quæ insulæ Ephestiades a græcis: a nostris uulcaniæ dictæ & eoliæ: quod Eolus iliacis temporibus illic regnauit. Quid agant uenti: quibus imperitasse eolum scribit Homerus: Quos ī utre clausos Vlixi tradidit: ut ex uoto nauigare posset. Furtiuæ peliculæ: Aureæ pellis: quam Iason opera & auxilio Medeæ: furto surripuit: cæso serpente: & tauris edomitis. Illud addimus Iasonem primum longa naue nauigasse. Cuius rei Plinio tradente Philostephanus auctor est. Quantas iaculetur monychus ornos: Monychus unus centaurorum fuit: qui in bello contra lapithas cædentes centauros nouis uiribus Cenei: qui nullo uulnere confodi poterat: grauiter increpans quod ab uno uincerentur: qui uix uir esset obliti generis: & Ixionis patris. Tandem coniectis trabibus Ceneum obruit. De hoc sic ait Ouidius. Fecerat attonitos noua res: heu dedecus ingens Monychus exclamat. Et Lucanus. Aut te iactantem monychon ornos. Et tangit scriptorem belli: quod inter lapithas & centauros gestum est. Nec ignorandum monychō esse frequens epitheton apud Homerum de equis: μωνυχασ ιππουσ: Interpretatur enim monychus solidæ ungulæ: Sed quod quidam ait Monychum interfectum a Theseo: portui athenarum nomen dedisse. Et inde apud Ouidium legi. Hinc se substulerat paribus caducifer alis: Monichiosque uolans agros: gratamque mineruæ Despiciebat humum: uanissimum est. Quando munychios nō Monychios legendum sit. Erant enim munychia festa Palladis: ut Pollux refert: Inde munychii portus athenarum. Frontonis platani. Fronto tum bello: tum pace clarus. De quo Martialis

Vota tui breuiter si uis cognoscere Marci
Clarum militiæ fronto togæque decus.

Ad hunc diuertentes poetæ carmina sua adeo sæpe & multum recitabant: ut longa & crebra recitatione marmora rumperentur.

Ephestiades
Vulcaniæ

Platani: Platanus arbor olim in italia fuit ex alieno tamen petita orbe: Vt in naturali habemus historia: Vmbræ uidelicet gratia: Et tributarium detinẽs solum: ut gentes uectigal etiam pro umbra pen derent: Et quia uoluptuosa fuit platanus: ab Ouidio Genialis dici tur: hoc uersu: Et platanus genialis: acerq; coloribus impar. ¶ Con uulsa: rupta & fracta: Sic Virgilius: Et cantu querulæ rumpunt ar busta cicadæ. Clamant: resonant. Nouæ de imagine uocis di ctum Et assiduo ruptæ lectore columnæ: Quidam & pro idest exponunt: ut sit ephexegesis: non intelligentes apud Romanos do mos marmoribus incrustari: & intercolumniis marmoreis distingui

Expectes eadem a summo minimoq; poeta. Adeo communem: & preuulgatam hanc esse poetarum materiam dicit: Vt eam tã bo nus: q̃ malus poeta tractet: & sine discrimine tam summus: q̃ mini mus describat. Et nos ergo manum ferulæ subduximus: & argu entis particula est hoc loco & hic sensus: Ergo ut nihil scribamus: sed potius sileamus: ad grammaticos iuimus. Solẽt eĩm præceptores discipulorum manus: tum scutica: tum ferula cædere. Quod Domi tius Marsus de Orbilio dixit grammatico. Siquos Orbilius scuti ca ferulaq; cæcidit Et Martialis in apophoretis.

Scutica ferula

Ingratæ nimium pueris: gratæq; magistris
Clara prometheo munere ligna sumus.

Prometheus sane ferula ignem ioui surripuit: Vt poetæ finxerunt. Vel potius ut ueritas habet: ex ea ignem seruare docuit. Et fuit ue lut celebre priscorum prouerbium de iis: qui grammaticorum scho lam frequentassent: ferula græce ναρθηξ dicitur. Et per dimminuti onem nartetium. Et est annumerata a Plinio inter externos frutices Cuius eadem natura est: quæ aneto: & fructu similis. Nulli fruticũ leuitas maior. Ob id gestata facilius: baculorum usum senectuti preb&. Consilium dedimus Syllæ: Consilium dare suadere est:

Quid consilium dare

Quintilianus. Quum Ciceroni dabimus consilium: ut Antonium roget: Et significat se apud sophistas suasorias caũas tractasse. Nã in scholis plerunque huiusmodi suasorias iuuenes declamabant: Hoc est Ciceroni suadebant: ut philippicas exureret: uitam pollicẽ te Antonio: Et sextum pompeium ad pyraticam impellebant: Syl læ autem ut dictaturã deponeret consulebant. Quod autem has cõ trouersias declamarent: notat Quintilianus in tertio oratoriarum in stitutionum: sic dicens. Neque ignoro plerunque exercitationis gra tia poni & poeticas historias: Vt Priami uerba apud Achillem: Aut Syllæ dictaturam deponentis in contione: Innuitq; in hac parte poe ta: frustra grammaticis & oratoribus operam dedisse: si nihil scrip serit. Quidam hæc Quintiliani uerba non obseruantes: commenti

cios:& perinde ridiculos sensus excogitauerunt. Altum dormiret. profunde. Nam curis liberi altius dormiunt. Vel per transitum teti git: quod de Sylla legitur: cuius corpus quum se ipsum eroderet: & supplicium sibi gigneret supremo somno tantam fœditatem dissi mulabat ita ut quasi moreretur. Obiit.n.morbo qui pythiriasis dr.

Mors syllæ

Priuatus: sine dictatura & imperio. Stulta est clementia: si ideo a scribendo deteretur: quia uelit perituræ chartæ ignoscere. Et pru denter extenuat quæ scripturus est. Sic Martialis.

Scribere uersiculos miseras & perdere chartas.

Decurrer: satyrici subaudi carminis. Et est metaphora sumpta ab iis qui equos & quadrigas in cursum agitant. Flexit: perstat ĩ trãs latione. Flectuntur enim circa metas equi ab auriga. Aruncæ alũ nus: periphrasis Lucilii: ex arunca urbe geniti. Et hoc fuit illorum proprium: qui satyras tractarent: ut se ad exemplum Lucilii com ponerent. Martialis.

Audemus satyras lucilius esse laboras.

Lucilio quidam adeo dediti fuere: ut ei primas in satyra traderent.

Quũ tener uxorẽ ducat spado. Circunductus lõgo ambitu sermo Et est ordo: Non est difficile immo facile scribere satyram: quum tener spado ducat uxorem. Tener. mollis: & euiratus: aut impu bis. Spado & eunuchus græcæ sunt dictiones. Et ut diligentes græci notauerunt in nullo differunt: nisi ꝙ elegantius & magis atticum est eunuchum q̃ spadonem dicere. Fit autem spado a uerbo σπαω σπω quod est aufero & euello: ꝙ ab eo pars maxima uirilitatis e uellatur. Spadones uxores duxisse: & frustra in uenerem conatos: fa cete notat in hoc epigrammate Martialis.

Spado

Eunuchus

Cum sene communem uexet spado dindimus eglen
Et iacet in medio sicca puella toro:
Viribus hic operi non est: hic inutilis annis
Ergo sine effectu prurit uterq; labor.
Supplex illa rogat pro se miserisq; duobus:
Hunc iuuenem facias: hunc cytharea uirum.

Mevia thuscum figat aprum: Carpit mulieres quæ relicto pudo re fœmineo feras in arena conficiebãt: Quam rem assentans Domi tiano: idem Martialis his uersibus narrat.

Belliger inuictis ꝙ mars tibi sæuit in armis
Non satis est cæsar: sæuit & ipsa uenus
Prostratum nemees & uasta in ualle leonem
Nobile & herculeum fama canebat opus:
Prisca fides taceat: nam post tua munera cæsar

Hæc iam fœminea uidimus acta manu:

Thuſcum aprum: quia apri in thuſcia educati maiores erant & ferociores: frequenterque ſpectaculis exhibebantur. Vnde eſt illud in epigrammate:

Tuſce grandis aper pupulator: & ilice multa Paſtus. Et alio loco
Si te delectant animoſa pericula tuſcis
Tutior eſt uirtus inſidiemur apris.

Tuſci apri

Nuda mamma: impudicum mulieris habitum oſtendit. Patricios omnes opibus quum prouocet unus: Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat. Licinum tonſorem quidam commentatores intelligunt Claudio & Neroni gratiſſimum: Quod apud idoneos nuſquam legitur. Horatius tamen in arte poetica de tonſore Licino hæc ait.

Si tribus anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori licino mandauerit. Et Martialis ſic ait.
Altaque cum licini marmora puluis erunt. Et rurſum aliud diſtichon habetur.
Marmoreo tumulo licinus iacet: at cato paruo:
Pompeius nullo: credimus eſſe deos?

Sed per tempora de hoc hac in parte intelligere non poſſumus: Quare magis de Cynnamo tonſore intelligamus. Qui fortuna fauete equeſtrem cenſum parauerat. De quo Martialis.

Cynnamus

Qui tonſor fueras tota notiſſimus urbe
Et poſt hæc dominæ munere factus eques.

Grauis iuueni mihi barba ſonabat. Grauis moleſta & ingrata utpote quam ſero iuuenes optent: Quod ille declarauit qui dixit. Tardaq; pro tanto munere barba ueni.

Sonabat: Quum pars niliacæ plebis: Criſpinum intelligimus menphiticum hominem: Quem præcipue Domitianus amauit habuitque intimum: & conſiliorum participem: Huius ſæpe meminit Martialis. Illudq; mirari non deſino duos celebres poetas de eodem homine tantum diſcordes eſſe. Hunc enim Iuuenalis damnat: Quem Martialis laudat. Niſi forſan diuerſo affectu: & pro temporis conditione loquuti ſunt. Verna canopi. Verna ſeruus eſt domi natus. Et quicquid intra domeſticos parietes naſcitur & enutritur: uernaculum dicitur. Canopus autem urbs ægypti: nomen trahens a Canopo Amycleo gubernatore nauis Menelai illic ſepulto. Nam deuicta troia in egyptum ui uentorum delatus cum Helena gubernatorem ictu ſerpentis: quem emoroida uocant amiſit. In eius itaque memoria urbem condidit relictis iis

De criſpīo diſcordes ſentētiæ Iuuenaλ & martialis.
Verna
Vernaculus
Canopus

qui ad nauigandum inutiles erant. Crispinus: Irascentium est uti proprio nomine: & sonantius ad conquestionem dixit uerna quam piscator: aut seruus. Tyrias lacernas: Lacerna militaris uestis est: quam græci clamyda appellant: Tyrias: Non purpureas simpliciter intelligendum est: Sed Dibapha: quæ bis tincta esset: uelut magnifico impendio. Et olim sic commodiores omnes purpuræ tingebantur: Vt in Plinio legimus. Et Seneca purpuram tyriam saturiorem appellat. Tyrio autem colore delectatum fuisse Crispinum designat Martialis his uersibus.

Tyriapurpura

Dibapha.

Nescit cui dederit tyriam crispinus abollam
Dum mutat cultus induiturq; togam
Quisquis habes humeris sua munera redde precamur.
Non te crispinus hoc: sed abolla rogat.

Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum: Molles: & supra modum delicatos arguit eos: quorum digiti auro desudarent: & grauioris uestis impatientes essent. Quam rem Amianus Marcelinus his uerbis etiam significat. Alii summum decus ĩ carucis solito altioribus: Et amictu uestium cultuque ponentes sudant sub ponderibus lacernarum. Aestiuum aurum: aureo filo & quidem tenui gemmas illigatas significat: quales anulorum priscorum uidemus. Ventilet. Seneca ad Serenum hominem alio atque alio positum: uentilari scribit: utpote cui labor: & uexatio uoluptati sit. Causidici: mathonis: Matho hic causidicus fuit non incelebris: Vt alibi idẽ poeta demonstrat. Et Martialis Mathonis cuiusdam sæpe meminit. Delator: accusator est. Sic & deferre accusare est Magni amici: sine auctore garriunt nonnulli qui aiunt de Heliodoro intelligi. Nos autem de Regulo potius sentimus: Qui ut iunior Plinius tradit: multorum nobilium sub Domitiano cædem molitus fuerat. Cassios enim & camerinos accusauit: qui & sub Nerone perempti sunt. Et Hunc ut idem refert: tam Bebius Massa q̃ Metius Carus ualde timebant. Nam Regulo intemperanter laceranti Herennium Senetionem: respondit Carus: Quid tibi cum mortuis: Nunquid ego Crasso aut Camerino molestus sum? quos ille sub Nerone accusauerat. Carus: de hoc uelut delatore Marci. Ecce reum Carus te detulit: Adsit Agellius: Et alibi de Caro.

Regulus

bebiusmassa
metius carus

O cui uirgineo flauescere contigit auro
Dic ubi paladium sit tibi Care decus.
Sed potius dixerim de Metio Caro hic intelligendum esse.

Rapturus: absumpturus: uoraturus. Nobilitate comesa. id est de nobilibus interemptis: & absumptis. Trepido. timenti: Thymele summissa latino. Latinum hunc facilem & indulgentem uxori adeo legimus: Vt eam ipse aliis prostitueret: & a mœchis nonnunquam cæderetur. Adeoque notum erat: Thymeles adulterium: & ipsius Latini opprobrium: Vt de illis noua induceretur persona a Mimographis in scenam: Vnde Martialis in primo Epigrammatum ad Cæsarem.

Thymele Latinus:

Qua thymelem spectas derisoremque latinum.
Illa fronte precor carmina nostra legas.

Et ad marianum

O q̃ dignus eras alapis mariane latini:
Te successurum credo ego paniculo:
De Thymele enim plura dicemus quum illud enarrabimus:
Zelotypus thymeles. Summoueant: ab hæreditate repellant.

Testamenta: bona per testamentum legata. Noctibus: concubitu nocturno. Nam matres multæ erant: quæ ut pupilos hæreditate fraudarent: legabant bona iis: cum quibus per noctem coiuissent. In cælum: in fastigium diuitiarum. Et est sũtus sermo de media loquendi consuetudine. Processus: Profectus & augumenti. Vesica: Vulua. Nam ut Plinius notat in fœminis uulua coniuncta est uesicæ. Beatæ: diuitis: & opulentæ. Et in genere dictum est. Nam huiusmodi mulierum amore & gratia principum diuitiæ comparabantur. Otho enim libertinam Aulicam gratiosam quo efficatius coleret etiam diligere simulauit: quanuis anum & pene decrepitam per hanc insinuatus Neroni: facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum. Vnciolam proculeus habet. Tota hæreditas in duodecim partes diuidebatur: Quarum minima dicebatur uncia ab uno. Tum sextans: quod sexta pars assis esset: Quadrans: quarta. Triens: tertia. Quincunx a numero unciarum. Semis dimidium assis. Septunx a septem & uncia: bes dempto triente: Dodrans: quadrante. Dextans: sextanre dempto. Deunx una sublata uncia. Tum as qui duodecim continebat: Vnde habemus ex asse hæredem fecit: id est totius hæreditatis.

Vulua Vesica

Diuisio assis

Ex asse quid

Mercedem sanguinis. Aiunt Physici semen humanum sanguinem esse concoitum. Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. Non minus intemperanti coitu pallescit: q̃ orator ad arã Augusti Cæsaris ĩ lugdunẽsi gallia oraturus. Et per transitũ tangit

ludos: quos in gallia lugdini misellos ædidit Germanicus Cæsar: Vbi certamen quoque græcæ: latinæque facundiæ habitum fuit: ut Suetonius tradit: Quo certamine ferunt uictoribus premia uictos contulisse. Eorundem & laudes componere coactos Eos autem qui maxime displicuissent: scripta sua spongia: lingua ue delere iussos: Nisi ferulis obiurgari: aut flumine proximo mergi maluissent. Aram: hanc aram Kalen. Augusti lugduni primum Augusto dedicatam fuisse accepimus: Quo die natus est Claudius: Iulio Antonio & Fabio aphricano consulibus Strabo uero Geographus scribit templum ab uniuersis gallis communi designatum impensa: Et Augusto Cesari dicatum. Ante lugdunum ædificatum: Vbi fluuiorum est coitio: & aram eximiæ dignitatis fuisse gentium sexaginta numero inscriptum habens titulum: earumque singularum statuam unam. Aliamque subinde ingentem locatam aram tradit.

Ludi miselli

Ara lugduni

Spoliator pupilli prostrantis. Vtrum in genere dictum sit: an specialiter: parum liquet: nisi forsan Cecilium Classicum designauit: qui Norbani pupilli bona fidei & tutelæ suæ crediti surripuit: tum eum prostituit: ut auctor est Plinius in epistolis. Ast hic damnatus inani iudicio. Tum corrupta: tum uana demonstrat iudicia. Quibus leui quadam infamia: non pecuniaria poena: noxii mulctabantur: qui dedecus: & ignominiam: re salua non timebant: quod in Mario prisco patuit. Qui natione bethycus Aphricæ præfuit: bonaque prouincialium diripuit immaniter: & sæuiter: Sed accusatus: non pecunias restituit: sed tantum ordine senatorio motus est. Itaque saluis pecuniis: & si curia summotus foret: accersito tempore cœnæ genio indulgebat. Ab octaua: Ab post significat in hac parte: Vt Ouidius Nais ab his tacuit. Præoccupabant horam comedendi: non expectatata nona hora: quam Romani seruabant: Sic diei tempora distinguentes: Vt in hoc epigrammate Martialis notat.

Marius priscus

Prima salutantes atq; altera continet hora
Exercet raucos tertia causidicos:
In quintam uarios extendit roma labores
Sexta quies lassis: septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis: octaua palestris.
Imperat extructos frangere nona toros.

Distinctio diei

Victrix prouincia ploras. proconsularis prouincia: Cui ereptæ

pecuniæ restitutæ non fuerunt: &si conuictus fuerit Marius.

Diis iratis. aut uere iratis diis: Vt Persius. Natum diis iratis: genioq; sinistro: Aut imperatore irato: sub quo damnatus fuit Hoc est Domitiano: qui in edictis suis iubebat scribi: Dominus & deus noster: Quod Suetonius tradit: Et Martialis ait.

Edictum domini: deiq; nostri.

Victrix prouincia. Aphrica: quæ in iudicio euicit. ut condēnaretur repetundarum Marius. Sed prouincialibus restitutæ non sūt pecuniæ. Venusina lucerna: idest lucubratione horatiana: uel laudat ipsū Horatiū: qui inter satyros uelut lucerna eluceat. Venusinus enim Horatius fuit. Agitem: mordaci carmine insecter?

Herculis ærūnæ

Herculeas: duodecim celeberrimas Herculis ærūnas: quibus cælum uel inuita nouerca meritus est. Quæ omnia recenserem nisi uulgatissima forent. Diodorus siculus inter probitates Herculis enumerat: ꝙ una noctæ cum quinquaginta filiabus Thestii concubuerit. Quam rem illi opprobrat apud Ouidium sic dicens Deianira.

Nec tibi crimen erunt thestitia turba sorores:

Diomedes ī Italiā pulsus

Quarum de populo nulla relicta tibi est. Et dixit herculeias ea figura qua Virgilius priameius. Diomedeas: Quæ Diomedes passus est. Qui quum in bello troiano Venerem percussiss& : ob iram deæ ab uxore adultera pene insidiis interceptus fuit: Vnde patria pulsus: post errores multos in insulas contra appuliam delatus est: Vbi quidam auctores referunt: nunquam deinde uisum. Et eius socios in aues conuersos: Quæ diomedeæ a nostris dicuntur. Iubas autem ut Plinius tradit: cataractas uocat. Has aues accepimus adhuc ī eisdem insulis uiuerē: Cuius adipem suggilationibus prodesse iuniores experti sunt. Mugitum labyrinthi: Fabulam tangit Thesei: quem finxerunt poetæ: Illud biforme monstrum: Quod minotaurus appellatum est: labyrītho inclusum interfecisse: Illud addimus quatuor a Plinio tradi labyrinthos fuisse: In ægypto primum in heliopoli. Vnde exemplar sumpsit eius quem in Creta fecit Dædalus: quanquam centesimam tantum eius portionem immitatus est: Et hic fuit secundus ab ægyptio labyrinthus. Tertius in lemno: Quartus in Italia fuit: Quem sibi extruxit Porsena rex etruriæ sepulchri causa: simulque: ut hæc externorum regum uanitas ab italis superaretur. Et mare percussū puero fabrumque uolantem: Dædalus: ut idem Plinius refert: fabricam materiariam: Et in ea Serram Asciam Perpendiculum Terebrā Glutinū Ichthiocolā īuenit. Volantē. re uera nō uolaīt:

Diomedeæ aues

Labyrinti quatuor

Ichthiocolā.

Sed uela Icarus: malum & antennam Dedalus primi excogitarunt.

Quae Icarus & dedalus inuenerunt

Quum leno accipiat moechi bona. sensus: Quum maritus uelut leno pactam pecuniam de prostituta uxore capiat. Hincque licentior sit adulter. Nunc marito lacunaria suspiciente: Nunc sterten do somnum simulante. Lacunar: a lacu descendit per Priscianū Seruius a laqueari nomen trahit. Vigilanti stertere naso: Nisi pro loco & rei qualitate uerba capiantur: In cacozaelon incidit poeta. Et uidetur respexisse ad prouerbium: quod pompeius festus refert: Non omnibus dormio: Quod natum uidetur a Cepio quodam: Qui pararhenchon dictus est quod simularet dormientem: quo impunitius uxor eius moecharetur: Huius meminit Lucilius. Praesepibus meretricibus. Nam ut prostibulae a stabulo dicuntur: sic & praesepia earum loca. Dum peruolat axe citato. Neronem hoc loco suppresso nomine acerbissime mordet: Quem constat sporum puerum excisis testibus etiam conatum in muliebrem naturam transfigurare: cum dote & flameo per solemne nuptiarum deductum: pro uxore habuisse. Extatque cuiusdam non inscitus iocus: bene agi cum rebus humanis potuisse: Si Domitius pater talem habuisset uxorem. Hunc Sporum Auctore suetonio: Augustarum ornamentis excultum: lecticaque uectum: & circa conuentus mercatus graeciae ac morum Romae circa sigillaria comitatus est: Identidem exosculans. Automedon. Auriga Achillis fuit: Sed a poetis pro quocunque equorum: & currus rectore ponitur: nonnunquam uero ad aliud transfertur. Ouidius:

Non omnib. dormio

Sporus

Iocus.

Thiphis & automedon dicar amoris ego.

Lacernatae amicae: Masculum innuit: Quando lacerna militaris uestis sit. Flamineam: Viam quam Caius Flamineus Lepidi collega: deuictis liguribus e Roma Ariminium usque strauit: ut historici referunt. Quadriuio: in propatulo: & uelut publico loco: in quem uiae quattuor conueniunt. Sexta ceruice: quem poeta tangat liquido aperire non possumus: quanquam Plinius Regulum de quo supra diximus: tradat captasse multorum haereditates testamentis corruptis: & falso signatis: Nam illecebris suis: & sermone composito haereditatem adiit Veranniae: tum Velii Blesi locupletis: & consularis uiri: mutato testamento bona inuasit. Et Aureliae foeminae ornatae pulcherrimas tunicas sibi per testamentum legatas possedit Et demum ex paupere & tenui ad immensas opes per flagitia processit. Sexta ceruice: Hexaphoro. Erat enim Hexaphoron lecticae genus: Quod sex uiri

Hexaphorō

ferebant quam rem opprobrat. Item Martialis Aphro sic dicens.
Quum sis tam pauper: q̄ nec miserabilis irus.
Tam iuuenis: q̄ nec parthenopeus erat:
Tam fortis q̄ nec conuinceret arthemidorus
Quid te cappadocum sex onus esse iuuat? & infra.
Inuidiosa tibi q̄ sit lectica requiris:
Non debes ferri mortuus hesaphoro. Idem
Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit.

Delicatæ licétiæ mœcenas.

De mœcenate supino. superbo & erecto. Mœcenas adeo delicatæ licentiæ fuit: ut uicia sua latere noluerit. Nam (ut ait Seneca) solutis̄ tunicis in urbe semper incessit: Et cum absentis partibus Cæsaris fū geretur signum a discincto petebatur: Hic item in tribunali in rostris & in omni publico cetu sic apparuit: ut pallio uelaretur: exclusis u trinque auribus. Et ciuilibus bellis strepentibus: & solicita urbe: & armata: duo spadones comitarentur.

Signator

Signator: ut Asconius pe dianus ait. Signatores erant: qui aut testamentis: aut causis se subsi gnabant. Lautum: In ueste & uictu delicatus: lautus dicitur: Vn de lauticia. Gemma uda. Solent qui diplomata: libellos: & episto las signant: humectata gemma signum imprimere. Occurit matro na potens: Agrippinam notat: quæ medicato boleto maritum Clau dium interfecit: post adoptatum neronem: Potens: quia imperato ris uxor. Molle: defecatum: & suaue: sic Virgilius. Tunc & mollissi ma uina.

Vinū calenū

Calenum: uinum a calibus oppido campaniæ: quod & Horatius his uersibus laudat: Cecubum & prælo domitam caleno.

Rubeta.

Rubeta: Ranæ genus: ut Plinius auctor est: a rubis nomen trahens In his.n. plerūq; uictitat. Locusta: uenenorum artifex solertissima quæ mādante Nerone: uenenū illud præsentaneū Locusta cōposuit: quo gustato brittanicus Messallinæ & Claudii filius statim cōcidit Instituit propinquas: De historia sumptus locus. Nam ut apud Suetonium legitur: Post elatum brittanici funus: Nero Locustæ pro nauata opera: impunitatem: prediaq; ampla: & discipulos dedit: Nigros: aut simpliciter mortuos: aut ueneno decoloratos. Bre uibus giaris. Insulæ maris ægei ex cycladibus ī quas r̄legabant noxii. Martialis. Traducta est: giaris nec cepit harena nocentes.
Breuibus: angustis. Ad hæc quodammodo Martialis de Thelesi no sic dicens allusit.
Quum coleret puros pauper telesinus amicos
Errabat gelida sordidus in togula:
Obscenos postq̄ cœpit curare cinedos:
Argentum mensas: prædia solus emit.

Criminibus: Criminosis: & improbis. Prætoria: Prætorium: ut ex his colligimus: qui res rusticas conscripserunt: domus magnifice: & ample in agro & ruri exructa: in quæ ædificia pecunias ingengentes effundebant. Sic Suetonius de Caligula in extructionibus prætoriornm atque uillarum omni post habita ratione: nihil tam efficere concupiscebat: q̃ quod effici posse negaretur. Et Martialis: irridens Otalitium: qui torquato per omnia se comparabat ait.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum:
Ad quartum breue rus emit Otalicius:

Mennsas: non aureas: nec argenteas mensas intelligimus: sed illa duo mensarum genera: quæ apud Romanos præciosissima fuere: hoc est citream: & acernam mensam. De citrea Martialis in Xeniis.

Accipe felices atlantia munera siluas·
Aurea qui dederit dona minora dabit. Er Lucanus. Tantum maurusia genti: Robora diuitiæ: quarum non nouerat usum: Sed citri cõtenta comis uiuebat & umbris. In nemus ignotum nostræ uenere securès: Extremoq; epulas: mensasq; petiuimus orbe. Altera erat mensa acerna ex acere arbore constructa: quam idem Martialis sic laudat. Non sum crispa quidem: nec siluæ filia mauræ: Sed norunt lautas hæc mea ligna dapes. Et Horatius. Gausape purpureo mensam pertraxit acernam: quam utranq; arborem Plinius in naturali historia pluribus uerbis commendat. Argentum uetus: id est: (ut ipsis Senecæ uerbis utar) antiquis nominibus artificum nobile. Et ut Plinius refert: subito ars celandi argenti exoleuit: ut sola iam uetustate censeatur: usq; attritis celaturis: ne figura discerni possit. Hoc item argentum archetipum dicebatur. MArtialis. Archetipi uetulis nihil est odiosius eucti: Ficta saguntino cimbia malo luto Stantem extra pocula caprum. Ad fialam forsan respexit: quam Martialis sic laudat. Quis labor in phiala docti myos: an ne myronis. Mentoris hæc manus est: an polyclete tua? Et infra. Stat caper in phiala thebani uellere phryxi Cultus: ab hoc mallet uecta fuisse soror. Quem patitur dormire nu cor. auaræ: Socerum auarissimum describit: ut pote qui lucri cupiditate nurum prostituat. Ergo quem patitur dormire: aut solicitando adulteros ad nurum: aut poetas ad scribendũ Adulter prætextatus: qui in ætate pudica: & cui nec uita lasciuior: aut paulo obscenior sermo concedebatur: iam adulterium nouerit. Erat enim prætexta impuberum uestis. Quales ego uel Cluuienus: V t liberius Cluuienum mordeat se quoq; carpit. Ex quo deucalion. Quo pacto Iupiter humanum genus per aquas deleuerit: moxq; consulto oraculo: illud Deucalion & Pyrra reparauerint: Vulgatissimum est. Sortes: Oracula: Themidis.

Prætorium

Argẽtum uetus: & Archetipum

Caluerunt anima. Secundum eos loquutus: qui dixerunt animam esse igneam. Votum timor ira uoluptas. Quattuor animorum morbi: quos philosophi: ut in tusculanis questionibus habetur deprehenderunt. Voluptas: gaudia: Idem non dixit: quando tradente Seneca: gaudium nisi sapienti contingere non potest. Est enim elatio animi suis bonis uiribusque fidentis. Voluptas uero opinio immoderata: & immodica falsi boni. Farrago: a farre dicitur. Et est id quod ex multis satis fit pabuli causa. Hic farraginem appellat indiscretam: & uelut confusam satyrarum materiam. Loculis: in quibus pecunia seruabatur. & uarii erant apud maiores. Nam alii ex ebore fiebant: de quibus Martialis.

Gaudium sapientis

Farrago

Loculi

Hos nisi de flaua loculos implere moneta
Conuenit argentum uilia ligna ferant.

Erant & lignei: de quibus est & illud distichon. Siquid adhuc super est in nostri fece locelli: Munus erit: nihil est: ipse locellus erit. Ad casum tabulæ. Recte casum dixit: quando ludus aleæ fortunæ committitur: & sæpissime: ut Terentius ait. Quod male excidit: id corrigendum est arte. Tabulæ: in quam mittebant tesseras: quæ lusoria: & nonnunquam latruncularia dicebatur. De qua item hoc legimus. Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto: Calculus hic gemino discolor hoste perit. Hanc tum pyrgum: tum alueum & alueolum uocitarunt ueteres. Dispensatore: ut Varro tradit ab ære pendendo dispensator dicitur. & proprie dispensatores erant: quantum ex Pompeio Festo habemus: qui æs pensantes expendebant: non annumerabant. Sestertia centum perdere. Hæc sane summa apud romanos magna & honesta habebatur: quippe quam multi uoto peterent. Sestertium primum fuit quarta pars denarii: quo tempore is decussis ualebat: hoc est decem asses. Fit autem a semis & tertium: eo quod contineat in se asses duos: & dimidiatum tertium. Et est composito attico more facta. Illi enim επτα ημισυ ταλαντα: hoc ē septem semitalenta dixerunt obseruantes illud: ut expressus numerus pro dimidio caperetur. Sed qui ante eum essent pro integris haberentur. Ergo in sestertio pro dimidio tertium accipimus: duo uero integra annumerantur. Horrenti: frigescenti: algenti. Sic Persius. Scis comitem horridulum trita donarē lacerna. Quis totidem erex: uil. carpit magnifico impendio ædificatas uillas in quibus: ut Varro ait: Citrum aurum minium emblema aut lithostratum aspiciebatur. Quū apud maiores: ut simplex & rustica: sic frugalior: & melior uilla extruetur. Nequaq̄ opere tectorio polita: Quis fercula septem? Vt apud Seruium legimus ex Catonis sententia. Antiqui Romani in atrio duobus ferculis epulabantur

Tabula lusoria

Dispēsator

Sestertium

duas mensas apponentes: alteram carnium: alteram uero pomorum: Quæ & secunda mensa dicebatur. Merito eos nunc uituperat qui septem fercula secreto cœnarent. ¶ Nunc sportula primo. Diuites secreto cœnantes: aliud obsonium: ab eo q cœnarent ī sportulam: quæ in limine constituebatur coniectum distribui iubebant. ¶ Togatis romanis: Vt ī de uel liberalitate uel frugalitate uictus ostenderent. Prior itaq; cœna: quæ & publica: & frugalis erat: recta uocabatur. Vnde Martialis. Promissa est nobis sportula: Recta data ē. Et Suetonius Domitianum refert: quum multa in communes rerū usus renouaret: sportulas publicas sustulisse: reuocata rectarū cœnarum consuetudine: Interdum per sportulam nūmi erogabantur: ut in illo habetur epigrammate. Dat baiana mihi quadrantes sportula centum Inter delitias: quid facit ista fames? Aliquando in nuptiis ad sportulas multi confluebant: ut Apulegius refert: Pudentillā uxorem de suo quinquaginta milia nūmum in populum expīxisse conuolantibus ciuibus ad sportulam. Alios item cibos dari solitos ab his quī lautius cœnarent conqueritur Martialis in tertio epigrāmatum: Ad ponticū. Cur sine te cœno: quū tecū pontice cœnē? Sportula q non est prosit: edamus idem. ¶ Sportulam: a sparto dictam accepimus. Est sane spartum herba frequens apud hispanos: quam pudor uulgatium uerborum appellauit herbam hibericam ille: qui dixit. Concauo ligno hibericas portabat herbas: quū spartum naue uectum significaret. ¶ Turbæ rapienda togatæ. Soli Romani sportulam accipiebant: quippe qui toga uterentur. Martialis. Si matutinos facile est tibi rumpere somnos: Attrita ueniet sportula multa toga. Nam togati potentiores & diuites salutatione facta deducēbant & domum reducebant. ¶ Suppositus: loco alterius subditus. Et falso nomine declarat quid sit suppositum uenire. ¶ A pcone: præco a præcanendo dicitur: Et erat tam is qui auctionem faciebat q qui audientiam in theatris indicebat. ¶ Troiugenas nobiles familias romanorum: quæ auctore Virgilio: troianos gētis suæ auctores iactabant. ¶ Libertinus: Ingenuo libertinus opponitur: & ad conditionē refertur. Nam quintilianus ait: Seruus quum manumittitur libertinus fit. Libertus semper patronum respicit: Vt Sosia libertus Simonis: & Possides libertus Claudii. Crispinus hic fuit: ut ex sequentibus patet. ¶ Ad Euphratem: Euphratem tradit Strabo geographus ex Niphate monte Armeniæ magnum: profundum: & celerem nasci: exire autem in mare rubrum: prius tamen Babyloniam per medium diuidit: & tigri coniunctus Mesopotamiam facit. ¶ Molles quod in aure fenestræ Arguerint. Foramina mollia in aure facta: Quod est proprium gentis Arabicæ.

Sportula recta

Sportula a sparto

Inauris

Alii inaure partem unam legunt:ut ſit inauris ornamentum : quod
ab aure dependebat. Nam in oriente & nūc:& olim:teſte Plinio:uiris
aurum geſtare in auribus decus exiſtimabatur. Quinq; tabernæ:
Aut in genere dictum eſt:aut quinq; tabernas intelligit : quæ ex ſep
tem factæ ſunt:poſtq̄ miſſo per campanos incendio conflagrarunt.

Purpura no bilium

Quadrigenta:ſubaudi ſeſtertia:qui cenſus erat quæſtoris. Pur
pura magis optandum. Purpuram pro inſigni nobilitatis poſuit. Nā
ut in naturali hiſtoria legimus ;pro maieſtate purpura pueritiæ erat
& curiam diſtinguebat ab equite. Coruinus:ex gēte coruina : quæ
a coruo propugnatore Valerii aduerſus ferocem gallum:denomina
ta eſt. Pallante:& licinii. Pallas Claudii libertus in magnas opes e
latus ē. Licinus quoq; ditiſſimus habitus fuit. Sacro nec cedat ho
nori:hoc eſt tribunitiæ dignitati non cedat:quæ ſacra erat Nā quū

Sacer honor

primum in mōte ſacro creati tribuni fuiſſent:ſacratam legem :aucto
re Liuio:latam conſtat. At ſacratas leges Pompeius feſtus eas appel

Creta argen taria

lat:quibus ſancitum erat:ut ſiquis aduerſus eas feciſſet:ſacer alicui
deorum eſſet:cum familia pecuniaq;. Pedibus albis :cretatis : ſiue
gypſatis. Cretam argentariam appellat Plinius: q̄ colorem argente
um reddat:quæ & uiliſſima erat:circumducebatq; ad uictoriam :no
tam:pedeſq; uenalium tranſ mare hac denotare inſtituerunt maio
res:quod tetigit Tibullus dicens. Vera loquor:regnū ipſa tenet quæ
ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et Ouidius ī amo
ribus. Deſpice gypſati nomen inane pedis. Ergo īſigne uenalitii gre

Tēplū pacis

gis ſecum Criſpinus attulit:quū in urbem deuectus fuit : & facete in
nuit trāſmarinum fuiſſe. Vt colitur pax:Romæ ara pacis erat:cui
alba uictima ſacrificabant. Templum autem magnificentiſſimum :
& opulentiſſimū paci conſtituit Veſpaſianus & Titus : ut auctores

Solēne fidei.

ſunt Plinius & Suetonius. Atq; fides:Nūma pompilius:ut Liuius
refert : fidei ſolenne inſtituit:ad id ſacrarium flamines bigis curru
arcuato uehi iuſſit:manuq; uſq; ad digitos inuoluta:rem diuinam fa
cere . Significantes quidem tutandā ſedem eius:& in dextris ſacratā

Ara uictorie

eſſe. Victoria. Et huic deæ ara erecta eſt:quæ uſq; ad Ambroſii
tempora durauit:qui contra Symmacū:de tollenda ara uictoriæ ſcri
bit Virtus:huic deæ & honori. M. Marcellus ædem condidit : ut
Plutarchus & Valerius tradunt Concordiæ ædem ſæpius erectam:&
dedicatam fuiſſe ſcribit Liuius:quam deam ſub imagine ciconiæ co
lebant:quæ auis:ut Ambroſius ait:romano uſu pia uocatur:ob hāc
uidelicet cauſam: q̄ ciconiarum pulli parentibus iam ſenio confectis
& longa ætate inualidis:& opem:& alimenta miniſtrent in mutuam r̄
compenſationem. Nam & græci antipelargoſin r̄tributionem appel
lant:deducto uocabulo a ciconia:quam illi pelargon dicunt : Prouer

bium græcum est αντιπελαργειν pro referre gratiam: unde in regum sceptris superne ciconiam figurabant: inferne uero hippopotamum quippe significātes uim iustitiæ parař q̄do hippopotamus animal sit iniustissimum. Summus honor: Diuites. Nam & supra libertinū diuitē tribunitiæ potestati: quæ sacrosancta fuerat p̄pōi cō queritur. Computet: Subducendo rationes utriusq; paginæ: annumer& inter redditus annuos rationem sportulæ. Comites: togati: qui deducunt ac reducunt diuitem. Hinc: ex sportula quærendus est omnis uictus. Densissima: quæ multos contineat: in qua sint uxor & filii. Centum quadrantes: quæ summula nō sufficiens erat: uel ad famem exaturandam. Vnde Martialis. Dat baiana mihi quadrantes sportula centum. Inter delitias quid facit ista fames? Nouumq; notat captandæ sportulæ aucupium. Nam mariti plurimi uxores: tum languescentes: tum grauidas circunducebant: & interdum clausa sella: quæ uacua erat: ementitæ uxori partem petebant. Galla mea est inquit: Non illepide subdit uerba maritorum: & dispē santis sportulam. Pulchro ordine: Ironicos dixit. Forum iurisq; peritus apollo: Forum Augusti uidetur significare: Vbi & apollinis imago & statuæ triumphales stabant: Quod in quibusdam endecasyllabis Martialis signat sic dicens. Nec litis tetricas: forumq; triste Noscemus nec imagines superbas. Ast in Augusti foro: ut Plinius scribit Apollo fuit eborius iuxta: quem uadimonia constituebant. Oratiusquoq; de hoc apolline uidetur ītellexisse quū dixit in Sermonibus: Sic me seruauit apollo: quem peritum iuris hic appellat. AEgyptius aut arabarches. Arabarchen potiusq̄ ægyptium Crispinū appellat: quem non insulse arabum principem dixit. Lego apud Iosephum in ultimo antiquitatis libro: & Eusebium Cæsariensem Alabarchen dictum salis præfectum: & fuisse honoris appellationem apud ægyptios Arabas & iudeos. Vnde non incongruum for& alabarchen legi. Spes hominum: quasi acclamatio quædam: in quo sit sita longa hominum spes. Vacuisq; toris: quia prisci stratis tribus lectulis epulabantur: quod & triclinium dicebatur. Recumb&: iacebit. Pulchris & latis orbibus: Mensæ ut diximus citreæ erant lautæ atq; politæ: quas diuites quolib& magno præcio parabant: quum pauperes uix testa sustinerent mensas suas: Martialis. Tu libycos indis suspendis dentibus orbes. Fulcitur testa fagina mensa mihi Et Seneca ad Helbiam matrem. Magni leuatiq; mensarum orbes terrena sunt pondera. Nullus iā parasitus. Parasitus primum in honore fuit: utpote qui sacro mīisterio addictus ess&. Postea uero pro eo capitur parasitus: qui oblectationis gratia ad mēsas diuitum admittebatur. Fit autem a παρα quod est ad & σιτοσ cibus. Primusq; Epi

Apollo

Arabarches

Eusebius ces
Alabarches

Tricliniū

Libyci orbes

Parasitus

Epicharmus

charmus auctore poluce hac dictione usus est. Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros: hos apros a pōdere mille librarū miliari os appellant Varro & Seneca. Nam in .xxi. epistolarum moralium hæc legimus. Non magnam rem facis ꝙ uiuere sine recto apparatu potes ꝙ non desideras miliarios apros nec linguas phenicopterorum & alia portenta luxuriæ iam tota animalia fastidientis: solidum uero aprum ut Plinius refert romanorum primus ī epulis apposuit Publius Seruilius pater eius Rulli: qui in Ciceronis consulatu legem agrariam promulgauit. Propter conuiuia natum: Idem tradit auctor ex alio animali numerosiorem materiam ganeæ non fuisse. Nā quinquaginta sapores prope huic fiebant: quum cæteris singuli fierent. Quum tu deponis amictus: locus erat ad ministerium balnei: quem apodyterium uocabant: latine spoliatoriū. In eo enim uestes loturi aut sudaturi depōebāt: quas capsarii seruabāt: ut apud Vitruuiū Ciceronem & Pliniū legimus. Turgidus: tumēs & repletus Crudum: incoctum: Vbi notandum ꝙ & cibus crudus dicitur: & homo crudus. qui non concoxit: Vnde cruditas stomachi: Sed quia dubitari potest cur post cibum balnea intrarent: Columellam audiamus in prologo rei rusticæ sic declamantem. Mox deinde: ut apti ueniamus ad ganeas quotidianā cruditatem laconicis excoquimus & exusto sudore sitim quærimus. Plinius item ad hanc sententiam hæc in medicos scribit. Igitur balneas ardentes his temporibus medici quidam instituerunt: quibus persuasere cibos concoqui. Ita ut nemo non minus ualidus exir&. obedientissimi uero efferrentur ad se pulchrum: Quod institutum Persius & Iuuenalis notauerunt: Intestata senectus: quæ testamentum non fecit: & ab intestato moritur Intestatus autem est: ut Paulus ait: non tantum qui testamentum nō fecit. sed & cuius ex testamento hæreditas adita nō est. Ducitur: Verbum funerale. Virgilius: Et funera ducunt. Minores: posteri: & numero tantum plurali dicuntur quemadmodum & maiores. In præcipiti: In alto. Virgilius: Turrim in præcipiti stantem. Vtere uelis: Sumpta a nauigantibus translatio: qui ut uela magis a uento inflentur expansis omnibus sinibus altius illa leuant: & uenuste reddidit priori translationi idoneum uerbum quum subdit. Totos pande sinus. Simplicitas. libertas qua freti priores satyrici nec uelato: nec ficto nomine: sed simpliciter & aperte malos notauerunt Mutius: hic fuit quem genuino odio & ore licenti insectatus est Lucilius: Vnde Persius. Secuit Lucilius urbem Te lupe te muti & genuinum fregit in illis. Refert: interest. & differt prima producta quam alias corripit. Pone tigillinum: pone in satyra notatum Tigillinū. Quantū ex Cornelii Taciti & Plutarchi historia accepimus:

Miliari apri

Apodyteriū

Crudus

Columella

Laconicū

Intestatus.

Ophōius Tigillinus

Offonius Tigillinus obscuris parentibus: fœda pueritia: impudica senecta præfecturam uigilum & prætorii: & alia premia uirtutum: Quia uelocius uiciis adeptus: crudelitatem mox: deinde auaritiam & uirilia scelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone quædã ignaro ausus: ac postremo eius desertor: Vnde non alium pertinacius ad poenam flagitauere diuerso affectu quibus odium neronis ĩ erat: & quibus desiderium apud Galbam Titi Iunii potentia defensus est. Mox uero crescente ĩuidia: & populo seditiosis uocibus strepẽte Tigillinus accepto apd' sinuesanas aquas supremæ necessitatis nũcio inter scripta cõcubinarũ & oscula & deformes moras: sectis nouacula faucibus infamem uitam fœdauit: etiam exitu fero & inhonesto. Teda lucebis ĩ illa: Speciem pro genere posuit. Fixo gutture fumant: aut quia affixi palo: ut Seneca tradit comburebantur: aut fixo gutture quia ut Suetonius refert noxiis mucro gladii mento snpponebatur: ut uisendam faciem preberent omnibus. Sulcũ deducit arena: per arenam amphiteatri: ut in Titi uita legimus. Delatores cæsi flagellis ac fustibus traducti sũt. Nam apud gemonias scalas excarnificari atq; configi nocentes solebant. Tum in tyberim unco trahi: quod Vitellio accidit. Ergo aut per arenam traducebantur: aut unco distracti sulco terram signabant. Aconita: Venena: Nam aconitum est herba quæ ex Cerbari spuma consperta uenenũ efficacissimum contraxit. Quidam sequentes Ouidium dicentem Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute Mortales aconita uocant ἀπὸ τῆς ἀκόνης idest a cote deriuatum nomẽ dicunt. Eustachius autem παρὰ τὸ α καὶ κονίζεσθαι: quod ẽ luctari nasci putat: eo q cũ aconito luctandum non sit: & ineluctabile uenenum appareat. Plinius uero alias etymologias huic nomini affert: quod aconitum ĩ nudis cautibus quas aconas uocant nascatur & ideo aconitum. Alii q iuxta nullus puluis ĩteruenit κονις idest puluis. Alii quoniam uis eadem ĩ monte esset: quæ cotibus ad ferri aciem deterendam statim q admota uelocitas sentiretur. Pensilibus: mollibus: sic Virgilius Pilentis matres in mollibus: id est pensilibus exponit Seruius. Nam molle & pensile uenuste inuicem conuertuntur. Dicuntur tamen pẽsiles uuæ. Horatius. Tum pensilis uua secundas Ornabat mensas: & pensiles horti suspensi: & in aere sublimes. Digito compesce labellum. Scribit Dion Proculeium: quum olim occurreret Cornelio Gallo nasum & os manu compescuisse quippe astantibus significantẽ nõ esse tutum alicui præsente illo respirare: Ergo cõpesce labellnm dixit non respires: nedum loquaris occurrente malo & potenti uiro. Cõmittas: componas: quasi ad congressum pugnæ uel inseras carmini: ut in eos dicas. Percussus: reprehẽsus & graui

Ara lugduni

Quid & und
Aconitum

Pensilis

Dion
Proculeius
Corn. gallus

ter notatus:uel uere percussus a paride. Aut multum quęsitus hylas:Hylas Therodomãtis filius dryopum regis. Quæ gens subiecta parnaso fuit patre interfecto studio eius uirtutis ardens Herculem secutus est:& cũ ex comitatu argonautarum in mysiam uenissent. Hercules uero ad materiã remi quærendam:quem fractum uolebat reficere ẽcessiss&. Hylas dum ad hauriendam aquam Ascanii fluminis urnam effert ad ripamq; accedit adamatus a tribus nymphis in fontem raptus est. Nympharum hæc fuere nomina ut ait Theocritus. Eunica:Nichia & Malis. Hunc deinde Hercules summo studio quesitum quum non inueniss& ad solandum dolorem sacra quædã instituit:quibus clamaretur Hylas puer. Ense stricto:nudo: Ardens in: iras:& furens in uicia. Frigida:nocens. Vt Virgilius. Frigida saturni quo se se stella receptet. Sudant præcordia:hoc in loco præcordia accipere debemus eam partem corporis: quam luniores medici græco uocabulo hypochondria appellant. Tacita culpa: occulto crimine:& dolore tecto: ex quo ira & lachrymæ nascuntur. Animante tuba:idest flante & spirãte & clasico sonante. Galeatum:a galea:& est nomen simile participio. Duelli: belli. a duello sane bellum fit abiecta d & digama in b conuerso:& per comparationem congredientium militum qui prius euentum pugnæ diligenter considerant. Monet semet ipsũ ut rẽ diligentius consider&. Flaminea tegitur cinis atq; latina: duæ uiæ celeberrimæ in quibus frequentissima fuere sepulchra. Nam maiores in uiis sepeliebantur. Vnde ad uiatores plerunq; habentur epigrammata.

Hylas

Eunicha
Nichia
Malis

Præcordia

Hypochondria

Duellum

ENARRATIO SECVNDAE SATYRAE.

LTRA SAVROMATAS FVGERE HINC LIb& & glacialem oceanum. Quotiens aliquid de moribus audent: Qui curios simulant: & bachanalia uiuũt. In hac satyra quum acerbissime ii notentur qui pessime uiuentes simulata tamen bonitate:morum censuram sibi assumunt. Tum in primis eos mordet:qui p iniuriã naturæ quod scelestissimum est in muliebrem modum nubunt. Vltra sauromatas:indignantis poetæ uerba:qui huiusmodi hominum censuræ impatiẽs ultra extremos septentrionis populos fugiturus sit. Sauromatæ populi sunt iuxta danubium:uergentes in meoticam paludem:hos quidam sarmatas appellant;& sobolem medorum ferunt. Glacialem oceanum:

Septentrionalis oceanus nimio frigore conglaciatur. Vnde a quibus dam cronios dicitur: hoc est saturnius. Et νεκρος: id est mortuus.

Audent: subaudi dicere: in mores. Qui curios simulant: hoc e abstinentiam: & frugalitatem curiorum. Tradunt historiae M. Curium exactissima frugalitate: & perspecta fortitudine fuisse: cum q; illo in scamno sedenti sannitum legati magnum auri pondus publice missum attulissent: inuitarentq; ut eo uti uellet: Respondit M. Curium malle imperare locupletibus q̃ locupletem fieri. Et qui aci e uinci non potuit: eum pecunia conrumpi non posse: Bachanali a: pro bachanaliter: nomen pro aduerbio. Gypso chrysipi: statua Crhysipi. Nam gypso imagines fingi uidemus. Instruētes enim bibliothecas suas imaginibus & simulacris magnorum & clarissimorum philosophorum: se doctos fieri existimabant. Crysipus: hic Zenonis discipulus fuit acutus sane philosophus: Vt qui multis praeceptoribus repugnauerit: statuam habuit athenis in ceramico positam in dialectica clarissimus fuit: ita ut non illepide quidam dicerent Si apud deos dialectica habetur: nō temere alia erit: q̃ quae a Chrysipo inuenta fuit. Scripsit librorum uolumina supra quinq; & septi genta. Aristotelem: Aristotelis statuam. Stagirites hic fuit Nicomachi filius: Platonis discipulus: tum Alexandri praeceptor: eius q; septae princeps. quae peripatetica appellata est. Pittacon emit: Hūc mityleneū legimus. Et ex lesbo tyrānū Melācrū depulisse. Et certantibus atheniensibus atq; mityleneis dux in bello factus Phrinonē atheniensium ducem singulari certamine recte obuolutum interfecit. Vnus ex septem sapientibus fuit. Archetypos: Archetypum dicitur quodcunq; ita primum fabricatum est ut exemplar reliquis sit: Quod his endecasyllabis poeta nobilis exp̄ssit. Cogis me calamo manuq; nostra Emendare meos pudens libellos: O q̃ me nimiū probas amasq;: Qui uis archaetypas habere nugas. Et Plinius iunior ad Antoninum. Vt enim pictores pulchram absolutamq; faciem raro nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Pluteum: Plutei ut a Pompeio festo traditur: crates erāt corio crudo intextae quae solebant opponi militibus opus facientibus: & appellabantur militares: Nuno etiam tabulae; quibus aliquid praesaepitur: eodem nomine dicuntur. Seruare: uetus fuit mos: ut apđ utrunq; Plinium appare: ex auro: atq; argento: aut certe ex aere imagines clarorum uirorum in bibliothecis dedicare illis: quorum immortales animae in locis iisdem loquuntur. Dubiū autem an primus Asinius pollio Romae hoc inuenerit: an priores caeperint alexādriae & pergami: qui bibliothecas magno certamine instituerunt. Cleātas: accusatiuus: forma graeca. Cleantes phanii Asii filius egregius

Oceanus cronius

M: Curius

Chrysipus

Aristoteles

Pittacus

Archetypū

Pluteus

Cleantes

pugil quum athenas uenisset Zenoni adhærēs generose philosophatus est. & i iisdem permansit dogmatis: celebratus maxime fuit in labore. Nam quum ualde pauper esset: mercenariam uitam agebat: & noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem uero in sermonibus exercitabatur: Vnde phreanthes appellatus est: quasi puteos hauriens. ¶ Frontis nulla fides: idest fronti non credas: quæ contracta in rugam seueritatem tristis supercilii ostendit: Sic Martialis: Nolito fronti credere nupsit heri. Vicus: ex multiplicatis domibus fit uicus: Ex pluribus uero uicis urbs constat. Obscenis: Obscenum ab ob & cenum s interposita componi Priscianus affirmat. Varro ex ob & scena: quod scenis id daretur: quod obscenum for&: Dicaturq; obscenum quasi ad scenam. Alii ab oscis quorum fuit usus libidinum. ¶ Inter socraticos cynedos: hoc est inter eos qui quum perditi sint moribus frugalitatem & abstinentiā Socratis simulant. Et uenusta est per repugnantiam uerborum acclamatio. Nam nihil est æque contrarium & repugnans q̄ esse socraticum & cynedum. Cynedi dicuntur quasi pudore uacui. κενοσ: id est uacuus & ουδαισ pudore. Vel ut Horos milesius tradit παρα το κινειν τα αιδεια quasi a mouendo pudenda. Fossa: præcipitium in uitia. Hispida: hirsuta: & hirta. ¶ Police: leui: depilato ano Læuis prima producta nitidum & politum significat. Mariscæ, ficus insipidæ & fatuæ: Vt Martialis uersibus appar& Ait enim Chiam uolo: nolo mariscam. & alio loco. Infanti melimella dato: fatuasq; mariscas Nam mihi quæ nouit pungere chia sapit. Plinius & Cato ficos mariscas in loco cretoso & aperto serito. Sed hic pro morbo accipitur: qui solet iis innasci: qui muliebria patiuntur. Nec nisi admoto igne ferro sanari potest. De hoc morbo plura a nobis dicta sunt in eo opere ubi Galeotti errores refutauimus. ¶ Medico ridente. Aut præsentem pœnam: & debitam flagitio: aut quia causam morbi nouit. ¶ Rarus sermo: raritate sermonis seueritatem ostendunt. ¶ Atq; supercilio breuior coma. Ne ut comati infames habeantur tonsi incedunt. Tale nanque fuit celebre apud græcos prouerbium: Vt Synesius ait ουδεισ κομητησ οστισ ου βινητια. nullus cōatus qui idem cynedus non sit. ¶ Peribonius fatis imputo: quia urgentibus fatis uicium suum publice fatetur: & est secundum eos locutus: qui aiunt: ducunt uolentem fata: nolentem trahunt. Herculis: id est herculeis: & fortibus. Clunem agitant: aut in reprehendendo uicia clunem agitant: aut in rem turpem expressit. Ceues: ceuere est clunem agitare: qui gestus adulantium est proprius. Sic Persius. An romule ceues. ¶ Loripedem rectus: Ve

Vicus

Obscenus

Cynedus

Marisca

Synesius

nuste similitudines. Neq; enim debet claudus eum qui recto pede est irridere. nec qui niger est album. Adiicit præterea ex historia exẽpla multa: per quæ probat eum qui in alium dicturus sit: oportere uicio carere. Gracchos: Tiberium & Caiũ gracchos: qui ferendæ legis agrariæ studiosi in tribunatu cæsi fuerunt. Nam Tiberium gracchum Scipio Nasica í capitolium persecutus oppressit. Caium autem Opimius consul interfecit. Verri. Verres in sicilia: Caio sacerdoti prætori successit: eamq; nõ succedente alio per triennium tenuit. Atq; in ca fuit libidinose: crudeliter auareq; uersatus. Succedente tandem in eam prouinciam Metello: repetundarum a siculis est postulatus. Homicida miloni: Milo clodium Ciceronis infestissimum inimicum: quum illi occurrisset ultra bouillas circa horam nonam interfecit: ob quam cædem in iudicium uocatus: q̃uis illum nobilissimi oratores defenderent damnatus tamen fuit: atq; in exilium masiliã intra paucos dies abiit. Clodius accusat mechos. Clodius hic pulcher dictus est: qui quum pompeiam Cæsaris uxorem deperiret in muliebrem habitum: domum Cæsaris: ubi tunc sacra bonæ deæ fiebant: ingressus uim pompeiæ inferre uoluit. Cognita uero fraude a cæteris mulieribus repulsus: pollutarum cerimoniarum reus est factus: Sed fraude iudicum absolutus fuit: & si in eum testionium Cicero dixisset. Catilina cethegum: Lucius Catilina: coniurationem cum pluribus inita: rem publicam opprimere uoluit. Sed Ciceronis consilio defensa est patria atq; seruata. Inter coniuratos Cethegus fuit: in quem si catilina diceret: ferendum ut minime esset. Ita intollerandum est uirum pessimum audere in uicia dicere. In tabulam syllæ si dicant discipuli tres: Cornelius Sylla deuicto utroq; Mario: tabulam proscriptionis primus proposuit Post aliquot deinde annos Antonius lepidus & Augustus inuadentes triumuiratum syllanam tabulam proscriptis multis ciuibus reuocarunt. Discipuli tres. Antonius Octauius & Lepidus. Nã quod de Cæsare Crasso & Pompeio quidam dicunt: fide carent & testimonio. Qualis erat tragico de Domitiano intelligendũ est: qui Iuliam Titi fratris filiam stuprauit: iussitq; ut grauida abortum faceret. Aborsa itaq; præ dolore periit. Reuocauerat sane Domitianus legem Iuliam: quæ multo ante ab Augusto contra adulteros lata fuerat (ut Suetonius tradit). Tragico concubitu: Qualis is est quem tragici scribunt: a quibus fere nephanda stupra: & illiciti coitus tractantut. Leges amaras: Iuliam legem: de quo facto hæc Martialis:

Ludus erat sacræ connubia fallere tædæ.
Ludus & immeritos execuisse mares:

Gracchi

Verres

Milo

Clodius pulcher

Tabula proscriptionis

Domitianus Iulia lex

Vtraq; tu prohibes cæsar: populisq; futuris
Succurris: nasci quos sine fraude iubes:
Nec spado iam: nec mœchus erit: te preside quisquam:
At prius: o mores: & spado mœchus erat.

Plinius item ad Cornelium scribit Domitianum: ut illustraret sæculum suum exemplo aliquo seueritatis Corneliam maximilam uestalem uirginem absentem: ĩauditãq; damnasse incesti: cum ipse fratris filiam incesto non poluisset solum: uerum etiam occidisset. Nam uidua abortu periit. ¶ Marti ueneriq;: quos in adulterio iniecto reti ꝑ dolum Vulcanus deprehendit. Quæ fabula fuit toto notissima cælo. ¶ Abortiuis. immaturis: & ante tempus editis. ¶ Iulia. hæc titi filia fuit: cuius cineribus philis nutrix domitiani: quæ puellam ipsam educauerat funerato cadauere: cõmiscuit cineres Domitiani. ¶ Fecundam uuluam. propter crebrum conceptum & partum: Vulua in reliquis animalibus dicitur. In muliere uero uterus: legimus & locos in plurali dũtaxat uuluam significare: alibi tamen spatiosius de uulua & locis disseruimus. ¶ Patruo. Domitiano. ¶ Offas. frusta carnis: hoc est informes fœtus & immaturos: qui tamen aliqua ex parte patruum referent. ¶ Scauros fictos. qui integritatem & seueritatem scaurorum simulant. Fuit enim Emilius scaurus nobilis & pauper: sed eloquentia sua gloriã peperit: consul ligures & gantiscos domuit: atq; triumphauit: censor uiam emiliam strauit pontem Emilium fecit. Idem filium quia presidium deseruerat in conspectum suũ uetuit accedere: ille ob hoc dedecus mortem sibi consciuit Scaurus senex cum a Vario tribuno plebis argueretur: quasi sotium & latium ad arma coegisset. Apud populum ait Varius: Emilium Scaurum socios ad arma coegisse Scaurus negat: utri potius credendum putatis? Toruum: pro torue. ¶ Lauronia. proprium meretricis nomẽ. ¶ Tertius Cato. duo fuere Catones senior: qui & censorius dictus est. Alter uero uticensis qui se ipsum utice interfecit: ne scilicet ĩ manus Cæsaris uiuus ueniret. Quantum autem Romanis moribus censorius ille Cato profuerit. Seneca testatur his uerbis ad Lucilium scribens Marcus Cato censorius: quem tam reipublicæ fuit nasci: quam Scipionem. Alter enim cum hostibus nostris bellum: alter cum moribus gessit. ¶ Sed tamẽ unde Hæc emis? facete remordet: ¶ Hirsuto piloso & hispido. ¶ Opobalsama. succus balsami: quod præfertur omnibus odoribus: uni terrarum iudeæ cõcessum: Vt auctor est Plinius. In duobus tantum ortis: Arbor ipsa balsamum dicitur: quæ incisa uitro: lapide osseisue cultellis succum emittit: quem opobalsamum uocant eximiæ suauitatis: Xylobalsamum lignum balsami dicunt. Et carpobalsamum fructum: Nunc uero in iudea balsamum

Vulua
Vterus
Loci
Scaurus
Varius
Cato cũ moribus bellum gessit
Opobalsamũ
Balsamum
Xylobalsamum

non est arbore ipsa in Aegyptum translata : Vnde Cpobalsama ad nos ueniunt. Dominum tabernæ. Vnguentarium: Taberna hic po suit pro myropolio: ubi unguenta uenduntur. Vexantur. excitan tur. Scatinia. lex erat in eos qui nefando scelere laborabant: qua le ge: Vt scribit Suetonius: Domitianus quosdam ex utroq; ordine cō demnauit: hac quoque lege in iurisconsultum sic iocatur Ausonius Iurisconsulto: cui uiuit adultera coniūx

Papía lex placuit: Iulia displicuit

Quæritis unde hæc sit distantia? semiuir ipse

Scatiniam metuens: non metuit ticiam.

Celius ad Ciceronem: risum ueni legis scatiniæ iudicium apud dru sum fieri: Vmbone phalanges. umbo eminentior pars scuti. Iū cte phalanges. hoc sane imminente periculo pedites soliti erant facere: ut sic inuicem intexerent scuta: ne agmen illud quālibet ma gno cuneo perrumpi posset: phalanx quadrata est acies: & est dictio macedonica. Molles. effeminatos: tedia flora catulla & clunia: me retrices fuere. Lambit. ad coitum scilicet. Isp o. nomen cinedi.

Et morbo pallet utroq;. agendi subaudī & patiendi. Colliphia. panis genus: Fit autem hæc dictio αποτου κολικοσ forma diminu tiua : est enim collix subcineritius panis : cuius meminit Aristopha nes in fabula quæ īscribitur Acharnanes sic dicens ωχαιρε κολλικο φαγε βοιωτιδιον hoc est salue Collicophage : quam dictionem ex ponens grammaticus quidam eruditissimus contendit dicendum esse collitium non colliphium: Nos item plura dicemus : cum illud Plauti enarrabimus. Colliphia mihi ne incocta detis. Quod autem luctatores hoc panis genere uterentur significat Martialis sic dicens de philinide. Nec cenat prius aut recumbit ante q̄ septem uomuit meros deunces: Ad quos fas sibi tunc putat redire cum colliphia sex decim comedit. Penelope. Icari filia Vlyxis uxor: quæ lanificio & absentiam mariti solabatur: & procos frustrabatur: quibus se consen suram absoluta tela pollicebatur: Sed ut eos longius frustaretur no ctu retexebat: quod interdiu texuisset. Arachne. puella lida : quæ de lanificio ausa est cum Pallade certare. Sed uictrix dea arachnem percussam radio in araneam commutauit. Hoc quanquam a poetis fictum sit. Aliquid tamen occulte ueritatis in se habet. Constat enī auctore Plinio archnem linum & retia inuenisse: cuius filius closter fusos in lanificio inuenit: Penelope & arachne prisciano tradente: da tiui sunt græci pro ablatiuis positi. Hister. & Solus. propria no mina. Tabulas impleuerit. bona consignatis tabulis tradiderit.

Puellæ. uxori & ambitiose puellam appellauit uxorem. Viuus

Myropoliū
Scatinia lex
Phalanx
Lambit
Colliphia
Iulius pellux
Plinius
Tela penolo pes
Arachne

Cylindri

hoc contra legem factum est: qua cauetur donationem inter uirum & uxorem factam inter uiuos non ualere. Cylindros. lapilli sunt oblongi: quibus mulieres & donabantur & ornabantur Plinius de beryllis loquens: qui mira longitudine placebant: & elephantorum setis religabātur ait. Cylindros quidam ex his facere malunt: q̄ gemmas. Quoniam est summa commendatio in longitudine: Ex quibus uerbis colligere possumus: cylindros oblongos esse: Gemmas uero quadratas: aut rotundas: Est & cylindrus columna lapidea: qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Virgilius.

Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.

In quibusdam commentariis nostris Iulium polucem secutus: qui brachialia ornamenta οφεισ appellari scribit: chelydros scribi præcepi: quasi genus illud ornatus simile esset spiris serpentium: quos chelydros appellāt. Coruis. flagitiosis & impuris: metaphoricos dixit columbas uero innocentes & puras mulieres: uel magis imbelles: & pauidas a timore & imbecillitate huiusmodi auium ītelligit. Stoicide. uenuste usus est forma patronymica pro possessiua. Multicia. hoc loco seuerum oratorem carpit perorātem in mulierum impudicitiā: cum ipse magis condemnandus foret: quippe qui corpore uelut denudato: in mores fœminarum acrius inuehitur. Multicia

Multicia

bombicem coam puto esse: de qua sic Plinius in molliciem hominū scribit: nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare propter onera æstiua in tantum a lorica gerenda discesserunt mores: ut oneri sint etiam uestes. Perores. In peroratione hoc est conclusione per amplificationem crimina exaggerari solent. Creticæ. uel nomen est proprium: uel a græco manat: nam κριτησ græce iudex dicitur. Procula. poliuca & labulla: meretricum nomina. Calpurnia una ex pellicibus Claudii: ut apud Tacitum. Talem non summet. d. t. Legimus apud commentatores Oratii adulteras cōuictas adulterii togam sumere: atque gestare in ignominiam. Quod item Martialis hoc endecasyllabo tangit.

Telin uiderat in toga spadonem
Damnatam numa dixit esse mecham. Et alibi de molli & infami:
Sed patris ad speculum tonsi matrisq; togatæ Filius.

Sed iulius ardet. hypophora est. Nudus agas. antipophora. Minus est insania: turpis. sensus minus turpe foret: si per insaniam nudus ageres: q̄ hac indutus ueste: qua corpus transllucet: En habitum. indignantis uerba. Montanum uulgus. tribus rusticas significat: quæ trinundinæ in urbem conueniebant quotiés leges promulgabantur. Deceant multicia testem. Comparatiuus locus a mino

ri ad maius: si non decent testem multo minus iudicē decent. Pel luces. transluces: & est compositum a per & luceo r mutata in l sic & pellucidus. Porrigo. morbi genus: quo porci īfestantur: de qua dictione: ex sententia Cornelii celsi plura disseruimus: in eo opere ī quo Galeotti dicta refellimus. Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua. contrahunt uuæ pallorem & nigritiem uisu & contactu aliarū: uel maturescentium: uel putrescentium: Redimicula. uincula sūt capitis. Atque bonam teneræ placant abdomine porcæ. bona dea auctore Macrobio: & terram ipsam esse: & faunam: & fatuam: & opē Varro filiam Phauni tradidit adeo pudicam: ut extra gyneconitin nunquam sit egressa: nec nomē eius in publicum sit auditum: nec ui rum unquam uiderit: uel a uiro uisa sit. Abdomine porcæ. Abdo men pars illa uentris: quæ a pube sursum uersus ad præcordia per ueniat: quod antiqui sumen quoque dixerunt ab exteriori parte eui denti cute: ab interiori membrana leni tegitur: ut Celsus & Plinius re ferunt: Cur autem huic deæ sacrificarent porcam: hanc causam Ma crobius dicit: ꝙ bonam credidere alii esse proserpinam: porcaq; ei rē diuinam ideo fieri: quia segetem quam ceres mortalibus tribuit: por ca depasta est. More sinistro. quia sacris deæ bonæ mares non in tererant: sed temporibus Iuuenalis mulieribus exclusis soli uiri rem diuinam faciebant. Magno cratere: scribit Macrobius ꝙ in templū deæ bonæ uinum non suo nomine soleat inferri: sed uas in quo uinū inditum sit: mellarium nominetur: & uinum lac nūcupetur: ergo cra tera intelligimus uas hoc mellarium: Orgia. sacrificia proprie li beri: quæ alternis annis fiebant: nonnunquam orgia: pro omni genere sacrificii capiuntur. Cecropiam soliti baptæ lassare cocyton. qua le foret hoc sacrorum genus adhuc satis liquido non inuenimus. Re ferunt tamen commentatores quidam Aristophanis: Eupolidem no bilem comicum fabulam conscripsisse: quam baptas appellauit: cu ius fabulæ uersus plurimi ab antiquis grammaticis afferuntur: & in primis ab ephestione: adeoq; alcibiadi molesta fuit huiusmodi fabu la: ut eum in mare iusserit mergi. Videbatur enim in ea amantes im pudico amore iuuenes lacerare: qui simulatis proserpinæ sacris no ctu turpissima quæq; patrarent. Lassare. fatigare frequenti sacrifi cio: Cocyton. hanc deam proserpinam quidam intelligunt: a cocy tho inferorum fluuio dictam: Ego autem contenderim a loco: ubi præcipue dea coleretur: quod innuere uidetur Virgilius in priapeia dinumerans loca in quibus uaria numina colerentur: ait enim.
Raptam cocythos ostreosa diuam. Ille supercilium madida fuli. tinctum. alios carpit: qui formæ studiosi calamistro & coloribus ra ritatē superciliorū emendarēt: nam fuligine supercilia denigrabant:

Bona dea

Abdomen

Plutarchus
Lactantius:

Baptæ

Cocyton

Plinius in uigesimo octauo naturalis historiæ: Capilli defluuia ursinus adeps: mixto ladano & iantho continet: alopeciasq; emendat: & raritatem superciliorum cum fungis lucernarum: ac fuligine: quæ est in rostris earum. Producit, emendat: uel extendit. Pingitq; trementes Attollens oculos: hoc lenocinio oculos mulieres commendare solent: quod & Ouidius in arte amandi præcipit.

Denigratio supercilii

Nec pudor est oculos tenui signasse fauilla
Vel prope te nato lucide cidne croco:

Et Plinius. Quotidiana tanta est decoris affectatio: ut tingãtur oculi quoq;: hoc græce Iulius pollux sic appellat: τουσ οφθαλμουσ υπογραφει τασ οφρυσ μελαινει hoc ẽ oculos pĩgit: & supcilia denigrat Vitreo bibit ille priapo. Vt libidiosius cõuiuarentur cyathos ad priapi formam in conuiuiis habebant: nec non & panibus siligineis ad eandem formam uescebantur. Martialis.

Julius pollux

Si uis esse satur nostrum potes esse priapum
Ipsa licet rodas inguina tutus eris.

Reticulum

Scutulata

Reticulum, quod capillos continet a reti dictum; Vt Varro auctor est. Scutulata, uestis dicebatur uelut scutulis quibusdam distincta: de qua sic loquitur Plinius. Plurimis uero litiis texere: quæ polymita appellant Alexandria instituit: scutulis diuidere gallia: Et de Araneis loquens: scutulatorem appellat araneum: qui insolubili nodo implicat pedicas. Galbana, coloris genus: Hinc Martialis mollem & effeminatum hominem carpens. Calbanatum formauit nomen simile participio. Rasa, pilo carentia: apud priscos rasa & pexa toga contrariæ erant: ꝙ altera uillosa: altera pilis careret. Martialis. Rasam tu mihi mitte togam.

Rasæ & pexæ cõtrariæ

Et alibi. Togamue pexam. Et Plinius lanam histriæ liburniæq; lino propiorem: q̃ lanæ esse scribit alienam pexis: & quam solam ars scutulato textu commendat. Speculum Othonis. hic Otho cæso Galba a quo se adoptari sperabat: imperium romanum arripuit. Sed cũ Germanicus exercitus ĩ uitellii uerba iurasset: & iam duces & copiæ quas Vitellius premiserat appropinquarent: expeditionem impigre atq; propere incohauit: occurritq; uitellio: nec ulli pugnæ affuit substitit enim brieli: & cum apud Bebriacum fraude superatus fuisset: intellecta pugna & clade militum suorum: habita prius eleganti oratione: uno pugionis ictu se traiecit. Pathici, patientis muliebria: nã Otho consuetudinem habuit mutui stupri cum Nerone. Martialis.

Otho

Sit Cato dum uiuit sane uel cæsare maior:
Dum moritur nunquid maior Othone fuit.

Actoris arũci spolium. Ironicos acclamauit ĩ mollitiẽ Othoĩs: & est hemistichion

Virgilii: quasi hic ita gloriaretur gestando speculum: quod deuicto Othone rapuisset: Vt apud Virgilium se Turnus iactat ꝙ hastam er ripuerit actori arunco. Sūt enim hi Virgilii uersus.
Ex in quæ mediis ingenti adnixa colūnæ
Aedibus astabat ualidam ui corripit hastam:
Actoris arunci spolium: quassatq; tremētem Vociferans.

Annalibus atque recenti historia. annales hoc distant ab historia: Vt Gelius ait. Quod recte annales historias appellare potes: Sed nō continuo quicquid historia fuerit annales appellaueris. Sunt enim annales quando res gestæ seruato cuiusq; anni ordine memoriæ tra duntur. Historia uero quæcunq; rei gestæ narratio. dicitur autem hi storia ab ἱστορῶ uerbo græco: dum pro eo capitur significato: quod est uetera narro. Sarcina. ꝙ inter cæteras sarcinas militares specu lum gerebatur. Ciuilis belli. quæ inter Othonem & Vitellium ge sta sunt bella ciuilia dicta sunt & bebriacensia. Nimirum summi ducis est occidere galbam. acris & uehemens ironia in Othonem: cū mordaci relatione contrariorum. Et curare cutem summi constā tia ciuis. Otho quotidie faciem rasitabat ac pane madido liniebat: Idq; instituit a prima lanugine: ut barbatus nunquam esset: quam rē poeta criminatur. Bebriaci campo. Bebriacum Plutarchus oppi dum iuxta Cremonam dicit esse: Cornelius tacitus inter Veronā Cre monamq; situm duabus romanis cladibus notum infaustumq; uicū esse tradit. Illud addimus ab eodem auctore tradi: eo die quo Bebri aci male per Othonis milites pugnatum est auem inusitata facie: a pud regium Lepidi celebri luco consedisse: Nec deinde cetu homi num: aut circunuolitantium alitum territam. pulsamue: donec otho se ipsum interficeret: Id quod Plinius auium naturam & historiam describens: commemorat: sic dicens. Venerunt in Italiam Bebriacen sibus bellis ciuilibus trans Padum & nouæ aues: Ita enim adhuc uo cantur: turdorum specie: paulum infra columbas magnitudine: quē locum superioribus annis Grammaticus quidam in hanc lectionem peruertit: uenerunt in Italiam bebrici Bodriacenses aues: & noui cor rectores: cum nobile opus Romæ imprimeretur: confusam & insul sam hanc lectionem iusserunt imprimi. Spolium palati. imperiū Romanum: nam palatium domus imperatoria erat: dicta a palante: uel a palantio oppido Archadiæ: Vt Plinius scribit: Semiramis. Nini uxor: quæ mortuo marito regnū Assyriorū gubernauit: Ama uit autem equum usq; ī coitum (ut Iuba auctor est. De hac plura di cerem: nisi a priscis historicis celebrata mulier foret. Cleopa tra. Regina Aegypti: quam primo. G. Cæsar: mox Antonius ada mauit: Repudiataque altera Marcellarum. classe parata: bellum

Annales
Historia
Bebryacum
Palatium
Semiramis
Cleopatra

Nicopolis.

Lotio Cybelis

aduersus Augustum mouit. Sed iuxta actium epyrri promontoriū Antonius & Cleopatra superati fuerunt. In cuius uictoriæ memoriam urbem condidit: quam a facti nomine nicopolim appellauit. Ergo nec Semiramis in mollissimo cælo: nec Cleopatra quum bella gererent speculum: unquam secum habuerunt. Hic turpis cybeles & fracta uoce loquendi. Ludi romæ turpissimi exhibebantur matri Berecynthiæ eo potissimum die quo lauabatur in almone fluuio. Ante cuius lecticam (ut Augustinus scribit) spurcissima quæq; audiēte frequētissīa multitudine utriusq; sexus cātabātur. Et quæ uel obscenissimo cuiq; pudorem incuterent. Voce fracta. effœminata & molli. Phanaticus: Afflatus numine diuino. Sacrorum antistes. Princeps & dominus impudici sacri: exemplum de se prebens: satiandæ uoraginis: & explendæ gulæ. Conducendus: ut alios doceat impudica uerba: & obscena sacra. Quid tamen expectant phrygio quos tempus erat iam More superuacuam cultris abscindere carnem. Sensus hic quum effœminato sint corpore & animo fluxo: quid aliud expectant nisi ut gallorum more castrentur: galli enim excisis testiculis: impudica sacra impudicæ matri: impudico corpore faciunt. Superuacuam carnem: ex superiore sensu testes accipere possumus. uenusta periphrasi expressos: sic & Ouidius ī fastis. Mollesq; ministri Cædūt iactatis uilia membra comis: Sed alium ego sensum: ut reconditū ita ueriorem (ni fallor) excogitaui. Superuacuam carnem: extantem intelligi debere: & significare corporis mūsculos quos Galli simulato diuino furore: cultris scindebant: Quam rem Martialis: & Apuleius sæpius commemorant: Neq; enim cultris: sed samia testa: ut alio loco dicemus genitalia sacerdotibus cybeles abscindebantur. Ergo cur non phrygio more in propatulo gallorum licentia semet ipsos cultris consauciant. Quadringenta dedit gracchus sestertia. Legitimas masculorum nuptias lacerat: quæ iisdem solennitatibus iam fiunt: hoc est signatis de dote tabulis inuocatoq; Thalasii nomine: quemadmodum inter uirum & uxorem contrahi solent quos incōcessos obscenosq; mores hoc epigrāmate Martialis dānat.

Barbatus rigido nubit calistratus aphro:
Hac qua lege uiro nubere uirgo sol&:
Præluxere faces uelarunt flamea uultus
Nec tua defuerunt uerba thalase tibi
Dos etiam dicta est: non dum tibi roma uidetur
Hoc satis. expectas nunquid & ut pariat.

Cornicini: cornu cātanti: quod incuruū erat. Recto ære: tuba: quod patet per illud Ouidii. Non tuba directi non æris cornua flexi:

Signatæ tabulæ: de dote subaudi. Dictum feliciter: hoc est fe lix faustumq: bonumq: sit: quod in omni re gerenda præfari anti qui consueuerant. Vel ut Catullus ait.

Catullus

Bona cum bona nubat alite uirgo.

Ingens cœna: nuptialis. Sed&: discumbitur. Censore opus est: ad mores corrigendos: An haruspice: Ad monstra expianda: cum par monstrum sit: & eo modo procurandum uirum nubere: mulieri parturienti uitulum: uel boui agnum. Segmenta. Seruius monile segmentum appellat: & ornamentum gutturis: Licet segmentatas ue stes dicamus: ut idem poeta alio loco. Et segmentatis dormisset par uula cunnis. Ouidius item de Arte amandi: de ornatu mulieris uer ba faciens sic ait. Quid de ueste loquar? nec non segmenta requiro Idem significare segmentum quod circulum. In septimo naturalis hi storiæ Plinius doc&: Paralelos & circulos his uerbis describens: Plu ra sunt autem hæc segmenta mundi: quæ nostri circulos appellauer græci paralelos. Nascitur autem segmentum a seco secas: c in g mu tata: ut a fingo figmentum: & a stringo strigmentum: quod ex eodé auctore conici datur: Secandorum enim marmorum rationem affe rens sic ait. Crassior enim arena lassioribus segmentis terit: & plus e rodit. Flammea sumit: Flammeum tegmen erat capitis rubrum: quo noua nupta uelabatur. Sudauit: patriciis tantum saliaris di gnitas dabatur. Lucanus. Sic illa profecto Sacrifico cecidere numæ quæ lecta iuuentus Patricia ceruice mou&. Hunc igitur significat & salium & patriciũ fuisse. Clipeis ancylibus: idest circuncisis: & pro adiectiuo habetur. Ferebãt sane salii ancylia duodecim saliaria carmina cantantes: quod institutum a Numa fuit: quo regnãte e cæ lo fertur cecidisse ancyle scutum breue: ideo sic appellatũ: quia ex u troque latere erat recisum: ut summum infimumq: eius latus medi o pater&: Vnaq: ædita uox omnium: potentissimam fore ciuitatem q̃ diu id in ea mansiss&: Itaq: facta eiusdem generis plurima: quibus id misceretur ne internosci cæleste poss&. Probatumq: est maxime o pus Mamurii uetuli fabri: qui premii loco petiit: ut suum nomen in ter carmina salii canerent. Dicitur autem ancyle quasi ancisum: Vt ex hoc Ouidii disticho cognoscitur. Atq: ancyle uocãt quod ab om ni parte recisum Quaq: oculis spectes angulus omnis abest. Quanq̃ Iubas in monumentis (ut Plutarchus in Pompilii uita tradit) ethimo logiam huius nominis. a græco deducat

Segmentum

Paralelli

Segment a

Strigmẽtum

Figmentum

Flammeum

Salii ex pa triciis

Ancyle

Mamurius

Ancylibus. secundum regulam dec inauit. Horatius tamẽ ancyliorum dixit: magis auctoritate sua fretusq̃ regula declinandi. Latiis pastoribus. ab huiusmodi gente originem traxit roma quæ prisca relicta duricie ĩ mollicié transit.

Vrtica : uetuste herbam mordacis & uiuacis pruritus: Ad significantiam libidinis transtulit. Nam sic per libidinem scalpuntur igui na : q̄ sol& fricari ea corporis pars : quæ huiusmodi herba tangitur

Gradiuus

Gradiue mars: uel quia gradatim & per ordines in bellum itur: Vel a uerbo græco γραιλαινιν quod est uibrare propter hastas crebro in bello uibratas. Nec galeā quassas: nec uel irati numinis signa ostendis: Quæ sunt uel caput concutere: uel pede terram pulsare. Vade ergo: deum acerbe irrid&: quem a campo martio illi dicato abigit. Seueri : quia iura in eo dicebantur : & tunc præcipue quum dicta dies ad populum alicui erat. Officium cras : sermocinatio inductæ personæ ad narrandas nuptias masculorum inter se.

Officium

Officium conueniens uerbum. Suetonius in Calicula Liuiam oestillam Caio Pisoni nubentem : quum ad officium. & ipse uenisset ad se deduci imperauit. Nubit amicus : secundū tempora dixit : Nam nubere fœminarum est. Sic Martialis: Nolito fronti credere nupsit heri. Fient ista palam : quia tempore nephando sceleri licentia fi& . Cupient & in acta referri : Romæ omnia in acta referebantur. Nam & apud Asconium legimus in actis senatus : & apud Plininm in actis triumphorum. Interea tormeutum ingens nubentibus hæret: Quum nuptiæ prolis gratia fiant : sintq̃ filii amoris : & coniugii pignus non possunt huiusmodi uiri: quum per naturam parere nequeant amorem conseruare. Sed melius ꝗ nil animis in corpora iuris. Ironicos dixit quādo quicquid iuris habent amittunt : dum diuersum abeunt sexū Turgida lydæ. Lyda pro aranea ponitur. Ex lydia enim nata est arachne : quæ Pallade deuicta in araneam uersa fuit.

Turgida : unguentis : & iis uenenis tumescens . Condita in pixydæ lydæ : Aiunt araneam in pyxide conditam gestare conceptioni referre.

Pyxis

Pyxis græcum est a buxo nomen deductum: quod græce pyxon dicitur. Nec prodest agili palmas prebere luperco : quod olim steriles Romanas iuuit quæ percussæ a lupercis per urbem discurrentibus: statim concepisse leguntur. Palmas : Tantum enim auctore Ouidio palmas cedebant. Ait enim. Nupta quid expectas non iam pallentibus herbis : Nec prece nec magico carmine mater eris. Excipe fecundæ patienter uerbera dextræ: Iam socer optatum nomen habebit aui.

Lupercalia

Luperco: in lupercalibus erant lupercalia in honorem panos lycei : qua die mulieres februabantur a lupercis amiculo iuuenis: id est pelle caprina interptantur quidam lupcal quasi luere per caprū.

Ouidius Vnde Lupereal

Oui. uero ī fastis: Vel a lupa: uel a mōte arcadiæ dictionē hāc dducit sic de lupa tradēs : quæ lac rōulo & remo dedit. Illa loco nomē fecit: locus ille lupcal magna

dati nutrix premia lactis hab&. & ĩfra: Quis uetat arcadico dictos ã monte lupercos: Phaunus in archadia templa lyceus habet. Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina grachi. maius flagitium notat nobilis uiri qui iussu Neronis gladiaturã spectãte populo exercuit Nero enim (ut Suetonius & tacitus referunt) nobilissimos uiros ad artem ludicram & gestus usq; ad modos haud uiriles exercendos co egit. Tunicati gracchi. Qui tunicatus fuscinam gestans & retia p mediã arenã secutorẽ fugiẽs actus est nõ sine dedecore suæ familiæ.

Hoc monstrum. Viros nuber. Nam turpius erat operam arti ludi cræ in propatulo dare & digladiari q̃ nubere. Nam artem ludicram exercentes ignominiosi habebantur Tunicati: tunicatos legimus gladiatores ĩ harenam prodiisse: Et capitolinis generosior & mar cellis. Nobilissimæ hæ fuerunt familiæ capitolinis progenies ue tus & illustris fuit. Nam Galba imperator statuarum titulis pronepo tem se Quinti Catuli semper ascripsit. Quippe significans se nobi lissimum quod ex uetere & magna prosapia genitus for&. Marcel lis: Marcellorum familia auctore Asconio Claudia quoque dicta est. & duplex fuit: Plebeia quæ & pulchrorum dicta est & patri tia. Et catulis: de gente Luctatia intelligendum: ex qua præ stantes Catuli progeniti sunt. Paulis minoribus: duos paulos legimus egregios fuisse: Eum qui cum Varrone apud cannas con sul: delato ab Annibale exercitu mori maluit ex uulnere quum fuge re posset. In cuius laudem dixit Horatius: Animæq; magnæ pro digum paulum superãte pœno. Huius filius Persam regem macedo niæ deuicit: deq; eo triumphauit: & pater naturalis posterioris Afri cani. Ad podium spectantibus: Principes & potentes iura de podi is spectare solebant. Sic Neronem legimus nisi aperto podio lu dos nõ spectasse: & a Iuliano curante gladiatorũ munus Neronis tã ta copia inuenta succini fuerat: ut retia arcendis feris podium prote gentia succinis nodarentur: Vt autem tradit Victruuius in theatris Scena orchestra podium & pulpitum extruebantur. Sed podii altitu do ad libramentum pulpiti cum corona fiebat supra quod colum næ erant cum capitulis & spiris. Munere: ludo. Retia misit: Re tiarius is dicebatur qui rete immittebat. Manes animæ dicuntur: ut tradit Apuleius in libro de Demonio Socratis: Melioris meriti: quæ ĩ corpore nostro genii dicũtur. Corpori renunciantes Lemures. Tum domos incursionibus infestarent laruæ appellabantur. Con tra si bonæ fuerint: Lares familiares. Nigras ranas: Lepidæ di xit accolas inferorum. Aere lauantur: Mos erat: ut corpora lo turi æs soluerent: qđ & ĩfra idẽ poeta significat cũ ait: Cedere siluão porcũ quadrãte Lauari. & Horatius: Dũ in quadrãtẽ lauatũ rex ibis.

Capitolini

Marcelli

Gens luctatius

Pauli duo

Podium

Retiarius

Manes

Genius

Lemure(

Laruæ

Lares

c secunde

Ambo scipiade: duo scipiones: Gneus & Publius qui fraude punica potius q̃ armis Cæsi fuere: secutusq; ẽ Virgiliũ: qui dixit. Geminos duo fulmina belli scipiades. Hac forma usus ẽ. Fabricius: hic quemadmodum Curius frugalissimus fuit: & in tenuissimo censu sãnitũ munera forti animo spreuit. Camillus: assertor patriæ: quã galli subegerant: exul dictaror creatus signa recepit. De quo Virgilius. Referẽtem signa Camillum. Quid cremere legio: Fabios signat: qui idibus februariis trecenti & sex ad unum per insidias a ueientibus iuxta cremeram fluuium cæsi fuere: Quorum cædem Ouidius in secundo fastorum sic deplorat. Vna dies fabios ad bellum miserat omnes. Ad bellum missos perdidit una dies. Cannis consumpta iuuentus: Apuliæ uicus cannæ clade romana nobilis: Nam apud eum Paulo & Varrone consulibus infelicissime cum annibale pugnatum est. Lustrari: purgari: expiari. Siqua darentur sulfura cum tædis: & si for& humida laurus: Sulphure: tæda & lauro in purgationibus usi sunt ueteres. Nanq; ĩ religionibus auctore Plinio locum hab& sulphur ad expiandas suffitu domos. Tæda inter arbores liquorem stillantes annumeratur ab eodem abundãs succo liquidiore: & ob hoc flammis ac lumini sacrorum gratam laurum Massurius putauit suffimentum cædis hostium & purgationis esse: adeo q; in prophanis usibus polui laurum & oleam: Vt ne propiciandis quidem numinibus: accẽdi ex his altaria: aræ ue debeãt. Et Ouidius in fastis: Doc& ramum lauri februa. hoc est purgamina rite uocari sic. Nomen idem ramo qui cæsus ab arbore pura. Casta sacerdotũ tempora fronde tegit. Illuc heu miseri traducimur: Miseriam hũanam deplorat Nam omnes &si inferos esse non credamus. Illuc tamẽ descendimus: Nec adhuc inferos ii. uenimus: & si extremæ occidentis partes armis quæsitæ sint. Iuuernæ: Inter septentrionem & occidentem ut celebres geographi tradunt duæ sitæ sunt insulæ: Britannia: cui albion nomen fuit & hibernia: ut quidam scribunt. paulo minor britannia: Vltra quas sunt quadraginta ĩsulæ Orcades appellatæ modicis spaciis inter se distinctæ. Iuuernæ: Ratio metri legi exigit: græce Vernya scribĩtur. Modo captas orcadas: Hieronymus in chronicis Eusebi tradit Claudium imperatorem de Britannis triumphasse & orcadas insulas romano adiecisse imperio. Id quod apud Senecam Octauia his uersibus commemorat. Miserande pater modo cuĩ totus: Paruit orbis. Vltra oceanum cuiq; britannĩ terga dedere: Ducibus nostris ante ignoti: Iuris q; sui. Minima contentos nocte britannos. Apudquos longissimus dies: xvii. horarum deprehenditur: & æstate lucidæ sunt noctes auctore Plinio. Armenius Zalazes: Hic quum obses ess& tribuno impati

Cremera

Cannæ

Cur laurus in purgationibus

Tæda

Februã

Britannia

Iuuerna

enter amanti pudicitiam prostituit: datos fuisse ab armeniis obsides Claudio & Domitio corbuloni tradit Cornelius tacitus. Hic fiũt homines. Ironicos dixit. Mittentur braccæ cultelli frena flagellũ. his sane muneribus honestius: & perinde facilius capi uidentur pueri q̃ pecunia: & uidetur respexisse ad illud Aristophãis in Pluto. qui generosos adolescẽtes atheniensium ait huiusmodi munera ab amatoribus suis exiere.

αι του σοιν ουκ αργυριον οι χρισοι τιλ
ομεν ιππον αγαθον ο λε κυνασ θηρευτικασ.

Braccæ. uestes quibus pudendæ partes uelãtur: & ab umbelico usq; ad genua protẽdunt: falsoq; adducit Diodorum siculum expositor quidam q; celtæ intonsas uestes: ac coloris uarii ferrent: quas uocãt braccas: cum is historicus scribat a gallis braccas uocari: quas græci αναξυριλασ dicunt: uerbaq; græca subiciemus: ut uerior nostra sententia habeaturt εσθησιλε χρωη ται κατα πληκτικαισ χιτωνασ μεη βαπτουσ χρωμασι παη το λαποισ λιηη θισμενουσ και αναξυρισιη ασ εκεινοι βρακασ προσεγοευουσιη. Artaxata. accusatiuus pluralis aduerbialiter positus: & decliatur hæc artaxata των artaxaton: estq; Armeniæ ciuitas.

Braccæ

Artaxata των

Enarratio Tertiæ Satyræ.

q Vãuis digressu ueteris cõfusus amici. Laudo tamẽ uacuis q; sedẽ figere cumis. Destinet. Sub umbritii persona uiri innocentis & integri plurima carpit uitia: quibus uniuersa Roma laborabat: sed in primis græcæ gentis mores: quæ assentatione totam urbẽ inuaserat. Imitaturq; Horatium: qui nũc per Damasippum: nunc per patrem: plurimos non bonos designat. Ergo migraturus cumas umbritius: uelut rogatus a poeta causas affert: cur Romam relinquit. Vacuis. desertis. Cumis. ciuitas in cãpania Cumæ: quæ ab undis nomen traxit. Nam τυ κυμα undam significat. Vnum ciuem donare sibyllæ. festiua periphrasi significauit hunc ciuem cumanum futurum. Cumas enim sibylla incoluit: ubi & sortes dabat. Ianua baiarum. Ianua ingressus: & aditus baiarũ. Baiæ. locus amœnissimus ĩ campania ab Vlysse conditus: & ab eius socio appellatus: de cuius amœnitate dixit Horatius sub persona diuitis Nullus in urbe locus baiis prælucet amœnis. Prochyta insula in puteolano sinu: dicta prochyta quasi profusa. Emersit enim hæc insula

Baiæ

Prochyta

Subura

Reda

Veteres arcus

Capena porta

Numa Pompilius

Egeria

Augustinus

Hydromatia numæ

Camœnæ

Delubrum

prouolutis montibus in mare: cum prius nõ foret: Vt scribit Plinius Suburæ. Subura regio Romæ dicta a pago succusano: uel ut Iunius ait auctore Varrone: ab eo quod fuerit sub ãtiqua urbe. uel ꝙ sit sub muro terreo carinarum. Augusto recitantes mense poetas. quo tẽpore ad declinandos nimios æstus: in suburbana & loca frigidiora reliqui concedebant. Reda una. tenuitatem rei familiaris significat. Et uocabulum gallicum reda est. Sustitit ad ueteres arcus: Romulus arcus ueteres latericios posuit. quos florentes postea opibus Romani: in marmoreos mutauerunt: ne conditoris urbis suæ memoria deperiret. Madidamque capenam. porta capena. Apia quoq; dicta est: ut Iunius frontinus docet in libro de aquæ ductibus: per quam capuam itur: Madidam. dixit quod depresso sit in loco restagnentq; illic aquæ iu tyberim delabentes: dicitur autem capena a capena urbe: quam italus Rex ædificauit (Vt Solinus scribit). Amicæ nocturnæ. hoc est egeriæ. Numa: Numa põpilius ut se magis uenerandum: legesq; suas sanctiores redderet: simulauit secreta colloquia noctu cum nympha Egeria habere: cuius monitu rem diuinam atq; publicam administraret: quæ res facile ĩ animos imperitos descendit. Augustinus in septimo diuinæ ciuitatis libro: refert numam Pompilium hydromantiam fecisse: ut in aqua uider& imagĩes deorum: uel ludificationes dæmonũ: a quibus audiret quid in sacris constituere atq; obseruare deber&. Quod genus diuinationis Varro a Persis dixit illatum: quo & ipsum numam: & pythagoram philosophum fuisse usum commemorat. Amicæ. nam uelut amica colloquia cum ea secreto habebat. Ouidius.

Siue hoc a samio didicit qui posse reuerti.
Nos docet: egeria siue monente sua.

Nemus sacri fontis. Auctore liuio: pompilius locum: quem mediũ ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: ad quem persæpe sine arbitris: uelut ad congressum deæ inferebat: camœnis sacrauit: quod earũ sibi consilia cum coniuge sua egeria essent. Sacri fontis.: Plutarchus scribit. Non solum camœniis lucum & prata: quæ circũ erãt: sacrata a Numa fuisse: sed & fontem ipsum sacris uestalibus uirginibus constitutum. Delubra. Asconius pedianus tradit quosdã dixisse: templa esse singulorum diis attributorũ locorũ. Delubra uero multarũ ædium: sub uno tecto a diluuio pluuia munitarũ. Alii delubra dicunt ea templa: in quibus sunt delubra corporũ abluẽdorum: more dodomei iouis: aut apollinis delphici. In quorum delubris lebetes tripodesq; uisuntur. Sunt etiam qui delubra ligna delibrata: idest decoriata pro simulacris deorum more ueterum posita existiment: sed male. Locantur iudæis. quibus edicto Domitiani urbe pulsis

necesse fuit siluas incolere. Cophinus fenumqȝ supellex. ex tenui & uili supellectile inopiam declarauit iudeorum. cophinus græca dictio corbem latine Priscianus interpretatur. Pendere. soluere ab eo dicitur: quod ære graui cum uterentur romani: penso eo nō nu merato debitum soluebant: Vnde & pensiones dictæ. Iussa est ar bor. ædicto Cæsaris: eiectis camœnis: quibus sacratum erat nemus. Mendicat silua. idest iudei siluam incolentes: quod clarius expressit ubi dixit. Cum dedit ille locum: cophino fenoqȝ relicto. Archana iu dea tremens mendicat in aurem. In uallem egeriæ descēdimus & speluncas dissimiles ueris. exculta & incrustata marmoribus ualis e rat egeriæ: propter aquæ ductum. Nam (ut Frōtinus tradit) oritur su pra portā capenā anio nouus: & Claudia a piscinis in altiores aquas recipiuntur: ita ut altior sit anio. Quanto præstantius esset numē aquæ. Naturali solo & illaborato riuo: dicit præsentius & uenerabi lius numen fontis futurum. Ingenuum tophum. tophus lapis est tener & friabilis. Hic tunc umbritius. Plinius meminit umbritii a ruspicis suo æuo peritissimi: Idem fere de hoc aruspice apud Corne lium tacitum legitur: sed uix crediderim hunc esse: quem hic poeta ī ducit: quando astrorum motus ignorare se dicit: & aruspicine impe ritum esse. Here. & heri pro metri ratione ueteres dixisse legimus. Martialis. Cur here quod dederas hodie puer hile negasti. Deteret. diminuet. Dedalus alas. amisso in aquis Icaro filio de dalus cumas delatus est: ubi & templum apollini condidit: auctore Virgilio. Dum noua canities. multis uerbis: & idem fere significā tibus: pulchre se uirentem senem: & laboris adhuc patientem demon strat. Lachesis. una parcarum: quæ de nobis sortitur. Nā sortiēs latine interpretari potest. Torqueat. neat: ut alibi penelope meli us leuius torquetis arachne. Maneant arturius illic & catulus hos infames fuisse: & si alibi non meminerim me legisse. tamē ex his uer bis facile patet. Nigrum in candida uertunt. prouerbialiter dictū de iis qui mala arte freti: quod prauum est in rectum uertūt: solebāt prisci: quod bonum & laudabile erat: creta uel alba linea notare: con tra quod turpe fuisset: nigro signabant. Vnde Persius.

Quæqȝ sequenda forent & quæ uitanda uicissim
Illa prius creta: mox hæc carbone notasti.

Et præbere caput domina uenale sub hasta. hi operam suam precio ad fraudem & sordidum questum locabāt: de quibus Plautus ī mu stellaria. Vbi isti qui trium numorum causa subeunt sub hasta: aut eos intelligit qui se uendi patiebantur: nam ut in iure lectum est: ho mo liber maior uiginti annorum qui se uēdidit manumissus ad sta tum suum reuertitur quo se abdicauit. Siccandam eluuiem. aut

Cophinus

Pensiones

Frontinus
Anio nouus

Tophus friabilis lapis

Vmbritius

Here p heri

Lachesis

Sub hasta
Plautus

de repurgādo alueo tiberis ītelligit:aut quotiēs is restagnasset: siccari locum depressum & lacunas oporteret. Portandum ad busta cadauer. In templo libitinæ ad funus necessaria uendere consueuerunt Romani:ut tradit Plutarchus:ergo erant qui funera locarēt & qui cōducerent:hos ego tum designatores:tum etiam libitinarios fuisse puto. Nam auctore Donato:designatores ludis funeribus præerant:de quibus Horatius. Et opella forēsis designatorem decorat lictoribus atris:Seneca de beneficiis. An tu Aruntium & Ateium & cæteros: qui captandorum testamentorum artem professi sunt:non putas eadem habere:quæ designatores & libitinarios uota? Vulpianus de institoria actione:si libitinarius seruum polinctorem habuerit: isq; mortuū spoliauerit dandam in eum quasi īstitoriam actionem & proprie cōducere funera dixit:quando ut apud Plinium legimus locator funeris esset. Municipalis harenæ perpetui comites notæq; per oppida buccæ. tibicines periphrasticos dixit: qui per municipia harenæ seruiebant:& buccas appellauit:quod iis tumentibus tuba infletur & insonet. Munera nunc ædunt. ludos dant:hinc æditor munerum: & munerarius dicebatur:qui ludos exhibebat:& hic est sensus:olī harenæ municipalis ministri:turpi ministerio & questu aucti: opibus iā munerarii habentur. Conducunt foricas. foricæ sunt ī quas recrementa alui deicimus. Foria enim(ut tradit Nonius)stercora liquidiora dixerunt ueteres:inde foriolus pomponius in mago: cōforisti me Diomedes:Laberius in paniceis:foriolus esse uideris in coleos cacas. Librum si malus nequeo laudare & poscere. fuere non nulli qui precio laudatores operum suorum conducerent:hos Iunior Plinius Laodicenos dicit latine dici:græce uero σοφοκλεισ a uoce quam proferebant sapientes eos uocantes. Ranarum uiscera nunquam inspexi. ad ueneficia subaudi paranda:sane auctore Plinio: ex ranæ rubetæ uisceribus:hoc est lingua:ossiculo:liene:iecore & corde mira fieri posse constat. Quæ mittit adulter. munera. Quæ mandant. mādata & uerba. Fur erit. adulter. Vnde & furta adulteria. Omnis harena tagi. tagus fluuius Hispaniæ:qui auriferis arenis celebratur Opaci. umbrosi:aut temperie loci:aut consitis arboribus opaci. Nam declinandi æstus gratia:licinianum ad tagum mittit Valerius Martialis dicens.

Aestus serenos aureo frangēs tago!
Obscurus umbris arborum.

Non possum ferre quirites græcam urbem: græcos hic grauissime īsectatur:hos ut uitiorum omnium progenitores: non cessat ubique Plautus exagitare. Iampridem syrus in tiberim defluxit orontes. Orontes in Syria mersus in hiatum quēdam:qui inter antiochiam &

Templum libitinæ
designatores
Libitinarii
Seneca
Vulpianus
Munerarius
Foricæ
Foriolus
Laodiceni
σοφοκλεισ
ueneficia ex rubeta
Græci uitiorum omniū pgenitores
Orontes

Apameā positus est: charybdis dicitur. Rursum post triginta stadia erumpit: deferturq; ī mare iuxta seleuciam. Typhon ob typhonis fabulam primum dictus: tum Orontes nominatus ab eius uidelic& nomine: qui eum primus ponte iunxit: Et per metonymiam Orontem pro Syris. Tiberim pro Roma posuit. Chordas obliquas. pro forma citharæ. Gentilia tympana: gentis propria: Gentiles tamen ut Cicero ait in topicis ii sunt: qui inter se eodem sunt nomine: ab ingenuis oriūdi: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: & qui capite diminuti non sunt: Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra. Ratio metri casus distinguit. Mitra enim hac in parte ornamētū est capitis & muliebre. Sic Virgilius in quarto.

Gentilis

Mitra

Et nunc ille paris cum semiuiro comitatu.
Meonia mentum mitra crinemq; madentem
Subnixus rapto potitur. Ceromatico collo. ceromate perunctо. de Ceromate plura infra dicemus. Niceteria. premia relata ex uictoria: quæ Athla & epathla Iulius pollux tradit alio nomine dici: fitq; a græco νικω quod est uīco. Sicyone. ciuitas peloponessi: quæ nūc clarentia dicitur: in qua Cicerone teste: molles & muliebres calcei cōfici solebant. Alta. quia in montibus posita. Amydone relicta Ciuitas peoniæ Amydon: de qua Homerus tradit auxilia missa troianis τηλοθεν εξ αμυδωνοσ απ αξιου ευρυ ρεωντοσ Andro. una cycladū Andros: ab andro nominata: auctore Eustathio. Tralibus. tralis urbs lydiæ sita in uertice quodam plano: qui promontorium natura munitum habet: & ut Strabo ait: optime habitatur ab hominibus opulentis: si qua alia asiaticarum urbium: Alabandæ Ioniæ ciuitas: Apollonio rhetore nobilitata. Item menecle & hierocle fratribus: qui & ipsi oratores fuere clarissimi. Exquilias. exquilinum montem significat: de quo Varro sic ait. Exquilinus mōs septiceps apud ædē Iunonis lucinæ: ubi æditimus habitare sol&. Et Ouidius in fastis.

Niciteria

Sicyone

Amydon

Eustathius

Tralis

Alabandæ

Exquiliæ

Adde quod excubias ubi Rex Romanus agebat.
Qui nunc exquilias nomine collis hab&.
A uimine collem. Viminalem collem significat a Ioue uimineo dictum: quod ibi aræ sint: uel quod ibi uimina nata fuerunt Varrone auctore. Isæo torētior. aut isæo fluuio: aut isæo rhetore pariter & philosopho. Torentior. uehemētior copiosior: de quo iunior Plinius in epistolis multa scribit. Philostratus in uitis sophistarum Iseū Assyrium tradit eius hoc inuentum fuit omnem materiam in breue coniicere. Grammaticus: qui grammaticam docet: sed īterpretes ꝓprie poetarū grammatici dicuntur. Martialis de epigrāmatis suis.
Grammaticis placeant & sine grammaticis.

Viminalis

Isæus

Philostratus

Grammatici prius critici

Dion chryso stomus

Dion tamen chrysosthomus ait: prius dictos fuisse criticos: quos posteriores grammaticos uocauerunt: Vnde legimus sæpe a criticis fuisse notatũ Virgiliũ: & Oratius ut critici dicũt. Rhetor. & q rhetorices præcepta tradit: & qui orat rhetor dicitur. Geometres. legendũ puto. & est terræ mensor.

Aliptes

Aliptes. is erat cuius curæ tradebãtur ii qui in sacris certaminibus pugnarent: dictus ab απο του αλειφειν: idest ungendo.

Schenobates

Schænobates. funãbulus a απο του σχοινου και βατου. i. fune & ascensore.

Magus qs?

Magus. lingua persarũ sapiẽs. Hic uero pro eo ponitur: qui ueneficiis pollet. Mediis sed natus athenis. Emphanticos dixit: mediis athenis: ubi olim græce artes floruerunt: & aut tãgit Dedalum: qui sibi & filio alas aptauit: aut eum qui tempore suo: ut effingeret Dedalum: uolauit & ipse: in quem est & illud Martialis. Dedale lucano cum sis laceratus ab urso

Quam cuperes pennas tunc habuisse tuas.

Conchilia. conchiliatam uestem significat: de qua Suetonius Vsum conchiliatæ uestis abstulit. Me prior ille signabit. in signandis tabulis mihi præponetur. Fultusq; thoro meliore recumbet. honoratiore loco discumbet. Nam tribus stratis lectis epulari ueteres cõsueuerant. Vnde Virgilius.

Inde thoro pater æneas sic orsus ab alto.

Aduectus ro. quo pr. & coct. uento. Sic Persius: Ita fit postquã sapere urbi cum pipere & palmis uenit nostrum hoc maris expers: ergo ita naui uectus est Romam græculus: quemadmodum e Damasco

Pruna damascena

pruna: & de Syria coctana: Pruna hac in parte damascena ĩtelligo Nam peregrina erant: & transmarinis locis uecta: Martialis.

Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ.

Sume: solent duri soluere uentris onus.

Coctona

Coctana. uero ficus mĩores: de quibus idem. Hæc tibi quæ torta uenerunt condita mensa: Si maiora forent coctana: ficus erant. De utrisq;. xiii. naturalis historiæ hæc legimus. Syria peculiares hab& arbores: in nucum genere pistacia. Nota prodesse aduersus serpentũ morsus: traduntur & potu & cibo: In ficorum autem caricas minoris eius generis: quæ coctana uocant: item pruna in damasco monte nata: & in quintodecimo. In peregrinis arboribus: dicta sunt damascena a syriæ damasco cognominata: iãpridem in Italia nascẽtia. Bacca

Vox elisa

sabina. oleo sabino: & per hoc Romæ indigena ostenditur. Miratur uoce angustam. Qua deterius nec ille sonat quo mordetur gallina marito. Hanc uocis figuram improbat his uerbis Quintilianus in . xi. Nam & suffocatur sæpe & maiore nixu minus clara est: Et ĩterim elisa in illum sonum erumpit: cui græci nomen ab ĩmaturo gallorũ cantu dederũt. Sustinet thaida. personam agit thaidis ĩ comœdia

Dorida.personã doridis. Nullo cultam palliolo, nullo tectam lineo uelamine:quod mulierum est:palliolũ a pallio fit. Et uidetur linteũ esse ad caput obtegẽdum:Inde palliolatus. Suetonius de claudio palliolatus nouo more præsedit:Martialis.

Palliolum

Hanc uolo quæ facilis quæ palliolata uagatur. Et idem.
Sucida palliolo uellera quinq; petit.

Infra uentriculũ auctore Macrobio uentriculum id latini uocãt: quod græci ηκαπωκοιλια. Tenui distantia rima.uenuste partem: qua muliebris sexus discernitur expressit. Aut stratocles aut cum molli demetrius hemo. Anthiochus Stratocles Demetrius hemus comœdi celebres fuerunt:quorũ Stratocles & Demetrius: diuersa uirtute a Quintiliano commendantur:iis ferme uerbis:Maximos actores comœdiarũ placere diuersis uirtutibus uidimus: Sed illud nimis mirum:ꝙ alter deos & iuuenes:& bonos patres seruosq; & matronas & graues anus optime:alter acres senes:callidos seruos: parasitos: lenones:& omnia agitatiora melius:fuit enim natura diuersa. Nã uox Demetrii iucundior:illius acrior erat. Endromydem. Endromys uestis gallica:nomen tamen græcum sortita:quæ potissimum arcẽdo frigori conueniebat:de qua Martialis in apophoretis.

Ventriculus

Stratocles

Demetrius

Endromys

Pauperis est munus:sed non est pauperis usus.
Hanc tibi pro togula mittimus endromyda. Et alibi
Vsus endromydis hoc epigrammate enumerat.
Hanc tibi sequanice pinguem textricis alumnam.
Quæ lacedæmonium barbara nomen hab&.
Aspera:sed gelido non aspernanda decembri.
Dona peregrinam mittimus endromyda.

Trula inuerso crepitum dedit aurea fundo. Nõ infestiue. est autem sensus græcus adulator laudat & emissum crepitum:& quotiens rectum minxerit:quia utrũq; bonæ ualitudini conferat crepitum quẽ diuitis uenter emittit: translatione uenusta aperuit. Nam inuersa trula in aquam cadens crepitum hnnc imitatur: Fit autem Trula a trua dicta auctore Varrone a traiiciendo quod per eam traiiciatur a qua Plinius in.xxxvii.naturalis historiæ Murinam trulã dicit: hoc est in formam trulæ excauatam. Transi gymnasia. hoc est sileto de ludis & certaminibus gymnicis quibus romana iuuentus ad imitationem græcorum exercebatur: Atque audi facinus maioris abollæ. Abolla cynicæ sectæ uestis erat: Vnde Martialis de cynico philosopho.

Trula

Abolla

Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati.
De qua ueste intellexisse Horatium sentit Seruius:cum de Diogene loquens ait.

Contra quem duplici panno patientia uellat.
Mirabor uitæ uia si diuersa decebit. Nam in expositione illius Virgiliani: duplicē ex humeris reiecit amictum: Horatii uerba affert: contendens duplicem amictum esse abollam: qua philosophi & milites utebantur. Nonius item: Marcellus abollam militarem accipit uestē Varrone fretus: de qua dictione plura alio loco diximus. Stoicus occidit baream. hic fuit Soranus Bareas: quem in asia minore procōsulatum agentem: reum detulit Torius Seuinus eques Romanus orditusq; crimen ab amicitia rubellii: qui in pisoniana coniuratione cōtra Neronem senserat: obiiciensq; ꝙ proconsul nihil ex utilitate communi fecisset: immo seditiones in prouincia aluisset: Neronem in primis in reum commouit: cognitioneq; senatui mandata: accitaq; filia cui Seruiliæ nomen erat: quæ & ipsa rea facta est: ꝙ pecuniam dilargita ess& ad deuotiones & ueneficia pro salute patris: testibus locus datus fuit: Multumq; iræ aduersus Soranum. P. ægnatius testis conciuit. Cliens hic Sorani: & tunc emptus ad opprimendū amicum stoicæ sectæ præferebat habitum: & ore ad exprimendum imaginem: & honesti & exerciti. Cæterum animo perfidiosus & subdolus: auariciam & libidinem occultans: quo teste: Sorano & filiæ datum est mortis arbitrium. Hæc de Cornelio sumpsimus. Apud quem itē legitur a .P. celere: baream Soranum falso testimonio fuisse circunuentum.

Bareæ Sorāi accusatio & cædes

.P. ægnatius

Gorgonei delapsa est penna caballi. pegasi: quem uolucrem equū poetæ finxerunt: hic ictu ungulæ ad radices parnasi fontem excitauit: non absurdum item foret pyrenen ītelligi corynthi fontem: iuxta quem edomitus fuit a bellerophonte pegasus. Diphilus. legendū est quasi Iouis amicus: non autem dysphilus: quasi malus amicus: ut quidam somniauit: Limine submoueor: repellor ab amicitia: Sic Seruius illud enarrans de turno se limine pelli: limen dicit a poetis ꝓ amicitia poni. Ne nobis blandiar. in malo: uidelicet sic Quintilianus. Blādiar iudices paulisper calamitatibus meis Si curet nocte togatus currere cum præ. licto. impellat. potētes aut qui in magistratu erant: quotiens ante Lucano tempore ad amicos salutandos ibant post: & ante se togatos habebant: a quibus in ædes amicorum deducebantur: & inde domum reducebantur. Martialis:

Pyrene fons

Diphilus

Limen pro amicitia

Mos salutātium

Exigis a nobis operam sine fine togatam: Et ad Afrum.
Nec caret officio consul uterq; tuo: Et alibi.
Et sine te nulli fas est prodire tribuno.

Diuitis hic serui claudit latus ingenuorū fil. sic Horatius. Comes exterior si postulet ire recuses uis ne tegam spurco damæ latus.
Vt semel atq; iterum super illam palpitet. tecta periphrasi coitum significat: Sic Persius:

Cum tibi morosо singultiet inguine uena
Patritiæ inmeiat uuluæ. Chione. meretrix: in cuius nomen hoc disticho iocatus est Martialis.
Digna tuo cur sis indignaq; nomine dicam.
Frigida es & nigra es non es & es chione.
chion græce: latine nix. Hospes numinis idaei. Scipionem nasicā intelligimus: qui (ut ipsis Plinii uerbis utar) Vir optimus semel a cōdito æuo iudicatus. Et dignus qui domi matrem deum usq; ad conditum templum exciperet: Vnde in fastis.
Nasica excepit templi non perstitit auctor.
Augustus nunc est ante Metellus erat.
Seruauit trepidam flagranti ex æde minernam. Luciū Metellum designat: qui orbam luminibus exegit senectam amissis incendio: cū palladium pontifex raperet ex ede uestæ memorabili causa. Sed euē tu misero. de quo: ut apud Senecam legimus facta fuit declamatio: Metello pontifici negatur post amissos oculos sacerdotiū. Ouidius in fastis.
Prouolat in medium & magna succurrite uoce.
Non est officium flere Metellus ait.
Quā multa magnaq; paropside cœnat: Paropside per o legendū est: nō per a παρα και οψον. i. ad cibū: & est proprie paropsis iuris genus: auctoribus polluce & Eustathio: q̄q̄ nō nūq̄ ꝑ repositorio ob soniorū apud idoneos tā græcos q̄ latinos legat. Iures li. & samo. & no. aras. Dii samothraces: ut Varro scribit: sūt terra: & cælū: q iidē principes in latio saturnus & ops: Vulgus putauit deos magnos esse samothracas: hoc est castorē & pollucē: Sed nō sunt: immo mas & fœmina: quos augurū libri scriptos habēt. Sic diuipotes sunt ꝑ illo qui samothraces: hæc duo cælū & terra. Exeat ĩquit si pu. ē. uox est ex citātis: de. xiiii. primis gradibus eū: qui legitimū cēsū equestrē nō habebat: qui quadrigētorū erat sestertiū. Puluino sur. eque. puluinū hic accipit pro equestribus: in quibus sedebāt equites: Seneca septio de beneficiis. Equestria omniū equitū romanorū sunt: & itē: sed cū ĩ theatrum ueni si plena sunt equestria & iure habeo locū illic: q a sedere mihi licet quēadmodum popularia dicebātur: ubi: plebs ipsa ĩ theatris sedebat. Suetonius in Domitiano. Et quia pars maior ĩtra popularia deciderat quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestres: ac senatorii ordinis pronunciauit. Preconis filius. qui auctionem indicebat: & audientiam faciebat: is: præco dicebatur. Pinnirapi. pinnirapus gladiator: compositum nomen ex duobus corruptis: hoc est pinna & rapio. Iuuenesq; lanistæ. lanistæ ii dicebantur: qui familias domi ad gladiaturā exercēdā ĩstituebāt: ergo iuuenes lanistæ

Chione

Scipio Nassica hospes numinis idei

Metellus cæcus

Paropsis

samothraces dei

Equestria quæ essent

Popularia

Pinnirapus

Lanista

gladiatores accipimus. Sic libitum uano qui uos distinxit othoni Roscius Otho tribunus plebis legem tulit ne quis sederet intra quartumdecimum theatri gradum: nisi cuius auo patrique īgenuo quadringenta sestertia fuissent. De quo Horatius in epodo: Othone contempto sedet: & ad mecenatem.

lex rosciatheatralis

Roscia dic sodes melior lex an puerorum nenia?

Veneto cucullo. ueneti coloris: quem nunc blauum appellāt uulgo ut existimamus: de quo plura alias. Cucullo. Cucullus uelamen: quo caput obtegitur. Theatro herboso. pro tempore ex herbis extructo. Nam & temporarium dicebatur theatrum: quod ligneū erat. Tandemque redit ad pulpita notum exodium. cum sit exodium: tradente polluce: cantus quem cedentes de theatro cantabāt: Aperte errauit Ioannes Tortelius: qui dicit errogationem id esse Sed & Nonius Marcellus: & Festus Pompeius in origine & interpretatione huius dictionis parum erudite loquuntur: deducunt enim dictionem a græco ab ἐξ και ὁδου: idest extra uiam & finem significare aiunt: cum fiat ab ἐξοδων. Similemque uidebis orchestram & populum: hoc est: idem est: tum habitus: tū ornatus nobilium & plebeiorum: quando indiscretus spectat populus: in orchestra apud romanos quantum ex Vitruuii uerbis colligimus senatorum sedibus loca erānt designata. cuius pulpiti altitudo non erat plus quinq̧ pedum: Vt ii qui in orchestra sederent: spectare possent omnium agentium gestus: Vnde apud Suetonium legimus legatos exterarū gentium & honoratiores personas ex orchestra ludos spectasse. Tunicæ albæ. quod ædiles soli in municipiis albas induti tunicas spectarent: cum Romæ omnes albis induti spectarent. Ambitiosa pauptate. Sic Quintilianus: Ne sim ambitiosus in malis. Crinem hic deponit amati. capillatorum & crispulorum crines non nisi solemniter tondebantur: utpote alicui deo dicandi: quod de earino Domitiani puero apud Statium & Martialem legimus: cuius recisi capilli Esculapio Pergamum missi fuere. Gelida præneste. Sic Virgilius. Præneste sub ipsa. ad significatum referens: non ad uocem: gelida quia ī monte sita est. Dicitur autem præneste: uel απο του πρηνου idest ab ilice: uel ut Pompeius Festus ait ꝙ præstet mōtibus is locus quo condita est Solinus autem ex sententia Zenodoti a preneste Vlissis nepote Latini filio: uel ut prenestini sonant libri a ceculo: quē iuxta ignes fortuitos inuenerint. Vulscinii. Etruriæ populi uulscinii. Gabiis simplicibus. aut illaboratis: aut ad fraudem Sexti Tarquinii allusit. Proni tiburis. i. pēduli: in monte enī ab argeo colono positū fuit tibur. Tenui tibiçie. debili fulcro: sane tibicines auctoř Pōpeio in ædificiis dici exīstimātur a similitudine tibiam canentiū

Temporariū theatrū
Exodium
Orchestra
Earinus
Præneste

qui ut cantantes sustineant: ita illi ædificiorum tecta: & quod ĩ sustẽ taculo alterius ponitur tibicen dicitur. Ouidius in quarto fastorum. Hæc modo uersabat stantem tidicine telam.

Tibicines

Ipsæ quoq; particulæ quibus uersus replentur tibicines a grãmaticis dicuntur. Vcalegon. allusit ad illud Virgilianum. Iam proximus ardet Vcalegon. & posuit personam pro domo uicina. Friuola. ꝓprie uasa fictilia quassa: deduciturq; hæc dictio a frio as quod significat uix attrectando aliquid confringere: & ĩ puluerem uertere: quo uerbo frequenter utitur Plinius. Ornamentum abaci. coquorum tabula: & item mensa: in qua tam ad edendum q̃ ad bibendum uasa exponuntur: abacus dicitur: fitq; a genitiuo græco nominatiuus latinus: quin & tabulæ in quibus lineæ & figuræ mathematicorũ deducũtur abaci appellantur. Et recubans sub eodem marmore chiron. hanc putamus delphicam fuisse: quæ superposita erat basibus abacorum: de qua Horatius in sermonibus: Et lapis albus pocula cũ cyato duo sustinet: quem lapidem porphyrion pro delphica exponit: Ergo sculptus erat in marmore chiron sustinens abacum cum basi. Opici rodebant carmina mures. opici frendẽtes & barbari: Osci uero cãpaniæ populi prius opici dicti: quo epitheto humilitatẽ uerbi subleuauit: & aptam fecit carmini dictionem: Sic Virgilius Quintiliano tradente: Exiguus mus. Et Horatius: Nascetur ridiculus mus: Cõtra uero merito riserunt poetam dicentem. Prætextam in cista mures rosere camilli. Pullati proceres. atrati & funebres. pullas sane & longas uestes induti ex luctu parẽtũ: aut ꝓpinquorũ incedebãt: qui mos a lydis cæptus fuit: Vt scripsit Plutarchus in cõsolatione ad apolloniũ. Differt uadimonia prætor. Sic Cicero: Vadimonia dilata nec esset alienũ iusticiũ forsitan intelligi: quod ĩ luctu publico fieri solebat. Liuius: Accepta caudina clade iustitium sua sponte factum est. Et Lucanus: Tristi iustitio: Euphranoris aut policleti: Statuarius hic fuit celeberrimus: ille pictor egregius: Phæcasianorum uetera ornamenta deorum: deos phæcasios apud athenienses cultos fuisse ex Apiano alexandrino colligimus: apud quem legitur Antoniũ ab expeditione parthica in ægyptum reuersum ad cleopatram sũpsisse togam græcorum quadratam & calceos candidos Alexandrinorum: & Atheniensium sacerdotum: quos phæcasios appellant. Iulius pollux & alii idonei græcorum scriptores: phæcasos calceos esse tradũt: habetq; hec dictio æ diphthongum in principio: a phaecasio phaecasiatum formauit: Seneca ad Lucilium: Si quem palliatũ: aut phaecasiatum conspexeris: Forulos: capsulas & conditoria Suetonius duobus forulis condidit auratis. Tanq̃ ipse suas ĩcenderit aedes: Idẽ de tongiliano Martialis:

Friuola
Frio
Abacus
Delphica
Opici
Pullatæ uestes a lydis
Iusticium
Phæcasii dei
Phæcasiatus
Foruli

Collatum est decies rogo non potes ipse uideri.
Incendisse tuam Tongiliane domum.
Sora fabrateria frusino. campaniæ oppida: a fabrateria fit fabraternus. Hortulus hic puteusq; breuis nec reste mouendus, talem puteum Columella iubet in hortis habendum: uersibus his.

Columella

Aut fons illachrymet putei non sede profundi
Ne grauis hausturis tendentibus ilia uellat.

Pythagoreus
Pythagorista

Centum dare pythagoreis. apud græcos pythagoreus is dicitur: qui sectam tenet pythagoræ: pythagorista uero qui uitã. Imperfectus non coctus. Meritoria. publica diuersoria a merẽdo dicta. Stãtis mandræ: tardantis gregis. Vitulisq; marinis. qui & phocæ dicũtur: uituli uero nomen accipiũt: q illis in somno mugitus sit: nullũq; animal: teste Plinio: grauiore premitur somno. Curret super ora liburno. currus autem lecticæ genus: quo diuites uehebantur: a liburnis populis a quibus & liburnæ naues: de quibus Lucanus.

Vituli marini
Liburnus

Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ.
Clausa lectica fenestra. huiusmodi lecticas Plinius in ultimo naturalis historiæ: cubicula uiatoria appellat. Obiter leget. aduerbiũ obiter: quod significare uidetur precise tali causa. Plinius ĩ prologo naturalis historiæ: Vt obiter caueã istos homeromastygas. Sõnũ admittunt. idem fere Martialis: Nec requiescendi in urbe locus est: pauperi negant uitam ludi magistri mane pistores ærariorum marculi die toto: & ad cubile est Roma tedio: fessis dormire quotiens libuit imus in uillã. Assere duro. asseres dicti scribente festo q assideant parieti trabibusq;. Sed lignum hac in parte habetur: quo utebãtur lecticarii: quã rẽ confirmat Suetonius in uita caligulæ. Ad primũ tumultum lecticarii cum asseribus accurrerunt. Ille metretam.

Obiter
Asseres
Metreta

Metreta uas certe cuiusdam mensure. Martialis.
Plurimus hispanas missit tibi nauta metretas.
Centum conuiuæ sequitur sua quæq; culina. tanta erat turba petẽtiũ tãtoq; studio obsonia quæ distribuebãtur: hoĩes excipiebãt. Vt illa cum foculis exciperent: ne intepescerent: in quam rem scribit Seneca ad Lucilium in xii. epistolarum moralium. Tumultus coquorum: ipsos cum obsoniis focos transferentium: hoc enim iam luxuria cõmenta est: ne quis intepescat cibus: ne quid palato iam calloso parum fieret: Cœnam culina persequitur. Corbulo. aut est nomen a corbe deductum: aut de aliquo sui temporis corbulone intelligit.

Cõmẽtũ gulis

Sarraco ueniente abies: Sarracum currus: quod uerbũ humile est: & satyræ cõuenit: Nam eo parum apte: Quintiliano teste: Cicero usus est: Saxa ligustica: marmor lunense: quod in liguria excidebatur: sæpe enĩ casu ponderũ obterebãtur homines & in primis tenuiõres:

Sarracum

Horatius.
Torquet nunc lapidem nunc ingens machina tignum.
Tristia robustis luctantur funera plaustris.
Domus secura. domestici nihil timētes de morte heri. Et bucca foculum excitat. foculum in quo ignis continetur accipimus. Gellius ī noctibus atticis. Tum illa foculum coram eo cum igni apposuit.
Et sonat unctis. increpat subaudi præfectus familiæ. Sic infra. Vox domini fremet instantis uirgamq; tenentis: & Persius.
I puer & strigiles crispini ad balnea defer.
Soliti enim erant prisci: priusq̄ comederent lauari Ergo uenturo domino ad balneum: necessaria parabantur. Strigilibus. hanc dictionem Priscianus a uerbo latino stringo: uel a a græco ςλεγγις deducit. Est autem aeneū instrumentū ad destringēdū corpus sudorēq; tergendum aptum. Martialis.
Pergamus has misit curuo destringere ferro.
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.
Cornelius celsus: medicamentum in aurem per strigilem instillari iubet. Sed strigilis & gutti formā graphice describit Apuleius Madaurensis ī floridis: his uerbis. De habitu & ornatu hippiæ sophistæ scribens: qui magno inceptu prædicauit fabricatum semet sibi ampullā quoq; oleariam: quā gestabat lēticulari forma tereti ambitu: pressula rotunditate. Iuxtaq; honestam strigileculā recta fastigatione clausulæ flexa tribulatione ligulæ: ut & ipsa in manu capulo moraretur Et sudor ex ea riuulo laberetur Ampullam uocat quod poeta guttū & strigileculam forma diminutiua quam strigilem. Cicero quoq; in quarto de finibus. De ampulla & strigili sic loquitur. Si ad illā uitā quæ cū uirtute degatur Ampulla aut strigilis accedat. Ampulla græce λυκιθοσ dī. Plinius massulas auri strigiles appellat. Porthmea portitorem græca dictio. Nā & porthmos fretum significat. Alnū pro cymba alnum posuit: q̄ ex hac arbore primum factæ sint lintres. Virgilius. Tum primum fluuii alnos sensere cauatas.
Nō sperat. quia īsepultus iacet: secūdū illud Virgilii ī sexto. Ii quos uehit unda sepulti. Nec hab& quē porrigat ore trientē. Diodorus Siculus in secūdo bibliothecæ historiæ: De sepulchris ægyptiorum qui heliopolim accolūt hæc tradit: paludē esse acherusiā: in quā īmittantur: cadauera in ulteriorem ripā deferenda: nauim uero ipsā quatraiicitur barim hoc est onerariā appellari: portoriūq; dari uelut portitorū obolū: qui sermōe patrio charon uocetur. Apuleius itē ī libris metamorphoseos ostēdit eū qui traiecturus paludē stygē esset ferre ī ore stipē: quā charon portitor sua manu de ore sumeret. Ebrius ac petu. qui nul. for. ceccidit: hoc othonem fecisse Trāquillus scribit:

Forma strigilis
Cor. celsus
Apuleius
Guttus
Porthmeus
Traiectio cadauerum
Apuleius

Noctibus enim̃ uagari solitus:in ualidum quęq; obuiorum: uel po tulentum corripiebat:ac distento sago impositum in sublime iacta bat. Lugẽtis amicum pelidæ. Achillem apud Homerum legimus ob patrocli mortẽ:quem unice dilexerat insomnes & inquietissimas noctes modo pronum modo supinum egisse. Tectis sublimibus. Vitruuius ꝙ maiestate urbis & ciuium infinita frequentia innume rabiles habitationes opus fuit explicare in urbe: Ergo cum areæ cõ planate recipere non possent tantam multitudinem ad habitandum in urbe ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit deueni re: Itaq; pilis lapideis structuris testaceis: parietibus cementiciis alti tudines extructæ contignationibus crebris coaxate cenaculorũ ad summas utilitates perficiebant despectationes: Ergo contignationi bus & mœnibus uariis alto spacio multiplicatis. P.R. egregias habu it habitationes: non sine causa igitur ab alto sublimium tectorũ spa tio umbricius timere se dicit ne iactu testarum feriatur: Coccina læna: coccinea: purpurea: coccos græce: latine granum: inde coccinus & coccineus: grano (Vt uulgus loquitur) infectus. Longissimus or do. comitatus & multitudo. Sectile porrum. sectinum porrum: de quo Martialis.

Tecta subli ma

Coccus

Mittit præcipuos nemoralis aricia porros.
In medio uirides stipite cerne comas.

Cuius cõche tumes. legumenti genus: quæ & caryca cõcha: Vt apud Martialẽ. Elixi: aqua cocti: lixa aqua dr̃: unde elixũ ad differentiã assi: Veruecis: ueruex aries cui ãputati sũt testiculi: Proseucha: locus precantiũ simul & peregrinãtiũ: Vadimonia deinde irati fa ciunt: iubẽt cõuadari ut reum: quẽ pulsauerunt: hoc est uades dare. Fixa cathenatæ: idest cathenis cõfixæ & cõclusæ: Grassator. sub sessor uiæ: qui per uim & insidias latrocinatur: Et pontina palus & gallinaria pinus: palus pontina in cãpania a circeis incipiẽs: quẽ lo cum. xii. urbiũ fuisse Mutianus ter consul ꝑdidit. Suetonius itẽ scri bit cæsarẽ dictatorẽ uoluisse pontinas paludes siccare. Gallinaria pinus. q̃q̃ cõtra mõtes ligusticos insula sit (Vt Varro tradit gallina ria dicta: tamẽ hic de silua gallinaria cumis uicina ĩtelligẽdum est: De qua Cicero ad petum. Quĩtus ceparius obuiã mihi fuit in silua gallinaria. Strabo itẽ de hac silua hæc tradit: hoc quoq; ĩ sinu fructi cosis uirgultis freq̃ẽs & arboribus silua est: multis porrecta stadiis aquarũ ĩdigna: cæterũ fabulosa: quã gallinariã uocãt siluã: hic Sexti Pompeii classis præfecti piratica struxere nauigia. Qua tempestate Siciliam ab Romano desciscere fecit imperio. Marræ & sarcula desint. Instrumenta rustica atq; olitoria. Columella.

Conchis

Elixum

Grassator

Pontinæ pa ludes

Gallinaria sylua

Marræ

Sarcula

Tunc tritura solum splendentia sarcula sumat.

Tum penitus matris eradere uiscera matris   Ne dubita.
Sub regibus atq; tribunis. per tribunos cousules intelligimus: sub qui bus tribunitia potestas creata fuit: Vno uiderunt contentam car cere Romam. Ancus rex ut scribit Liuius: cum res Romana aucta fo ret: & facinora clandestina fierent ad terrorem increscentis audaciæ media urbe eminētem foro carcerem ædificauit. Eluinam cererē uestrāq; dianam. quarum dearum ædes aquino proximas fuisse exi stimamus.

Enarratio quartæ satyræ.

Quando car cer romæ

e Cce iterum crispinus adest mihi sæpe uocādus. Cri spini prodigum animum & uoracem gulā acrius in sectatur: simulq; nimium & infra cæsaream dignita tem Domitiani studium in rombocoquendo. Ad cuius cōdimentū: uelut ad deliberāda magna iussu Cæsaris accersiti patres fuere. Ad partes subaudi satyrarū: in qui bus sicut in comœdiis sunt personæ primarum partium. Et rursum secundarū. Quid refert igitur. quid prodest ædes extrusisse cū ge statione hortulis & laxis porticibus. Et uelut terræ iugera in medio urbis possedisse? quando malus felix esse non possit. Vbi sciendū so litos fuisse priscos in domibus gestationes habere. In quibus gestarē tur hortulis uel inclusas uel coniunctas: quam rem apud iuniorē Pli nium frequenter legimus. Cum quo nuper uittata iaceret. Incestū uidetur cum uirgine Vestali fecisse: quæ pollutæ pudicitiæ rea: & in cesti conuicta: uiua in subterraneum cubiculū defodiebatur. Quod pluribus uerbis in camilli uita plutarchus refert. Qua item pœna iu bente domitiano affecta est Cornelia Maronilla: Vt Suetonius & pli nius tradunt: Mulum sex milibus emit. Mulus is piscis est: quem nūc uulgus barbonem appellat: barbatus enim est: Vt Cicero & Var ro scribunt: græca est dictio: de qua plura alias dicemus: sed mulum expirantem uersicolor & numerosa uarietate (Vt uerbis Plinii utar) spectari proceres gulæ narrant: rubentium squamarū multiplici mu tatione pallescentē: utiq; si uitro spectetur inclusus: unde Martialis.
Spirat in aduecto: sed iam piger æquore mulus
Languescit: uinum da mare fortis erit.
Cuius piscis insana precia Plinius & Macrobius referūt. Nā octo se stertiis Asinius celer uir consularis mulum unū mercatus est. Ae quantem sane paribus sestertia libris. hoc est pendentem libras sex pro numero sestertiorum. Nam mille nummos sestertius ualebat. Quā rē ex uerbis Plinii & Samonici colligere lic&. Scribit enī Plinius Asi nium celerem sestertiis octo mulū emisse: quod precium fuisse octo

Gestationes in domibus

Vestabulū pœna Cor. Maroni la

Mullus

Varietas mu lorū ī morte

sestertius mil le nūmos ua lebat

milium nũmum Macrobius tradit Samonicum ſcribere. Ex Horatio item ſi diligẽtius attenderimus: hoc idem cognoſcemus: ait enim. Si quadringentis ſex ſeptem milia deſunt: plebs eris: quaſi quadringenta milia nummum legitimus equitum cenſus foret. Quam ſummã quadringentorum ſeſtertium fuiſſe: tum hiſtorici: tum reliqui ſcriptores referunt. Ergo ſex milia nummum ſex ſeſtertia accipere debemus: ad quem numerum referendum eſt piſcis pondus. Precipuã in tabulis ceram. ſi habendæ hereditatis gratia: aut amicæ donaſſet ignoſcendum for&. Latis ſpecularibus antro ſpeculariorum uſũ perlucente teſta: clarum tranſmittentium lumen memoria ſua prodiiſſe ſcribit Seneca in epiſtolis: qui item de Scipione tradit. Quod non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerit. Et Mart.

Quãdo ſpecularia Romæ

Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles & ſine fece dies.

Plura uidemus quæ miſer & frugĩ non fecit apitius. Senſus hic ſum ptuoſior: & magis damnoſus noſtro tempore eſt Criſpinus: quã olĩ apitius fuerit: qui nepotum omnium gurges altiſſimus irritatæ gulæ parum obſequens mulum precioſum nõ emit: ſed octauio ceſſit quam hiſtoriam ipſis Senecæ uerbis ad Luciliũ aperiemus. Mulus ĩ gentis formæ quare autem non pondus adiicio. Et aliquorum gulã irrito: quattuor pondo & aſſe libram fuiſſe aiebant Tiberius Cæſar miſſum ſibi: cum ĩ macellum deferri & uenire iuſſiſſet. Amici ĩquit animus me fallit: niſi iſtum mulum aut apitius emerit: aut Publius Octauius: ultra ſpem illi coniectura proceſſit: licitati ſunt: uicit octauius: & ingentem conſecutus eſt inter ſuos gloriam: cum quinque ſeſtertiis emiſſet piſcem quem Cæſar uendiderat: ne Apitius quidem emerat, numerare tãtum octauio turpe fuit. Nam ille qui emerat: ut tiberio mitteret (q̃q̃ illum quoq; reprehenderim) admiratus eſt rem: qua putauit Cæſarẽ dignnm amico ergo aliquis aſſidet probamus. At hereditatis cauſa facit: ſi uultur es cadauer expecta. Succĩctus patria quondã criſpine papyro. quia & in ægypto papyrus naſcitur & ægyptius fuit Criſpinus. Succĩctus. q; ex papyro (ut plinius ſcribit) nauigia texunt: & e libro uela tegeteſq;. Nec nõ ueſtem atq; ſtragula conficiunt. Prouincia tanti uendit agros. proprie prouincia extra Italiam dicebatur: quæ & procuratorem accipiebat. Plinius de galia narbonenſi Italia uerius q̃ prouincia: & Iunior in epiſtolis prouincialis es an Italicus. Maiores appulia uendit. non ſolum extra Italiam: ſed in deſertis appuliæ tanti agros emere inuidioſum for&. Iam princeps equitum. quia præfectus prætorii fuit hic criſpinus. Municipes fracta de merce ſiluros. peculiaris nili piſcis Silurus traditur: quãq̃ & in danubio reperiatur: quem piſcem nõn abſimilem ei

Seneca

Tiberius cæſar

Apitius & P Octauius licitãtur mulũ

Ex papyro quid

Prouincia

Prouincialis Italicus

Silurus

colligimus:quem sturionem appellamus. Municipes. conciues & conterraneos. Nam ægyptii pisces:ægyptii hominis municipes erãt.

Flauius orbem ultimus. Domitianus hic fuit ex gente flauia:qui post Vespasianum patrem & Titum fratrem Romanũ tenuit ĩperiũ

Et caluo seruiret roma Neroni. Alterum Neronem Domitianũ appellat:secutus Virgilium:qui æneam parin uocat.
Et nunc ille paris cum semiuiro comitatu.
Caluum legimus Domitianum fuisse nõ Neronem: adeoq; caluitio offendebatur: Auctore Suetonio:ut in contumeliam suam traheret: Si cui alii ioco uel iurgio obiectaretur:& Ausonius.
Frater quem caluum dixit sua Roma neronem.

Caluicium domitiani

Incidit adriaci spatium mirabile rombi. rombus piscis de genere planorum:quemadmodum passer & solea perhibetur: hic Rauennæ auctore Plinio optimus est:de quo Martialis
Quãuis lata gerat patella rombum.
Rombus latior est tamen patella.

Rhombus solea passer plani pisces

Ante domum ueneris quam dorica sustinet ancon. Dores Ancona condidere:cuius urbis patrona uenus quondam fuit. ad quã Catullus. O quæ ceruleo creata ponto. Quæ sãctum idalium uriosq; apertos. Quæq; ancona gnidũq; harũdinosam colis. Quos operit glacies meotica. In palude meotica per hiemem conglaciata: pisces pinguescunt:qui mox resoluta glacie in pontũ effunduntur. Torpentis ad hostia ponti. bosphorum cimmericum ponti hostia intelligimus:per quem palus meotica in pontum defluit. Pontifici summo. Domitiano. Sic Plinius ad Cornelium de eodem: qui ut pontificis maximi iure reliquos pontifices non in regiam: sed ĩ albanã uillã conuocauit:ut incesti Corneliam maximillam condemnarét: Depastumq; diu uiuaria Cæsaris. separatim in uiuariis pisces romani Cæsares concludebant:atq; pascebant. Plinius & manu pascuntur pisces in pluribus quidem cæsaris uillis Et Martialis.
Sacris piscibus hæ natantur undæ.

Ancon

Venus

Bosphorus cimerius

Viuaria

Palphurio si credimus armillato. nõ absonum foret palphurium suram intelligere:quem senatu olim pulsum:ac de oratoribus coronatum: Vt Domitianus restitueret in capitolino certamine multi ingenti consensu precati sunt:quos tamen nullo responso dignatus:tacere tantũmodo iussit uoce preconis. Hæc Suetonius. Armilato. uel armillis donato uel coronato. Res fisci est. fiscus uas ad maioris summæ pecunias capiendas:inde confisco. Tamen hic properat uelut urget auster. q̃uis instante hieme potuisset piscis seruari p frigora:tamen uelut auster urgeret:piscator festinabat: quo uẽto spirante: obsonia corrumpi aiunt. Horatius.

Fiscus
Confisco

At uos præsentes austri coquite horum obsonia. Refertq; Seneca tã tum fastidii in illis fuisse:ut nolent attingere nisi eodem die captum piscé:&(ut aiunt) saperet ipsum mare:ideo cursu aduehebatur: ideo gerulis cũ anhelitu & clamore properãtibus dabatur uia. Letifero cedẽte pruinis autũno.& extremitaté significat autũni: Sic Virgilius Auctuni frigore primo:Quo tẽpore longiores & autũnales febres in quartanã plerũq; mutãtur. Et uestã colit alba minoré.Albæ uesta lis ignis seruatus est usq; in tẽpora Cæsarum:de quo Lucanus.

saperet mare piscis

Nec non iliacæ numen quod præsidet albæ. Rapta properabat ab olla pegasus. iurisconsultus celeberrimus fuit pegasus: & a Vespasi ano urbi præfectus: Vt pomponius tradit ĩ origine iuris. Vnde eũ & uillicum urbis:& interpretem legum sanctissimũ appellat. Crispi iucunda senectus. uibius crispus uir ĩgenii iucundi & elegantis fuit qui forte interrogatus ess&:ne quis intus cum Cæsare Domitiano. Non absurde responderit:ne musca quidem. Nã domitianus sũpto secreto muscas solebat captare:ac stilo præacuto cõfiger. Eiusdẽ properabat acilius æui. Domitianus complures senatores iniuste ali quot consulares interemit:ex quibus:ciuicã cerealẽ in ipso Asiæ ꝓ cõsulatu:Saluidienũ orphitum Acilium Glabrioné exilio quasi mo litores rerum nouarũ:Hæc Suetonius. Profuit ergo nihil misero. nihil furor simulatus in cõficiẽdis feris illi profuit. Albana nudus arena.aut in uenationibus in albano exhibitis. aut ad id respexit: ꝙ Tranquillus de domitiano refert.Qui celebrabat quotannis quĩqua tria mineruæ:cui collegium instituerat:ex quo sorte ducti magiste rio fungerentur:redderentq; eximias uenationes & scenicos ludos.

pegasus præ. urb.
Pomponius
Vibius crispus
Acilius glabrio
Quinquaterna

Cominus. cultro uenatorio:de quo Martialis:

Si deiecta geres longo uenabula rostro
Hic breuis in grandem cõminus ibit aprum.

Culter uenatorius

Vrsos figebat numidas: cum in aphrica scribente plinio ursũ non gigni constet:mirandum adiici a poeta numidas. Itẽ apud Martialẽ Quod freno libyci domãtur ursi: Nisi forte secuti sunt annales. In quibus notatũ est domitiũ Aenobarbũ ædilẽ curulẽ ursos centũ Nu midicos.& totidẽ uenatores æthiopas ĩ circo dedisse. Rubrius of fensæ ueteris memor.Rubrius gallus ut apud Corneliũ legimus pre ces cohortiũ:quæ brixelli egerãt tulit:quo item ministro sermonum pleriq; crediderunt cõcussam cecinnæ mentem in bello bebriacensi.

Vrsum numidia non generat
Rubrus

Montani quoq; uẽter.Curtii mõtani qui detestãda carmina face ret meminit Tacitus. Pompeius.Siue de pompeio paulino:quem uectigalibus publicis præposuit Cæsar domitianus: siue de põpeio longino intelligere possumus. Et qui uultu.seruabat uiscera dacis fuscus.Cornelius fuscus præfectus cohortiũ prætorianarũ:cui sũmã

Pompeius
Cor. fusus in dacis cædit

belli Domitianus cōmiserat:oppressus fuit ī dacis legione simul cæ
sa:in quem est illud Martialis.
Hic situs est fuscus lic& hoc fortuna fateri.
Iam lapis hostiles non timet iste minas.
Et cum mortifeto prudens ueiento catullo.de quibus ad Sempro
nium Rufum Plinius hæc scribit.Cœnabat nerua cum paucis ueien
to recumbebat proximus atq; etiam in sinu.Dixi omnia cū hominē
nominaui.Incidit sermo de Catullo Messalino:qui luminibus orba
tus ingenio seuo mala cecitatis addiderat:non uerebatur: non erube
scebat:non miserebatur:quo sæpius a Domitiano non secus ac tela:
quæ & ipsa cæca ac īprouida feruntur in optimū quēq; cōtorquebat
De huius nequitia sanguinariisq; sentētiis in cōmune oēs sup cœnā
loquebātur. A ponte satelles.pōtes medicos obsedisse poscendæ
stipis gr̄a his uerbis Seneca tradit:in sublicium pontē me trāsfer: & ī
ter egenos abige:nō ideo tamen me despiciā quod in illo℞ numero
cōsedeo.qui manū ad stipem porrigūt. Aricinos q mēdicaret ad
axes. bouillas significat & cliuum uirbii:quæ loca egeni mendican
do frequentabāt Persius.Accedo bouillas cliuumq; & uirbii. Presto
est mihi manius hæres.Bouillæ autem teste pediano ī uia erāt: quæ
ariciam ducebat.Nā ad bouillas interfectus fuit Clodius aricia redi
ens. Deuexæ redæ propter cliuum dixit. Pugnas cilicis.gladia
tor hic fuit:q̄q̄ Martialis de Cilice fure sic scribat.Cōpillare cilix uo
lebat ortum. Pegma.sunt qui a uerbo græco dictionem hāc dedu
cant πηγνυμι.i.ludo.Alii a uerbo παιγνυμι hoc ē pango & extruo
Et erāt ligneæ substructiones:qua℞ formā & positionē sic describit
Seneca.His ānumeres lic& machinatores qui pegmata per se surgē
tia excogitant:& tabulata tacite in sublime crescentia: & alias ex ino
pinato uarietates:aut dehiscentibus quæ cohærebant: aut quæ dista
bant sua sponte cohærentibus:aut iis quæ eminebant paulatim in se
residentibus:in quem sensum accipimus illud Martialis.
Et crescunt media pægmata celsa uia.
Seruius ī.iii.georgico℞.Scena de lignis ad tempus fiebat. Vnde etiā
hodie permāsit consuetudo:Vt cōponātur pægmata ludorū theatra
lium editoribus.Iosephus ī belli iudaici libro.vii.de triūpho Vespa
siani & Titi:pægma in hunc modum describit.Maxime autē stupor
erat machinarum:quæ portabātur: siue pægmatū fabricatio ꝓ quo
rum magnitudine timendum uiribus portātiū:occurrentes timebāt.
Multa enim in tertium nidum quartūq; surgebant:& magnificentia
fabricæ cum admiratione delectabat. Raptos. stupratos post con
fectos ludos a uelo uelarium fit:quod uelis claudit. Nō cedit ue
iento. hic & fabricius dictus est;de quo idē Cornelius.Haud dispari

Veiento

Catullus

Mendici ad
pontes

Bouille

Forma paeg
matum

Iosephus

Vellarium

crimine Fabricius ueiento conflictatus est: quod multa & probrosa ĩ pr͂es & sacerdotes cõposuit iis libris: quibus nomen codicillorũ dederat.

Oestrus

Oestro. i. furore. Est autem uolitans cui nomen asilo Romanũ oestrum graii uertere uocantes. Oestrum. furoré poetæ duntaxat dicũt. Statius ĩ genethliaco Lucani: Docto pectora concitauit oestro

Bellona. huius deæ sacerdotes phanatici diuinabãt. Martialis.
Nec turba cessat entheata bellonæ. Tibullus
Hæc ubi bellonæ motu est agitata. Temone. regno metaphoricos dixit alludens ad currus: quibus uehebantur britãni. Sudes. spinas cristas & pennas. Testa alta paretur Quæ tenui muro spatiosum colligat orbé. q̃uis hæc opprobret Domitiano Iuuenalis: alibi tamen nusq̃ legitur. Plinius de Vitellio in. xxx. hæc notauit. At hercules Vitellius in principatu suo decem talentis patinam condidit: cui faciendæ fornax in cãpis exedificata erat: quoniam eo peruenit luxuria: ut etiam fictilia pluris cõstiterint q̃ murina: propter hãc Mutianus altero cõsulatu suo ĩ cõtione exprobrauit patinarũ paludes Vitellii memoriæ. Noctesq; Neronis iã medias dominus nero scribente Suetonio epulas e medio die ad mediã nocté ꝓtrahebat: reffotus sæpius callidis piscinis ac tépore æstiuo niuatis. Maior fuit usus edendi. subaudi q̃ montano. Circeis nata forent an lucrinũ ad saxũ: rutipino ue edita fundo ostrea callebat primo deprehédeř morsu. ex lõgo usu saporé nouerat ostreorũ: quæ maiores ꝓ locorũ qualitate discreuerant. nam Sergius orata primus: optimũ saporé lucrinis adiudicauit. Circeis. in cãpania iuxta paludé põtinã. Rutipino ue edita fundo. britannica significat ostrea: de quibus Plinius: Nõdũ britãnica seruiebant littora: cum orata lucrina nobilitabat. Rutipinũ ꝓmontorium est britanniæ: de quo Lucanus ĩ sexto.

Rutipinum

Aut uaga cum thetis rutipina ue littora feruét.
Vnda caledonios nescit turbata britannos.
De iudicio gulæ: in ostreorũ delectu: ne fraudétur gloria sua littora mutiani uerba subiiciã: in naturali historia ãnotata. Cizicena maiora lucrinis: dulciora britannicis: suauiora medullis: acriora lepticis: pleniora lucẽsibus: ficciora coryphãtenis: teneriora istricis: cãdidiora carthaginésibus. sed his neq; dulciora: neq; teneriora ulla esse cõptũ est. Et semel aspecti littus dicebat echini. echinus maxime gaditanus celebratur: de quo Martialis.

Delectus ostreorum

Echinus gaditanus

Iste licet digitos testudine pungat acuta:
Cortice deposito mollis echinus erit.
Sunt auté echini ex genere cãcrorũ: ĩ q̃bus spĩæ ꝓ pedibus ĩgredi est: his ĩ orbé uolui. Itaq; detritis sæpe aculeis ĩueniũť. Est & alius ꝓuus admodũ pisciculus echineus appellatus: qui ruãt uenti licet: sæuiant

Echineus

procellæ: iperat furori: tantasq; uires cōpescit: & cogit stare nauigia. Vnde & græce echineus: latine uero remorā quidā appellauere: quā etiā ob causam amatoriis quoq; ueneficiis ifamis est: & iudicio℞ ac litium mora. Hæc Plinius. In aulā albanā. quia frequēter i uillā al banā se cedebat Domitianus. Toruisq; sicābris. Sicābri iter rhenū & albim flumē siti: sunt tamen uicini rheni amnis accolæ: de quibus triūphauit germanicus iunior. De getis aliquid. miror Iuuenalē primā ꝓduxisse eius dictiōis: quæ apud alios corripit: nisi forte ma gis mendosi sunt codices: & pro cattis getis sit scriptum. De cattis. n. dacisq; post uaria prælia duplicē triūphum domitianus egit: suntq; catti populi germaniæ sicābris finitimi: ut strabo r̄fert. Anxia pre cipiti uenisset epistola penna. Cursores (ut Dion scribit) ꝑegrinātes soliti erant pennas i uertice arrectas ferre. Sed periit. de morte Do mitiani & si ex multis scriptoribus pluria cognosci possint: illud ego subiungā: quod Philostratus in apollonii uita notauit: cū Apolloni us tianeus pythagoricus philosophus Ephesi uitā ageret: & forte in multitudine disputaret: per eā horā qua domitianus interficiebatur: ut postea cognitum est diligentius ex iis quæ utriq; facta sunt uelut defixus & elinguis stetit. Tum autē exclamauit Euge Stephane pul chre Stephane ꝑcute peccatorē: pulsasti uulnerasti & interfecisti.

Sicambri

Geta

Catti

Mors domi tiani nuncia ta ephesi

Cerdonibus esse timendus. cerdones hic accipimus tenuis fortūæ hoīes. Nā stephanus de quo supra Domillæ procurator erat: præte rea manibus liberto℞ & quorundā e ludo gladiatorio: septē uulneri bus cōtrucidatus domitianus fuit. Lamia℞ cede madēti. elium la miam scribit Suetonius a domitiano interemptū obsuspiciosos q̄dē uerum & ueteres & inoxios iocos: quod post adductā uxorem laudā ti uocem suā heu taceo dixerat: quodq; Tito hortāti se ad alterū ma trimoniū responderat μυ και συ γαμυσαι θελεισ: lamiarū gens ab lamo patre antiphatis lestrigonum rege: qui formiis regnauit: origi nem duxit: q̄tum ad elium lamiā Oratius scribit. Eli uetusto nobi lis ab lamo. Quando priores hinc lamias ferunt.

Enarratio Quintæ Satyræ.

S I te propositi nondum pudet atq; eadem est mens. Turpem notat: nō parasiti: sed clientis patientiam: qui inciuilis ac uilissimæ cœnæ gratia: in domibus potentis & diuitis hoīs ludibria patiat: atq; e diuer so sordidum simul & sumptuosum increpat: q sibi opima: cæteris uero uilia & minuta poneret: utpote qui aīcos cliētes atq; libertos: descriptis in genera eduliis. atq; poculis: nō ad cœnam: sed ad notam inuitaret: noua quadam societate luxuriæ ac sordium

Nō ad cœnā sed ad notā

Alloquiturq; clietem primũ: qui huiusmodi diuitẽ cœnat. Aliena uiuere quadra. alieno pane: quadrã autem dixit: ꝙ quadratas sectiones haberent. Inuenio apud celebrem scriptorẽ græcũ panes in sectiones babentes appellari blomilios: quos Romani quadratos dicunt. Virgilius. Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Et Martialis Cum mittis turdumue mihi: quadramue placentæ.

Quadrati panes

Sarmentus iniquas. sarmenti meminit Horatius his uersibus. Nũc mihi paucis: sarmenti scurræ pugna: Mesiq; ciccerri musa uelim referas. Romanus eques hic fuit sub augusto Cæsare: scurrilitate notissimus. Nec tristis galba tulisset. de hoc arbitror ĩtellexisse Martialem: cum dixit. Qui galbam salibus tuis: & ipsum posses uincere Sestium caballum. Et in. x. Elisio redeat si forte remissus ab agro. Ille suo felix cæsare galba uetus. Qui capitolinum pariter galbamq; iocantes. Audierit dicet rustice galba tace. Nulla crepido uacat. Crepido est abrupti saxi altitudo: & editioris cuiusq; loci extremitas quã mendici insidere solebant. Seneca de Mario mendicante. Quis crederet iacentem super crepidinem. Marium aut fuisse: aut futurũ consulem. Panis canini. aut quem canes rodere solent: aut quẽ mẽdici uelut latrantes accipiunt. Martialis.
Cui dat latratos obuia turba panes.

Sarmentus

Galba

Crepido

Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto. tribus stratis lectis maiores comedebant: Vnde triclinium sterni dicebatur: ut supra diximus. Culcitra uero appellata ꝙ in ea tomentum uel sagum inculcetur. Ligulas dimittere. in calceis auctore Festo ligulæ dicebãtur: ad similitudinem exertæ linguæ. Est & ligula mensuræ genus: & nunc quod uulgus cocleare appellat: & a lingua fit: de qua Martialis.
Quãuis me ligulam dicant equitesq; patres.
Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Succida lana. quæ sudãte oue lana tõdetur: eam Varro succidam appellat: hæc ut molescat uino suffunditur. Corybanta. furentem & furore corybãteo percitum. Interuos. subaudi cliẽtes uel amicos: qui cum libertis discretas epulas cœnatis. Saguntina lagena. fictili saguntino. Nam figulinis olim nobilitata fuit saguntus hispaniæ ciuitas. & nostris temporibus saguntina uasa cõmendantur: quæ ꝙ uilia forent conuiuis apponebantur: nullo adhibito custode. Martialis.
Quæ non sollicitus teneat seruetq; minister
Sume saguntino pocula facta luto. Idse capillato diffu. con. de uino opimiano existimamus hic intelligi: nã ãno urbis. dcxxxiiii. lucio opimio consule bonitas mirabilis fuit in uino cæli tẽperie & solis coctura: quod a cõsulis noĩe opimianũ dictũ est nec miretur quispiam fuisse ea uina tẽporibus Iuuenalis. Cũ fere ducẽti ãni excessissẽt ꝙdo

Culcitra unde

Ligulæ ĩ calceis

Lingula succida lana

Fictilæ Saguntinum

Vinum opimianum

hoc uini genus tēporibus plinii duraret: iā uino in speciē mellis aspe ri redacto. Bellis socialibus: sub opimio consule: quē eūdē capilla tū appellat agitata fuit respu. seditiōe. C. gracchi: & bellū sociale cæp tum: auctore Pediano: Vuā. pro uino uuā dixit imitatus Horatiū q ait. Cecubū & prelo domitā caleno tu bibes uuā. Cardiaco cya thum aīco. laboranti cardiaco morbo q ex nimia ībecillitate corpo ris: & lāguēte stōmacho sudore nimio nascitur sed ībecillitati succur ritur uino q nō sit austerū: sed meracū: nā uino ī stomacho cōtento calor cōtinetur. hæc Celsus. Seneca autē in epistolis sic ait. Bibere & sudare uita cardiaci est. Cras bibet alb. aliqd de mōtibus. albanū uinum signat: de quo Martialis.

Bellum sociale

Cardiacus

uita cardiaci

Hæc de cæsareis mitis uindemia prælis
Misit: iuleo quæ sibi monte placent. De setinis: hoc est setinum ui num quod diuus Augustus cunctis prætulit auctore plinio. Fit au tem Setia urbe campaniæ. Martialis.

Setinum ui

Pendula pomptinos quæ spectat setia campos:
Exigua uetulos misit ab urbe cados. Trasea. petus trasea patauii oriundus repugnans neroni: uariis accusatus crimībus fuit: ut Taci tus scribit: q scilicet e senatu egressus ess&: cum de agrippia referret: & q iuuenilium ludicro par expectabilē operā præbuerat: & q die: quo prætor Antistius obprobra ī Nerone cōposita dānabat mitiora censuit: premēte cosutiano capitone: qppe qui diceret: ut quōdā. C. Cæsarē: &. M. Catonē. Ita tunc Nerone & Traseā auidā discordiarū ciuitatē loq: tādē accepto senatuscōsulto: quo Eluidius gener italia tātū arcebatur: utrq brachium ad secādas uenas præbuit: Eluidius autē e municipio tarentino clauio pře: qui ordinē primipli duxiss&: i genium illustre: altioribus studiis iuuenis admodum dedit. Quæ storius uir a pecto trasea gener delectus est: e moribus soceri nihil æ que ac libertatē hausit. Ruina soceri ī exiliū pulsus: Galbæ principa tu rediit. Natales merito brutor & cassii colebāt: utpote assertorum libertatis romanæ. Eliadum crustas. electrum signat: eliades post ictum iouis telo fratrem: pregemitu & dolore: ī arbores stillātes ele ctrum cōuersæ fuerunt. Ouidius. Deq ramis electra fluunt: quæ lu cidus amnis Excipit: & nuribus mittit gestanda latinis. Inæquales beryllos. beryllus gēma est: quæ ab indis mittit: sempq berylli sexā gula figura artificum īgeniis poliunt: quoniā hebescunt: nisi color re pcussu āgulorum excitet. Vnde merito īæquales eos appellauit.
Præclara illic lau. iaspis. iaspis uiridis gēma īterpretatur auctor Pli nio: cuius species. xvi traduntur: quarum una est stellata rutilis pun ctis: ad quā allusisse mihi uidetur Virgilius: cum dixit Stellatus ia spide fulua ensis erat: ergo ex Virgiliano colore dixit. Præclara illic

Petus trasea

Eluidius

Electrum

Beryllus

iaspis

Pocula gēmata | laudatur iaſpis. Nā uir.ut mul.gē.ad po.trāſſert a digitis.Hæc pocula gēmata dicebātur.Martialis.
Gemmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum.
Ah quotiens digitos exuit iſte calix. Tu Beneuētani ſutoris nomē habentē Siccabis calicē naſorū quattuor. Beneuētanū ſutorē uatiniū

Vatinii calices | ītellige:de quo hæc Tacitus.Beneuēti Nero cōſedit:ubi gladiatoriū munus a Vatinio celebre edebatur:Vatinius īter fœdiſſima neronis aulæ oſtētā fuit ſutrinæ tabernæ alūnus corpoꝛ̄ detorto:facetiis ſcurrilibus.De Vatinii calicibus Martialis.
Vilia ſutoris calices monumenta Vatini
Accipe:ſed naſus grandior ille fuit. ergo pro naſi magnitudine calices:Vatinii patebāt. Rupto po.ſulp hu.uitro.hoc eſt ſulphuratis ꝑ

Mutatio Vatiniorum | mutādus erat calix hic cōfractus.Nā uitrea uaſa cōfracta : aut ꝑmutabāt:aut minio emebātur:quā rē ſignificat Martialis his uerſibus.
Qui pallentia ſulphurata fractis ꝑmutat uitreis. Et alibi. Vatiniorū ꝓſoneta fractorū.Statius in ſiluis. Quiq; cōminutis ꝑmutat uitreis

Decocta | gregale ſulphur. Decocta pruinis.neronis principis inuentū fuiſſe ſcribit plinius.Decoquere aquā:ultroq; demiſſā ī niuē refrigerarꝫ. Seneca.Sitio.Vtrū hoc aqua ſit:quā ex lacu ꝓxīo excepero : an ea quā multa niue cluſero:ut rigore refrigeretur alieno : ad naturā nihil ꝑtinet:hoc idem Martialis hoc diſticho notat.
Non potare niuem:ſed aquam potare rigentem.
De niue cōmenta eſt ingenioſa ſitis. Legimus tamen apud comicos & tragicos priſcos græcos olī aquā calidā bibiſſe : quā rē etiā Plato ī

Aqua calida & frigida | pría politiarū ſignat. Calidæ gelidæq; miſter. Veteres Ro. aquā calidā & frigidā ſimul miſcebāt:habebātq; urceolos miniſtratorū ad huiuſmōı officiū præparatos.Martialis.
Frigida nō deſit non deerit calda petenti:
Sed tu moroſa ludere parce ſitī. Illud addimus:Quītiliano auctore

Auguſtus | Auguſtū cæſarē primū caldā dixiſſe ꝓ calidā. Genuinū agitent.

Calda ꝓ calida | genuinus dens eſt ī extrema naſcēs gingiua:poſt decimū nonū ānum

Genuinus | quē græci σωφρονηστηρα appellant. Molliq; ſiligine factus.hūc

Siligineus | panē precipue cōmendat Seneca ī epiſtolis his uerbis.Malū panē īqs

Siligo | expecta bonus fiet:etiā illū tenerū tibi & ſiligineū fames reddet : quē itē panē Plinius & ipſe laudat : De ſiligine hæc ſcribens : Siligo uero nūq̄ matureſcit pariter:nec ulla ſegetū minus dilationē patitur: propter teneritatem iis:quæ maturuere granum dimittentibus:ſed mīus q̄ cætera frumenta in ſtipula periclitatur : quoniam ſemper hab& rectam ſpicam:nec rorem continet qui rubiginem faciat. Artocopi

Artocopus | reuerentia.confecto res panis αρτοποιοι græce dicuntur. Quos plato ī gorgia artocopos appellauit:ſed ab artocopo nequaq̄ is dictus

est panis:quem Plinius artopticium uocet.ad quod confirmandum ipsius scriptoris subiecta uerba explanabimus. Genera panis uaria persequi superuacuum uidetur.alia sub obsoniis appellata: ut ostre arii:alia a delitiis:ut Artolagani:alia a festinatione:ut Streptitii. Nec non a coquendi ratione:ut furnatii uel artoptitii:ut in clibanis cocti: quæ de his panis generibus apud græcos scriptores legerim dicenda sunt. Streptitius panis modico cõspergitur lacte:addiiciũt alii piper & olei parum:quod si oleum non habuerint adipem imponunt. In eũ uero panem:quem artolaganum uocant:parum uini cum pipere & adipe:uel oleo modico immittitur. Artolagani panis meminit Cicero in epistolis ad.L.Petum. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & Artolagani tui. Artoptitius uero panis ex fermento duriore cõficitur: torreturq; in artopta:unde & nomen est enim artopta: Vt iulius pollux scribit:instrumentum artocopi:in quo panes torrebãtur: id quod ex interpretatione dictionis cognosci potest. Nam αρτοσ panis:οπτω uero torreo uel asso dicitur:nec nos moueat q Plautus in aulularia coquum inducat utendam artoptam a uicino petentẽ: quãdo Attei Capitonis sententia tostum panem coquos lautioribus coquere solitos certum sit:ergo a coquendi ratione artoptitius panis dicitur: similiter & furnacius & clibanicius qui molliore fermento gaudẽt. Nã in furnis coctus panis furuacius appellatur. In clibanis uero clibanitius. hæc ex latinis & græcis scriptoribus sũpta annotauimus. Quæ fertur domino squilla. piscis est squilla:quam pinnæ adhærere Cicero & Plinius scribunt. & Martialis distichon hoc de squillis scribit.

Streptitius panis

artolaganus panis

Artoptitius panis

Artopta

furnacius panis

Clibanitius panis

Squilla

Ceruleus nos liris amat quem silua maricæ
Protegit:hinc squillæ maxima turba sumus.

Squillæ & Cammari qui colorem atq; speciem scire desiderat. Is legat.iiii.librum Aristotelis de animalibus. Dimidio ponatur cammarus ouo. cammarus uilissimus habebatur. Martialis.

Cãmarus

Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta muli
Concolor in nostra cammare lance rubes.

Columella quoq; cammarum in piscinas ad maiores pisces alendos obiici iub&:græca est dictõ καμμοροι καριδων σινοσ και υπο ρωμαιων ουτωσ καουνται: hoc est cãmari locustarũ genus: sic a Romanis appellatur. Præterea plinius aconiti radicem cammaro marino similem dicit esse. Ferialis cœna. quæ sacris feralibus diis manibus offerri solebat:de qua in fastis.

ferialis cœna

Tegula porrectis satis est uelata coronis:
Et sparsæ fruges paruaq; mica salis.
Inq; mero mollita ceres:uiolæq; solutæ. Hæc habeat media testa relicta uia. Feralia sacra diis manibus erant a ferendis epulis: Vel a

a feriendis pecudibus appellata. Venafrano piſcem pfundit oliuo. oleum uenafri natum precio in magno fuit. Martialis.
Hoc tibi cāpani ſudauit baccha uenafri
Vngnentum: quotiens ſumis & iſtud olet. Pallidus. palleſcentes caules faſtidium mouebant: ſed nitrum incoquebatur: ut uiriditatē cuſtodiant id quod præcipitur hoc diſticho.
Ne tibi pallentes moueant faſtidia caules.
Nitrata uiridis braſſica fiet aqua. Cāna micipſarum prora ſubuexit acuta. cānā hic p nauicula ponit: nā Mella & Plinio auctoribus. Cannæ uicem nauigiorum apud afros præſtabāt: Micipſarum autē p numidis poſuit. Nā rex Numidiæ: Micipſa fuit po. Ro. aīcus ater balis & hiēpſalis pater. Oleum enī afrum præ pīguitudīe oliuarum uitioſum odorem accipiebat. Cum boc. nemo la. præ fœtore corrupti olei cum bocchare numida mercatore oleario nemo lauari ſuſtinet. Taurominitanæ rupes. Taurominium in Sicilia colonia romana fuit iuxta drepanum: ſed a græco taurominita taurominitanū formauit. Sic & Lucanus. Taurominitanam uincunt feruore charybdim. Corſica. inſula ī mari liguſtico: quā græci cirnan appellauere. Prouīcia. qa lōge a littore italico piſcis capiebatur. Lenas & aurelia noīa captātium hæreditatē precioſis muneribus. Murena datur quæ ma. ue. gur. de ſicul. Murena quocunq; menſe parit: cum cæteri piſces ſtatuto tpre pariant: uulgus coitu ſerpentium īpleri putat: Licinius autem Macer murenas tātum fœminini ſexus eſſe tradit: Fuſte ictæ nō īterimi: eaſdem ferula ptinus: animāq; hre ī cauda certum eſt: eaq; icta celerime exanimari: a capitis ictu difficulter. Nicāder tradit: captas Murenas & ī uiuarium demiſſas: ſi exierint morſu ſuo piſcatores ī mare precipites agere ex naui: uim ſcilic& earum timentes. Archelaus ī libro de duplici natura: Murenas ſcribit ī terrā elapſas ſerpentibus cōmiſceri: habent enī dentes ſerpentibus ſimiles. Aſt Andreas medicus falſum hoc dicit. Nā nec murena ī terrā elabitur: nec ſerpens ī marino littore uerſatur: ex murenis maxīe pbātur: auctore Varrone & Columella flutæ quæ græce plotæ dicuntur. Accerſabātur enī ab uſq; freto ſiculo ad menſā diuitis. Flutæ uero ſcribente Macrobio dictæ ſunt: q in ſummo ſup nantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe: & ī aquā mergere deſinunt: ad quod reſpexit Martialis: cum dixit.
Quæ natat in ſiculo grandis murena profundo:
Nō ualet exuſtā mergere ſole cutem. Aut glacie aſpſus ma. tyb. Quouſq; melius nō īuenero hac in parte contenderim de lupo piſce intelligi poſſe: non de eo quem aduerſa tyberis aqua fatigatum atque inter duos pontes captum: Cullinarum cenſores olim pre.

Cānæ p nauiculis

taurominiū

De murena

Nicander

Archelaus

Andreas me

Flutæ

Lupus maculoſus

ciosissimum dixere spinettẽ illum & uarium accipio: quẽ columella piscinis includi uetat. Nã nõ oĩs lupus preciosus habebat. Legimus enĩ tum apud Varronẽ: tũ apud Columellã luxuriosũ dictũ & factũ .L. philippi Nã is forte casini cũ apud Minidiũ hospitẽ cœnaret: appositũq; e proximo fluuio lupũ degustass& atq; expuiss& ĩprobũ factum dicto ꝓsecutus: pereã inquit nisi piscem putaui: & ut uerbis columellæ utar: hoc periuriũ multorũ subtiliorẽ fecit gulã doctaq; & erudita palata fastidire docuit fluuialẽ lupũ: nisi quẽ tyberis auerso torrente fatigasset. Itaq; Terrentius Varro. Nullus est inquit hoc sæculo nebulo ac rinton: qui nõ iã dicat nihil sua ĩteresse utrũ eiusmõi piscibus an ranis: frequẽs habeat uiuariũ. Horatius quoq; maiores lupos fastidiri docet & tyberinos: contra maiorẽ mulũ appeti.

luxuriosum dictum philippi

Vnde datum sentis lupus hic tyberinus an alto
Captus hiet: pontes ne inter iactatus an amnis
Hostia sub tusci: laudes insane trilibrem
Mulum: in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Ducit te species uide quo pertinet ergo.

Lupus tyberinus

Proceros odisse lupos: quia scilic& illis: Maiorẽ natura modũ dedit: his breue pondus. Pinguis torrente cloaca. hæc nõ abhorrẽt ab his quæ de lupo pisce ex lucilio sũpta macrobius tradit: q acer & uiolentus poeta ostendit se scire: hũc piscẽ egregii saporis: qui ĩter duos põtes captus ess&: eũq; quasi liguritorẽ catillonẽ appellat scilicet q ꝓxĩe ripas stercus insectaretur: proprie autem catiliones dicebãtur qui ad polluctũ herculis ultimi cũ uenirent catillos liguriebant: hæc Macrobius. Ergo catillo lupus ꝓxime ripas stercora insectatus pinguis erat torrente cloaca: ꝑ quã publicæ sordes elluuntur. Cryptã. a uerbo græco κρυπτω. i. occulto: & significat subterraneã cauernã. A Seneca quæ piso bonus. Senecã & pisonẽ in aĩcos suos: uel liberales fuisse Martialis hoc epigrammate significare uidetur.

Catillo

Crypta

Atria pisonum stabant cum stemmate toto:
Et docti senecæ ter ueneranda domus.
Prætulimus tantis solum te posthume regnis:
Pauper eras sed eques & mihi consul eras.

Piso

Sed & Cornelius tacitus pisonẽ calpurniũ q auctor coniurationis in Neronẽ fuit: tradit. Claro apud uulgũ rumore fuisse: per uirtutem: aut species uirtutibus similes. Namq; facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos. in ignotos quoque comi sermone & congressu. Anseris ante ipsum magni iecur. nouere prisci Romani anseres bonitate iecoris: quod fertilibus in magnam amplitudinem crescit. exemptum quoq; lacte ac mulso augetur. Atque in quæstione fuit: Scipio an Metellus uir consularis an Marcus sextius

Iecur anseris

eques Romanus prior inuenerit: de iecinore anseris: hæc Martialis.
Aspice qua tumeat magno iecur ansere maius.
Miratus dices hoc rogo creuit ubi. Anseribus paraltilis. q̄q̄ ꝓprie

Altilis galliã

qcquid domi ad saginã alitur altile dicatur: tamẽ hac in parte galli nam altilẽ intellexerim: quæ olim lege fania ĩ cœnis uetabat: hoc enĩ caput erat legis: nequid ꝓponeretur: præter unã gallinã quæ nõ ess& altilis. Tertullianus in apologetico saginatã appellat quã altilẽ alii: in cœnam iubebãt leges nec amplius quã unã inferri gallinã: & eã nõ saginatã. Hæ sane aues quæ conuiuio cõparãtur q̄tum ex uerbis Senecæ colligimus: ut ĩmotæ facile pinguescant in obscuro cõtinẽtur: de quibus Martialis:

tertullianus

Pascitur & dulci facilis gallina farina.
Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est. Dignus ferro meleagri fumat aper. satis constat aprum quẽ irata ceres in agros ætolorũ misit a Meleagro cõfectum. Tum agri capite donatã fuisse amicã: Vnde auunculorũ cedes: mr̃is dolor: & filii præcipitata mors fuit: hunc autem morẽ poetæ tenuerunt: ut quẽ aprum cõmendarent: ad meleagri factum alluderent. Martialis.

Aper ætolus

Qui diomedeis metuendus setiger agris.
Aetola cecidit cuspide talis erat. Et alibi. Aetolo de sue diues edat.
Post hunc raduntur tubera. Vt ipsis Plinii uerbis utar: uel maximum miraculum est aliq̄d nasci: aut uiuere sine ulla radice. Tubera uocantur hæc undiq; terra circundata: nullisq; fibris nixa aut saltem capillamentis: nec utiq; extuberãte ĩ quo gignuntur loco: aut rima ĩ gerente: neq; ipsa terræ coherent: Corticæ etiã ĩcludunt: ut plane: nec terrã esse possimus dicere: neq; aliud q̄ terræ callũ. Martialis de tuberibus. Rumpimus altricẽ tenero de uertice terrã Tubera: bolletis poma secunda sumus Si uer tunc erit. eodem auctore cõstat tubera uerna tenerima esse. Optata tonitrua cœnas maiores. de tuberibus hæc peculiariter traduntur. Cum fuerit imbres autumnales: ac tonitrua crebra tunc nasci: & maxĩe e tonitribus: nec ultra ãnum durare.

Tnberes

tubera terræ
Callus

O libya disiunge boues. hoc ideo optabat Aledius q̄a laudatissima fuerunt africæ tubera. Structorẽ. structor cellarius qui ĩstruẽdæ mensæ curã habebat: ut tradit seruius enarrãs illud Virgilianum Cura penum struere. Et chironomõta uolãti cultello. præfectus erat diuitum mensæ: ad quã (ut Senecæ uerbis rem dicã) alius preciosas aues scĩdit: & clunes certis ductibus circunferens eruditã manum frusta excutit infelix qui huic uni uiuit ut altilia decenter secet: nisi quod tam miserior: qui hoc uoluptate causa doc& q̄ qui necessitatis discit. Peragat dictata magistri. dictata erant quæ sumpta delibris ueterum magister pueris præbare cunsueuerat. Sic Asconius.

Chiromon.

Dictata

Quod uerbũ in hãc significationẽ semp accipit Cicero & Persius.
Ten ciratorũ centũ dictata fuisse: Pro nihilo pendas? Dictata autẽ di xit: quia (ut scribit Seneca) magistri erant scindendi obsonii. Quo ge. lepo. & gal. secetur. nõ simpliciter: aut rustice in mẽsa diuitis aues scindebant. Sed ut Seneca declamat. In repositoria diuitum pectora auiũ: tota enĩ uidere fastidiũ erat cõgesta ponebantur. Et plinius ĩ. x. de gallinis scribẽs. Non oẽs ad saginã eliguntur: nec nisi in ceruice pĩ gui cute postea culinarũ artes: ut clunes spectẽtur: ut diuibãtur inter gora: ut a pede uno dilatatæ repositoria occupẽt: Habeas tria no. sis hõ triũ litterarũ: hoc est fur: nã uelut fur. & alter cacus abigeris: in uenio Ausoniũ in enumeratiõe ternarii griphi scribere tria fuisse no biliorũ noĩa: quæ diomedes grãmaticus explanat in hunc modum. Prænomen est quod noĩbus gentilitiis præponitur: ut. M. Nomen ꝓ prium gentilium. i. ꝙ originẽ gentis. uel familiæ declarat: ut Portius. Cognomen quod uniuscuiusq; ꝓprium est: & noĩbus gentilitiis sub iungitur: ut Cato: & erunt tria noĩa. M. Portius Cato: & erit sensus tu uelut nobilis qui triplici notatur noĩe & cõtẽptui hĩs foras eicieris: Si quicq̃ ausus fueris loqui. Propinat post potũ tradit cum prior bi berit. Ab ipsis ilibus: Ilia in quarto medicinæ libro iradit celsus ĩ ter coxã & pubẽ ubo uentre posita esse. Ancipites fungi. quia ple rũq; lætales sunt inuẽti: q̃q̃ magna sit uoluptas ancipitis cibi oriũtur expituita arborum. hæc plinius. Vilibus amicis. ĩfimis. sic plinius ad auitum. Aliud mĩoribus aĩcis. Boletus doĩo. boleti nouissima gulæ irriramenta fuere auctore plinio ad radices roboris & quercus nati: qui & ipsi temere maduntur: preciosi quõdã habiti. Martialis. Argẽtum atq; aurum facile est: lenãq; togam Mittere boletos mittere difficile est. Huncq; opimum cibum comitabatur apparatus: quẽ bo letariã appellauerunt: de qua idem poeta.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen:
Prototomis pudet heu seruio coliculis.

Sed qualem clodius edit. Agrippĩa claudio Cæsari marito ꝑ occasionẽ boleti: quo cibo ualde delectabatur uenenum dedit: quo facto illa terris uenenum alterum sibiq; ante oẽs neronem suum dedit. Qualia perpetuus pheacum autumus habebat. pheacum Rex fuit alcinous: cuius filia nausicaa naufragum & nudum ulyssem excepit: huius hortos miris mõis lau dat Homerus: ad quos respexit Virgilius: cum dixit. Qualia credibi le est spaciantem rure paterno. Nausicaam pleno sæpe tulisse sinu: Crederemq; posses surrepta sororibus afris. μηλα των εσπεριδων a græcis dicuntur: hoc est malo hesperidum: In Mauritania poetæ fĩ xerunt hortos fuisse hesperidum aurea mala ferentes a dracõe custo dita: hæc hercules surripuisse fertur: sed hesperidũ poma q̃dã græci

Magistri scĩ den. obsonii

Diomedes

Ilia

Boletus

Boletaria

Quale uene num Agrippinæ

Horti phea cum

Nausicaa

Mala hespe ridum

epimelides uocauerunt:bene enĩ olent:sed nõ comedunt: illud addi mus poetas generosum pomũ sub alcinoi & hesperidum mẽtiõe cõ mendare. Martialis de Citreo malo.

comendatio pomorum p poetas

Aut corcyrei sunt hæc de frondibus horti.
Aut hæc masili poma draconis erant.

Tu sca.fru.mali:quod ĩ ag.ro. orbiculatum hoc puto pomũ. Sic Brutus ad Ciceronẽ de tenuitate copiarum. Orbiculatis malis pasti esse uidẽtur. Orbiculata autem mala a figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc ĩ epiro primum pueñisse argumento sunt græci qui epirotica uocãt. Hæc Plinius. Discit ab hir.iacu.tor.capella. hoc ẽ amentatas hastas uibrare: ex caprina pelle amenta fiunt: lora uideli cet qbus iaculum: uel hastæ illigatæ emitti solent. Mimus qs me lior. Mimus ad comœdiæ formã cõpositus, in scenis agebat: & a dio mede sic diffinitur. Mimus est sermonis cuiuslib& motus sine reue rentia: uel factorum & turpium cum lasciuia imitatio. Dicebãtur itẽ Mimi ethologi: hoc est theatrales. In ethologorum mimorum exposi tione longe fallitur Laurẽtius Vallensis: dum nimis cupide Rauden sem insectatur. Effundere bilem. fel irã. Nã bilis auctore Plinio in mores nomen est criminis. Etruscum puero si cõt.aur. Sensus hæc quæ tu o cliens pateris ĩ domo diuitis: nec romanus ĩgenuus: nec li bertinæ cõditiõis quisq̃ ferret per etruscum aurum bullam ĩtelligit: quã patricii & idem ingenui auctore Macrobio gestabãt. Signum de paupere loro. libertinorum quoq; filiis qui ex iusta duntaxat ma tre familias nati fuissent cõcessum fuit ut togã prætextã: & lorum in collo p bullæ decoro gestarent. Huic Macrobii sententiæ pedianus suffragat. Hæc breuissime de puerili ornatu scribens: bulla suspendi ĩ collo infantibus ĩgenuis sol& aurea: libertinis uero scortea. Plinius Si modo fidelis est liber nõ nihil discrepat: ait enĩ. Sed a prisco Tarq nio omnium prĩo filium cum prætextæ ãnis occidisset hostẽ bulla aurea donatum cõstat. Vnde mos bullæ durauit: ut eorum qui equo meruissent filii ĩ signe haberent cæteri lorum.

Malum orbiculatum q; epiroticm

Mimus

Mimus ethologus

Bilis

Bulla

bulla aurea ĩgenuis scortea libertinis

Enarratio Satyrae Sex.

c Redo pudicitiam saturno rege moratam In terris. Posthumum Vrsidium ab re uxoria deterret mulierum precipue impudicitiam & non ferendam peccandi licentiam acerrime exagitans: docetq; pudicã non ĩnueniri fœminam: quam rem uiri summis uotis optant: Quoniam iampridem relictis hominibus pudicitia cum iustitia ad supos migrauerit. Saturno rege. quo regnãte aetas aurea fuisse scribitur: neq; adhuc adulterium nouerãt illiusq; temporis

simplicē & incultā uitā pluribus uerbis ꝓsequitur. Haud similis tibi cynthia. Propertius in carmine suo auctore Apuleio cynthiam dixit: & hostiam dissimulauit: Catullus itē Lesbiam ꝑ Clodia nominauit: quam impatienter mortem passeris: quem ī delitiis habuerat defleuisse constat. Nam in amicæ huiusmodi lachrymas endechasyllabū scripsit. Has poeta ut nimium molles & delicatas & priscis nequaquā similes uituperat. Infantibus ubera magnis. respexit ad hesiodum qui tradit rudi sæculo homines centum annis sub matris ĩpio stetisse: utpote adhuc infantes. Glandem ructante marito. tunc enim cum frumenti usum non inuenissent glandibus uescebantur. Rupto robore nati. ut Seruius auctor est primi homines cauas arbores incoluerunt: a quibus cum prole exeuntes existimati fuerunt ab arboribus fuisse progeniti. Virgilius.

Cynthia pro hostia

Lesbia ꝑ Clodia

Hæc nemora indigenæ phauni nymphæq; tenebant:
Gensq; uirum truncis & duro robore nata.

Græcis iurare paratis. Per caput alterius. εισ τυν κεφαλυν. i. ꝑ caput. Virgilius.

Græci per caput iurant

Per caput hoc uiro per quod pater ante solebat.

Astrea. iustitia Astrei gigantis filia. quæ ut Aratus scribit: primo in urbibus: postea tantum in agris fuit: tum terris abscessit. Geniū sacri fulcri. lectum genialem significat: qui nubētibus puellis sterni solebat. Conuentum tamen & pactum. quantū ad dotē aurū & uestem: & his similia cōuentū atq; pactū dixit: Spōsalia. Seruius sulpitius scribente Gelio: hoc more atq; iure spōsalia solita fieri scripsit Qui uxorē inquit ducturus erat ab eo unde ducenda erat stipulabatᷣ eā in matrimoniū ductum iri: qui daturus erat itidē spondebat daturum: Is contractus stipulationum spōsionūq; dicebatur spōsalia: Tū quæ ꝓmissa erat sponsa appellabatur: qui spopōderat ducturū sponsus. Nostra tēpestate. qua uix pudica haberi possit mulier. Et digito pignus fortasse dedisti. dato anulo sponsa uiro oppignerata erat: quē morē his uerbis Tertulianus exponit: Aurum nulla norat præter q̄ unico digito: quē sponsus oppigerasset pronubo anulo.

Genialis lectus

spōsalia quō fiunt

Spōsa

Spōsus

Tertulianus

Aemilius pōs. æmilium pontem. Aemilius Scaurus censor. Pusio. Varro scribit pusum puerum dictum fuisse: & pusā puerā. Vnde pusio nascitur: quod nomen in pathicos cōuicii fuit. Cicero ꝓ Celio Pusio cum maiore cubitabat sonte Valerius maxīus: Possedit fauorē plebis Clodius adhærēsq; fuluianæ scholæ pusio Apuleius ī asino aureo. At uero adulter bellissimus ille pusio ĩclinatā dolio ꝓnā uxorē fabri supīcuruatus secure dedolabat. Lex iulia. quā cōtra adulteros Augustus tulit. Tollere. suscipere nutrire. Ouidius.
Quos tamen omnes.

Pusio

Non ego tollendi causa sed ille fuit. Dulcem hæredē. Virgilius.
Nec dulcis natos ueneris nec premia noris.

Turtur

Cariturus turture magno. Auem hic intelligo: quæ hoc disticho a Martiale commendatur.
Cum pinguis mihi turtur erit lactuca ualebit:
Et cocleas tibi habe perdere nolo famem.

Trygon Pastinaca marina

Quāq̄ trygona hoc est turturem græci eum piscem appellent: quem latini pastinacam marinam: in cuius cauda stat radius presentissimi ueneni: de quo pisce Ausonius.
Læta lisq; trygon & bina triboria corui.

Mulorūq; iubis & captatore macello. piscis est mulus: quem olim Romani ueteres summo in precio habuere: ut supra diximus. Periturі cista latini. forsam superueniēte latino uxor eius thymelene cū adultero deprehenderetur: ursidium uiminea cista occultabat: non sine mariti periculo. Horatius item mœchos sic occultari tradit his uersibus. An turpi clausus in arca. Quo te dimisit peccati cōscia herilis. Contractum genibus tangas caput. Delicias hominis. acclamatio in eum qui moribus sui sæculi non contentus electissimā mulierem quærat. Tarpeium limen adora pronus. tēplum iouis capitolini. Auratam Iunoni cæde iuuencam. deorum honori Plinio tradente in sacris nihil aliud excogitatum est: q̄ ut auratis cornibus hostiæ maiores duntaxat imolarentur. Ouidius in metamorpho. x.
Et blandis indutæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ.

Thesmophoria

Paucæ adeo cereris uittas contingere dignæ. Thesmophoria erāt sacra cereris legiferæ: quæ per matronas castas athenis celebrabātur hæ ut castitatem custodirent amerinæ salicis foliis cubitus sibi sternebant: ergo impudicæ mulieres sacris cerealibus non admittebātur.

Quarum non timeat pater oscula: tanta est libido: ut filiarum oscula pr̄es extimescāt: utpote lasciuissima nec pietatis aut hōesti affectis plena: quā rem & in sticho senex a filiabus metuit. Corymbos. uua hæderæ corymbus dicitur. Et agello ce. paterno. sensus cōcedo ut infra limites paterni agri semper uixerit. Porticibus. quia in porticus frequentes mulieres defluebant. Ouidius in arte amandi.
Tu modo pompeia lentus spaciare sub umbra
Cum sol herculei signa leonis hab&.

Cuneis spectacula totis. ad spectandos ludos ex omni urbis parte frequentes decurrebant fœminæ. Idem poeta.
Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos. Et
Spectatum ueniunt ueniunt spectentur ut ipsæ.

Cuneus

Cuneis. sedes theatri cunei dicebantur. Virgilius Per cuneos ge

minatus enim. Chironomon. gesticulatricem: nam interpretante Quintiliano:chironomia lex est gestus: Fit autem a græco a χειρ & νομω moueo apud Plutarchum in symposiis legimus chironomō saltatorem fuisse: Vnde hic erit ordo Tucia nō īperat uessicæ molli bathyllo saltante lædā chironomon. Molli saltante bathyllo. pan thomimo bathyllo mollius saltante. Tucia uessicæ non imperat. sensus præ gaudio Tucia urinam cohibere non potest adeo rapitur in furias spectando: Gannit obmurmurat:proprie est uulpium gā nitus:ergo dulci murmure tanq̄ in amplexu uiri utitur. Subitum & miserabile. sensus hic rustica & imperita puella obseruans subitā illam & miserabilē atq; longam spectantis fœminæ uoluptatē discit & ipsa impudicos gestus & turpem impatientiam. Ast aliæ quoti ens aulea recondita cessant. sensus hic: aliæ mulieres cū theatra clau sa sunt:plebsq; ī agendis rebus negociosa manet:instrumenta & orna menta histrionica tractant:ludosq; agunt:nec sinunt cytharedos aut comicos quiescere. Megalesia. ludi in honorē magnæ matris hoc est cybeles. Personam. laruam ad tegendam faciem. Thyrsum hastam inuolutam pampino. Subligar acci.quo pudendæ partes obtegūtur. Id subligar & subligaculum ducitur. Cicero in officiis sce nicorum quidem mos tantam hab& uetere disciplina uerecundiam: ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. Attellanæ: fabula: quæ ab attella ciuitate oscorum sumpta fuit:in qua ridiculæ perso næ inducebantur. Respondebatq; græcæ satyræ: proprie autē Attel lanicum dicebatur exodium. Liuius in septimo ab urbe condita. Iu uētus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more āt iquo ridicula intexta uersibus factitare cæpit:quæ exodia postea appella ta:cōfertaq; fabellis potissimum attellanis sunt: quod genus ludorū ab oscis acceptum tenuit iuuentus. Gestibus autonoes. fabulæ de Autonoa:quæ acteonis mater fuisse dicitur. Soluitur his magno comœdi fibula. sensus magna persoluta pecunia refibulari iudēt co mœdum:quem uocis seruandæ gratia Celso tradente infibulare cō sueuerunt: De huiusmodi infibulatione est Martialis distichon.

Dic mihi simpliciter comœdis & cytharedis
Fibula quid præstas?carius ut futuant.

Et rursum de refibulato adolescente idem ait. Occurrit aliquis: inter ista draucus. Et iā pedagogo liberatus Et cuius refibulauit turgidū faber penem. Adolescentulos autē infibulabant interdum uocis: īterī ualitudinis causa:quæ īfibulatio fiebat perforata utrīq; a lateribus cute:quæ super glādem extenditur atq; superaddita fibula; id quod idem Celsus pluribus uerbis in medicinæ libris explicat. Sed quod fibula circulus sit æneus. Columella de bobus loquēs significat. ait

Chironomō

Subligar

Subligaculū

Attellanæ fa bulæ

Exodium

infibulatio &refibulatio

Fibula

enim. Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circũſcribitur: ita ut ma nante ſanguine tanq̃ o litteræ ductus appareat. Chryſogonũ can tare uetent. ſenſus hic: aliæ ſunt mulieres: quæ refracta fibula & refi bulato pene: uoceq; per coitum mutata: uetent chryſigonũ uocis gra tia infibulatum cantare. Tragœdo. tragœdus eſt is qui fibulã ſub perſonis & cantu agit: Aut glaphyrus hũc aut comœdum: aut cy tharedum exiſtimare poſſumus: de quo forſan eſt illud Martialis. Plaudere nec cano plaudere nec glaphyro:

Ambroſius Choraules

Ambroſiuſq; choraules ab immortalitate deductum nomen. Nam αμβροσια immortalitatem ſignificat. Choraules uero is eſt qui in choro fiſtulam inflat a græco. Nam χοροσ chorus αυλι fiſtulam ſi gnificat. Ianua lauro. letis diebus ſolebant priſci: ut Tertullianus ſcribit poſtes laureis obũbrare: & precipue nuptiis Apuleius domus tota lauris obſita tedis lucida conſtrepebat hymeneum. Teſtu dineo. Aut cortice teſtudinis ornato aut quadrato. Nam Pompe ius feſtus: Teſtudinem pro quadrato accipit. Eurialum. gla diatoris nomen. Mirmilonen. gladiatorem. Nam digladiantiũ al ter reciarius: alter marmillo appellabatur: Pharon. pharos inſula: olim nunc uero continenti coniuncta: quæ portum Alexandriæ effi ciebat: in ea turris fuit in petra poſita: quæ mari circũluitur hanc ex celſam: & mirifice albo lapide extructam. Soſtratus gnidius Alexan

Turris phari Lagus

drinoꝝ amicus ob nauigantium ſalutem poſuit: ex qua reliquæ tur res lumine per noctem nauigãtes ad portum dirigentes: appellatæ fu erunt phari. Famoſaq; mœnia lagi. alexandriam ſignificat: Nam Ptolemæus is: qui Alexandro ſucceſſit: Lagi filius fuit: Vnde & lagi darum imperium cæpit: quod poſt multos annos morte Cleopatræ euerſum fuit. Famoſa. aut cede pompei famoſa: aut mollicie Pto lemæorum: qui fere omnes poſt tertium ptolemæũ male uixerũt de litiis corrupti. Mirante canopo. canopitæ molles & omni libidine contaminati fuere: Vnde magnũ fuit flagitium: quod populus mol liſſimus & libidinoſus miraretur. Paridem. panthomimũ ĩtelligit

Segmẽta

hiſtrionem uidelic& elegantiſſimum. Segmentatis cunis. quæ ſeg mentis ornatæ fuerant. Segmenta circuli ſunt: quos græci paralellos uocant: & monilia ſegmenta dicuntur: a ſecando deductum nomen.

Ludia Aludior

Ludia. a ludo factum nomen: ſic & ludiones & ludios apud liuiũ & Valerium legimus. eſt & uerbum aludio & aludior: quo Plautus utitur: quin etiam mulieres ludiæ dictæ ſũt. Martialis. Hermes cura laborq; ludiarum. Facit hoc illos hyacinthos. per gladiaturam nõ minus formoſi ſunt: q̃ olim hyacinthus: quem ob formæ præſtantiã

Rudis

Apollo amauit. Accepta rude. rudis uirga: auctore Priſciano: qua donati gladiatores a gladiatura ceſſabant. Horatius. Et donatũ iam

rude quæris Mœcenas iterum antiquo me includere ludo. Veien to uideri. aut ueiētoni similis: cuius persæpe hic poeta & Cornelius tacitus meminit: aut Veiēto hippiæ maritus fuit. Respice riuales diuorū. cæsares intelligit qui rerum domini: æmuli quodāmodo Io uis habebātur. Nā & Augustus dictus est habuisse diuisum imperiū cum Ioue: & potestas principum diis æqua persæpe appellatur. Nar rat itaq; īfame illud Messallinæ facinus. Quæ claudii Cæsaris uxor tradente Plinio: regalem existimans palmā elegit in certamen coitus nobilissimā e prostitutis ancillā mercenariæ stipis: eamq; die ac no cte superauit quinto ac uigesimo concubitu. Tegetem. quam īco lebant prostituta mancipia. Palatino cubili. īperatorio lecto. nam palatium cæsares habitarunt. Meretrix augusta. cæsarea & uene randa. Augustum enim augurio consecratum dicitur Ennius p Sue tonium Augusto Augurio postq̄ inclita Roma cōdita est. Ouidius. in fastis. Sancta patres augusta uocant augusta uocantur
Templa: sacerdotum rite ditata manu.

Egregiū messallīæ facīus

Augustum

Sed nigro flauum crinem abscondente galero. Matronis scribit Seruius nūq̄ flaua dabatur coma: sed semp nigra. Ast Virgilius Di doni utpote impudicæ flauam dat comā. Nondum illi flauum pro serpina uertice crinem abstulerat. Veteri centone lupanar. cētones ex pannis diuersorum colorū: uel lanis in unum condensatis atq; cō sutis fiunt: græca est dictio. Nā græce κεντρων dicitur: fitq; a uerbo græco κεντω quod est pungo: auctore Eustathio: unde & homerocē trones: & apud nostros Virgilio cētones: quales fecit proba falconia: & Ausonius non infestiuus poeta de Virgilii uersibus nuptialē cēto nem cocinnauit: & quid sit huiusmodi cento sic diffinit ad Paulum. Et si pateris ut doceam docendus ipse cento quid sit absoluā. Variis de locis: sensibusq; diuersis quædam carminis structura solidatur in unum uersum: ut coeant: aut cæsi duo: aut unus: & sequēs cū medio. Nam duos iunctim locare ineptum est. Centones & Cilicia in usum castrorum accipit. Nonius marcellus ex uerbis Sissenæ historici: qui libro quarto hæc scribit. Propius aceto madefactis centonibus inte guntur: quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur. Ca to autem in re rustica: dū nouos fieri centones præcipit: & alibi emen dos centones & sculponeas significare rusticum uestimentum uide tur. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus iacere di xit: a centone centūculus per diminutionem fit. Generose britāni ce uentrem. filium ex Messallina susceptum Claudius britannicum appellauit: ꝙ scilicet in expeditione aduersus britannos sumpta na tus for&. Feda. grauior odore lucernæ erat Martialis: Quod spur ce moriens lucerna ledæ. Hippomanes. Virgilius li.iii. georgicon.

Nigra coma matronarū

Homerocentrones Virgiliocentones

Cēto qd sit?

Cētūcculus

Hippomāes

Hippomanes ſcribit eſſe uirus: quod ab inguine equarum: dũ mares appetunt defluit: hinc demum hippomanes uero: quod nomie dicũt hippomanes: quod ſæpe malæ legere nouercæ. Ariſtoteles uero in libro de hiſtoria animalium carunculam tradit in fronte equini pulli natam: quam circũlambentes deuorant: cui aſtipulatur his uerbis plinius: & ſane innaſcitur amoris ueneficium hippomanes appellatum in fronte caricæ magnitudine colore nigro. quod ſtatim edito partu deuorat. Fœta autem partum ad ubera non admittit: ſiquis præreptũ habeat. At theocritus his uerbis herbam uult eſſe: quæ amatoriũ habeat ιππομανισ φυτον εστι παν αρκησιγω λεπι πασαι και πολοι μαιν ονται αν ωρεα και θοαι ιπποι. Calet. formoſa eſt: Nam & per ſanguinem & caleſcimus: & formoſi ſumus. Oue canuſinam. in naturali hiſtoria legimus ſummam nobilitatem habuiſſe lanas circa tarentum & canuſium: de quibus Martialis.

Canuſina lana

Hæc tibi turbato canuſina ſimillima mulſo:

Munus erit grande non cito fiet anus.

Canuſinatus

hinc canuſinatus deriuatur: canuſinam indutus ueſtem. Idem canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet: & Suetonius Mulionibus canuſinatis uſum Neronem ſcribit. Natiuum habuit hæc lana colorem: utpote paſtu uel potu uel generatum: quam rem his uerbis plinius innuit Item betica canuſium fuluas tarẽtum & ſuæ pulliginis. Mercator iaſon. alluſit ad eum qui euxinum pontum potiundi aurei uelleris gratia nauigauit. Mẽſe brumæ. per hyemem mare uidetur claudi nauigantibus: icere autem aperiri: quod deſignat Horatius: cũ dicit.

Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauonii:

Trahuntq; ſiccas machinæ carinas.

Cryſtallum

Armatis. inſtructis ad nauigationem faciendam. Cryſtallina. a cryſtallo deducta dictio: cryſtallum ut Plinius tradit ex gelu uehementiore concreto naſcitur. nõ alibi certe reperitur: q̃ ubi hibernæ niues rigent: glaciemq; eſſe certum eſt: Vnde & nomen græci dederunt Nam κριοσ gelu στελλω contraho: inde cryſtallum gelu contractũ. Maxima rurſus murrina. a murra murrinum naſci exiſtimamus. Nam in uſu murram habemus. Lucanus.

Murra
Murrina

Non erigit ægros Nobilis ignoto diffuſus conſule bacchus.

Non auro murraq; bibunt. Martialis.

Si calidum potas ardenti murra falerno.

Conuenit & melior fit ſapor inde mero.

Oriens tradente plinio murrina mittit. Inueniuntur ibi in pluribus locis nec inſignibus maxime parthici regni: precipue tamen ĩ carmania humorem ſub terra putant calore condenſari Amplitudine nunquã paruos excedunt abacos: craſſitudine raro quanta dictũ eſt potoria

ſplẽdoris ſine uiribus nitorq; potiusq̃ ſplẽdor: Sed ĩ precio uarietas colorum circũagẽtibus ſe maculis in purpuram candoremq;. Fiebãt autem ex murrino abaci eſcaria uaſa & potoria & trulæ. Maxĩa er go murrina amplitudine & craſſitudine quanta maxima ĩueniri po terant. Vaſa murrina uidi ego uarii generis in theſauris diui Marci. Nã ut ſunt Veneti religionis noſtræ cultores pii atq; magnifici am pliſſima quæq; per terrarum orbem inuenta ad exornandam ædem opulentiſſimam contulerunt ergo ex oriente & Conſtantinopoli pre cipue accerſita fuerunt uaſa diuerſarum formarum ex gemma: quã nunc uulgo Agatham dicunt: quam eandem eſſe murrinam collata gẽma: cum iis quæ Plinius ſcribit certo deprehendimus. Adamas notiſſimus & beronices. Adamas maximum in rebus humanis nõ ſo lum inter gemmas precium hab&: diu non niſi regibus & iis admodũ paucis cognitus. Hæc plinius apud quem de adamante plura legunt

Murrina Venetiis hẽntur

Adamas

Beronices. Agrippa Rex Iudæorum: qui regnum fauente & iuuã te germanico Cæſare poſt mortem tyberii adeptus eſt: moriens filiũ reliquit Agrippam nomine ſeptem & decem annorum : & filias tres Druſillam Mariam & Beronicem: quæ Herodi patruo iuncta fuit. Hæc poſt herodis mortem multo tempore uidua fama diſcurrente: q cum fratre coiret ſuaſit polemoni regi lyciæ: ut circunciſus eã ha beret uxorem. Sic enim iudicabat falſas oblocutiões poſſe mõſtrari. Hæc in ultimo antiquitatis iudaicæ libro legimus. Nudo pede ſabbata reges. hæc ſacra Nudipedalia a Tertulliano & Hieronymo contra Iouinianum appellantur: quibus ſacris hieroſolymis agrippã & Beronicem interfuiſſe ſcribit Lucas ĩ apoſtolorum geſtis : quo itẽ tempore Paulus Apoſtolus ante Agrippam Regem & feſtum præſi dem Syriæ cauſam egit. Apud eundem Ioſephum in iudaici belli li bro ſecundo. Beronice regĩa ut deo uota ſolueret pro ſalute hieroſo lymas ueniſſe: & pro more patrio hoſtiis cæſis capilliſq; deraſis nudi pes ante tribunal ſtetit. Egiſippus uero in ſecundo belli iudaici libro ſcribit. Beronicem Sororem Agrippæ Regis ad templum religionis cauſa ueniſſe: atq; feſtum præſidem ſyriæ obſecraſſe ne acerbiſſima cede in populũ deſeuiret aſtabat enĩ nudis pedibus religioni ĩſeruiẽs & erat in xiſto quo in loco frater Agrippa iudæos acri & copioſa ora tione increpuit: ergo hic erit ſenſus: poſcitur a muliere maritus eum adamantem: quem olim Agrippa iudæorum Rex Hieroſolymis cũ illuc ad nudipedalia cum magna pompa ueniſſet: ſorori quã ſimul duxerat donauit. Et uetus indulget ſenibus clementia porcis. Iu dæo carne porcinaueſci non lic&. Vetuſtos porticibus diſponat auos. in atriis atque porticibus magnarum domuum ſtabant ſtẽma ta per imagines gentilium cum lineis diſtincta. Bellum dirimente

Agrippa Beronycæ

nudipedalia Tertullians Lucas Paulus Apo

Sabinæ mulieres

Cornelia

Supcilia sup biæ sedes

Siphax

De filiis mobes

Aloes herba

Attica

ſabina. Sabinæ uirgines:quæ in iura maritorũ prædæ nomine uenerunt:intactæ prius fuerant:Sed cum iam matres forent oborto bello ex iniuria raptarum inter Romulum & Sabinos mediæ inter patres: & maritos interceſſerunt: Vnde pace facta in urbem receptus eſt Tacius. Cornelia mater gracchorũ. hæc maioris Africani filia: ex Tiberio graccho duos genuit gracchos:qui eloquentia ſimul & popularitate freti perniciosas patriæ leges ferre conati ſũt. Cum magnis uirtutibus laudatur Cornelia a Valerio maximo:quod matronæ cãpanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti:non aurum:nõ gẽmas: non deniq; ueſtes oppoſuetit.ſed liberos qui maxima ſunt matronarum ornamenta. Grande ſupercilium. elationem & ſuperbiam p ſupercilium intelligit. Nam ut naturali hiſtoria legitur: Superbia alibi conceptaculum:ſed in ſuperciliis ſedem hab& in corde naſcitur hic ſubit hic pendet nihil altius ſimul abruptumq; ĩuenit: niſi ſolitaria eſſet. Tolle tuum precor hanibalem uictumq; ſiphacem in caſtris. & hanibalẽ deuicit Scipio:& ſiphacem mauritaniæ regem poſt ſolutam fidem:quã Scipioni & ſenatui Romano promiſerat caſtris exutum Romam captiuum miſit. Tum autem tributariam fecit carthaginem ſecundo bello finem imponens. Amphion. mobes maritus. Extulit ergo gregem natorum. certum ſuppreſſit numerum filiorum mobes:de quibus(ut filius tradit)mira prope atq; adeo ridicula diuerſitas fabulæ:apud græcos deprehenditur:Nam Homerus pueros puellaſq; eius ſenos ſcribit fuiſſe: Euripides bis ſeptenos: Sapho bis nouenos:Bacchilydes & pindarus biſ denos. Quidã alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt:quas diuerſas ſententias ſub gregis appellatione complexus eſt. Scropha alba. ad ſcropham æneæ reſpexit. Plus aloes q̃ mellis hab&. aloen pro amaritudine poſuit. Quã herbam ſimilitudinem habere ſcyllæ ſcribit Plinius q̃q̃ maior & pinguioribus foliis ex obliquo ſtriata.caulis eius tener: & rubens eſt medius:non diſſimilis anterico:radice una:ceu palo in terram demiſſa graui odore:guſtu amara. Inq; diem ſeptenis oderit horis. hoc eſt ex maiore diei parte:oderit uxorem. Nam cuiuſq; diei maior eſt pars horarum ſeptem primarum diei non ſupremarum. Vt affirmat Paulus in iure. Rancidius: putidius: Vnde Perſius. Rancidulum quiddam balba de nare locutus. Cecropis atheniens a cecrope qui ĩ Attica regnauit:& quia inter quinq; græcorum linguas Attica elegantiſſima habetur:Ideo meram cecropem:hoc eſt atheniẽſem puram uelut deridens Romanam fœminam appellat:quæ græcũ ſermonem affectat:& animorum affectus peregrina lingua exprimat:

Concubunt græce. is fortaſſe græcus appellatur coitus: quem in tertio de arte amandi Ouidius de minalione & Atalanta loquens his

uersibus designat.
Minalion humeris atalantes crura ferebat:
Si bona crura: hæc sunt accipiēda. Modo sub lodice relictis. lodix uestis ad ornandos lectulos: sine qua nudi quodammodo starent: id quod ex Martialis endecasyllabo: cuius inscriptio est lodix colligere possumus.

Lodix

Nudo stragula ne toro paterent.
Iunctæ nos tibi uenimus sorores.
Cœnam. nuptialem subaudi ĩ quam (Vt Apuleius de nuptiis prũdentissime scribit) quinquaginta milia nummum impendi plerumq; solebant. Mustacea. neutro genere dixit. Cato uero ĩn re rustica sub masculino genere protulit: de mustaceis hæc scribēs. Mustaceos sic facito. Farinæ siligineæ modium unum musto cōspergito anysũ cyminum adipis pondo duo casei libram: & de uirga lauri deradito eodem addito: & ubi defrixeris lauri folia subtus addito: dum cōco ques. Palladius item fermentum musteorum & facere & seruare ad mustaceos faciendos docet. Et Plinius ipse scribit genus esse lauri: quam leneus grammaticus mustacem appellat. ꝙ mustaceis subiceretur: ad quam alludens dixit Cicero ad Atticum de bubulo. In eodē amano cœpit laureolam in mustacio quærere. Cum lance beata. idest diuite. Hæc munera noua nupta a marito accipiebat: erantque aurea uascula domitiani imaginem sculptam habentia: qui auctore Suetonio & Martiale: dacius & germanicus dictus est. Lanistæ. ut supra diximus familias gladiatorum domi lanista habebat & isti tuebat. Flamea conterit. flameum nuptiale uelamen: quo caput nouæ nuptæ cōtegi solebat: Lucanus de Martia. Iterũ nubēte catoni Lutea demissos uellarunt flamea uultus.

Mustaceus

Cicero

Flamea colore luteo

Et erant colore luteo: quo nomine in honore summo fuerunt: ut per hæc Plinii uerba colligimus: Lutei uideo honorem antiquissimum ĩ nuptialibus flameis totum fœminis concessum: & fortassis ideo nō numerari inter principales: hoc est communes maribus ac fœminis: quoniam societas principatum dedit: a flameo Plautus flamearum deduxit pro confectore flameorum. Titulo res digna sepulchri. quia maritorum nomina sepulchris uxorum inscribi solebant: quam rem Martia apud Lucanum optat: cum ait. Liceat scripsisse catonis. Martia & Martialis.

Flamearius

Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum
Se fecisse cloe quid pete simplicius.
Aduocat archigenem. celeberrimus fuit Archigenes medicus: cuius opiniones & remedia aduersus grauiores morbos paulus ægyneta pſæpe cōmemorat. Accusat Manilia si rea nō est. cũ distinctōe

Paulus ægyneta

legatur:accusat Manilia:cum inferendum:si rea non est: eritq sesus etiam iu causis in quibus rea non est litem facere nouit Manilia con tra rhetorum præcepta:litem illic esse non posse:ubi reus nullus est.

Formantq libellos. actiones quibus aut petimus:aut accusamus libellos hic appellat. Principium. proemium uel exordium. Locos. argumētorum sedes:in quibus latent: & ex quibus ipsa argumēta petenda sunt:locos scriptores artium appellauerūt. Celso dicta re paratæ. Cornelius hic celsus fuit: qui non solum de omnibus liberalibus conscripsit artibus:sed amplius rei militaris & rusticæ: etiam & medicinæ præcepta reliquit:huius tamen scriptoris sententiæ quītilianus & fortiter & psæpe repugnat. Endromydas tyrias & fœmineū ceroma qs nescit. eas nūc carpit fœminas:quæ gymnicis certaminibus deditæ:athletarum uestibus & ceromate utebantur:nec nō eas quæ tyronum more in campo Martio ad palum militaria officia docebantur. Endromys ut diximus uestis:quam athletæ post certamina induere solebant. Tyrias:non gallicas:nec crassioris uelleris : quales aliæ erāt:sed purpureas & mollioris lanæ. Fœmineum ceroma. ceroma luctatorum erat:nam luctam ingressuri ceromate perfundebantur:tum inspersi puluere studiis palestræ inuicem obluctabātur. quæ inspersio haphe dicebatur Martialis. Et flauescit haphe : Nam puluere perfusa obluctantium corpora:quodammodo flauescebāt: lepras patientibus similia:haphe enim græce:& tactum significat: & notas:quibus lepra corpus maculat. Pollux haphem accipit primam infecturam:quotiens uestes imbuuntur coloribus : sed hunc luctatorum morem ad Luciliū Seneca scribens cumulate expressit. Ait enim cum a bais deberem Neapolim repetere facile credidi tempestarem esse:ne iterum nauim experirer:& tātum luti tota uia fuit: ut possim uideri nihilominus nauigasse:Totum athletarum fatum mihi illo die perpeciendum est. A ceromate nos haphe excepit : in cripta Neapolitana. Quod autem puluere illo uterentur ostendit Plinius sic dicēs. Non multum a puluere puteolano distat harena tenuissima sui parte non ad sustinenda maria: fluctusq frangendos : sed ad bellanda corpora palestræ studiis : & iulius pollux κονεωσ σπυρισ: hoc est pulueris sportulā gymnica inter instrumenta annuerat. Quis non uidit uulnera pali. Vegetius scribit tyrones non tantum mane: sed & post meridiem ad palos exerceri debere. Nam palorum usus: non tantum militibus:sed etiam gladiatoribus plurimum proderat a singulis a tyronibus singuli pali defigebantut in terram : ita ut mutare non possent. & contra aduersarium Tyro cum crate & claua: ue

Loci

Ceroma

Haphe qd?

Seneca

Vegetius

Pali exercitatio

lut cum gladio se exercebat: & scuto: Vt nunc quasi caput & faciem peteret. nunc lateribus minaretur: interdum contenderet poplites: & crura succidere recederet assultaret insiliret: & quasi præsentem ad uersarium: sic palum omni impetu bellandi arte tentaret quæ omnia diligenter fœminæ seruabant: utpote in uera harena certaturæ: & de palo intellexisse uidetur Martialis: cum ait.

Non pila non follis non te paganica thermis
Præparat. aut nudi stipitis ictus adest.

Sudibus. sudes hac in parte pro claua accipimus: qua palum per cutiebant. Atque omnes implet uumeros. hoc est ad plenum om nia peragit: quæ ratio exercitii & campi doctor iusserit: & est sermo perfectionem significans. Sic Seneca de beneficiis. Magnus luctator non qui omnes numeros: nexusq; perdidicit: quorum usus sub aduer sario rarus est: sed in uno se: aut altero diligenter exercuit. Florali matrona tuba. ad sacra floræ per tubam meretrices ad ludos edẽdos accersebantur: Vt nobilis poeta in fastis ait. Cui item querenti.

Seneca

Floralia

Turba quidem cur hos celebrat meretricia ludos?
Non est difficili cognita causa fuit.
Non est de tetricis: non est de magna professis:
Vult sua plebeio sacra patere choro.

Veræque paratur harenæ. quasi uere digladiatura sit in harena: cuius pugnæ simulacrum in campo tyronum more perdidicit.

Auctio. publica rerum priuatarum uenditio solet auctio ap pellari. Baltheus. Varro ait quod gladiatores cingulum habe bant e corio bullatum balteum dictum. Manicæ. quibus manus muniuntur tam contra pugnantem: q̃ aduersus uim & iniuriam fri goris. Plinius Iunior ad Macrum. Ad latus notarius cum libro: & pugilaribus: cuius manus hyeme manicis muniebantur. Ocre as. ocrea dicta: auctore Varrone: quod opponebatur ob crus.

Baltheus
Manicæ

Ocrea

Tenui sudant in cyclade: Vestis tenuissima uidetur esse cyclas: inde cycladatus. Panniculus bombicinus. ex bombice coa confe ctus: de qua Aristoteles & Plinius fere idem tradunt: in sex mẽsibus bombices telas araneorum modo detexunt: ad uestem: luxumque fœminarum. quæ bombicina appellatur. Prima eas retorquere: rur susque texere inuenit mulier Pamphile plateæ filia non fraudanda gloria excogitatæ rationis: Vt denudet fœminas uestis bombici na. Et ride positis scaphium cum sumitur. Iulius pollux Eu polidem secutus: Scaphium dicit uas fœminarum esse: in quod mingerent: quemadmodum uiris. Lasanum necessarium erat:

Bombix

Pamphile

Scaphiũ mu lierum
Lasanũ uiro rũ

erat: ĩn quod uentris recrementa cogente natura deiicerent. Horatius de Lasano ait. Portantes lasanum: ergo ride: cum depositis uirilibus armis scaphium: quod fœminarum proprium est afferri iub&.

Neptes lepidi. ad Corneliam Martii lepidi uxorem respexit: quæ Vt Pedianus scribit: casta fuit: & pro exemplo pudicitiæ suo sæculo habita. Ceci ue metelli. qui oculos amisit. ut palladium flagrante æde uestæ seruaret. Gurgitis aut fabii. Macrobius scribit a deuorato patrimonio gurgitem esse appellatum: qui tamen ĩsignibus uirtutis secutæ uitia prioris compensauit ætatis: cuius abstinentiã Valerius extollit: ꝙ scilicet in ærarium miserit dona: quæ legatus a Ptolemeo accepiss&. Orba tigride. tunc enim uelocitatis tremendæ & maxime cognitæ est Tigris (Vt Plinii uerbis utar) cum fœtus eius capitur. Nam ubi uacuum cubile reperit feta: maribus enim cura sobolis non est fertur preceps odore uestigans. Raptor appropinquante fremitu abicit unum ex catulis. Tollit illa morsu: & pondere etiam ocior antra remeat: iterumq; consequitur: ac subinde donec ĩ nauim regresso irrita feritas sæuit in littore. Tu tibi tunc curuca places. Coccys auis est temporaria: hæc in trium auium nidis oua generat: ut Helianus tradit palũbarũ. Corydi hoc est galericuli: siue alaudæ & chloridis: Quare curucam unam harum auium metaphoricos appellat: & pro marito accipit qui alienos filios pro suis educat. Zelotypæ mechæ. quæ cũ sit adultera Zelotypam se fingit. Dic quĩtiliane colorem. excusabilem facti causam colorem latini. Hermogenes autem χρωμα appellat. Nam tum in declamationibus: tum in ueris causis ĩ primis color quærebatur: qui si abfuisset uix causa stabat: quem colorẽ in narratione præcipue: & per omnes orationis partes seruari debere Quintilianus præcipit: Et Seneca in declamationibus refert ab egregiis declamatoribus: sæpe extra causam quæsitũ fuisse de colore. Quare non est accipienda hac in parte eorum sententia: qui pro exornatione uerborum: aut sententiarum colorem dictũ accipiunt: ergo hesitante Quintiliano colorem subiicit fœmina dicens: Olim conuenerat in spõsalibus. ut faceres tu quod uelles: nec non ego possem indulgere mihi. Stantes collina in turre mariti. hãnibal laturus obsessæ capuæ auxilium cum a consulibus repulsus fuisset Romam petiit quippe reuocaturus Romanum exercitum ad tuendam uidelic& urbem: quod ubi patres resciuere: Copiarum partem ex sententia consulum Romam per Quintum Fuluium proconsulem reuocarunt. Sed cum Hãnibal trans Anienem castra locass&: Fuluius iter exquillinã portã & collinam castra habuit. Ad istros: istri in extrema Italiæ parte cõtermini sunt illyricis hos molles fuisse ĩtelligere possumus. Et sybaris colles. ciuitas calabriæ sybaris ĩter

Fabius gurgis

Tigris

Coccys
Helianus

Color ĩ causis

Seneca

collina porta

Istrii mores

crathim & Sybarim fluuios:cuius ciues deliciis & luxuria intemperã tes a Crotoniatis finitimis deuicti turpiter fuere. Nam non armis: sed tympanis & cymbalis usi debellauerunt:cum forte equitatus sy baritani exercitus tradente Plinio ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus ess&:hostes abiectis armis cũ cymbalis tym pana percutientes crotalis quoq; & fistulis usi equos in saltationem conuerterunt. Vnde effusi equites uictoriam crotoniatis dedere. Sy baris autẽ apud idoneos græcos pro mollicie capitur: ꝙ scilicet om nium mollissimi & delicatissimi fuerint sybaritæ. Lampridius scri bit Sybariticum missum semper exibuisse heliogaballum ex oleo & garo: quem quo anno sybarithæ reperierunt & perierũt. Rhodios. Rhodii olim & mari imperauerunt:& deliciis affluxere: in rhodum enim insulam imbrem aureum Iouem immisisse poetæ finxerunt.

Sybaris

sybarithicus missus

rbodos & ĩm ber aureus

Miletos. miletus urbs in finibus Ioniæ & cariæ a Neleo auctore Herodoto ædificata. Hanc generosa uellera nobilitauerunt. Vnde ꝓ uerbium mãsit. Milesia stragula. & Theocritus dicens Tapetas mol liores somno statim infert diceret hoc quispiam miletum & Samum depascens: Sed cum dicit Iuuenalis luxuriam ex urbe Roma miletũ defluxisse: Tangit molliciem milesiorum: Qui cum prius potentes essent:& opulenti deliciis dediti:& opes & potentiam amisere: Vnde taxati fuere a comicis Græcis hoc prouerbio ησαν ποτησαν αλκι μοι μιλησιοι: hoc est olim potentes erant milesii. Atq; coronatũ & madidum petulansq; tarentum. Strabo tradit illecebrosas adeo tarenti inualuisse delicias propter fortunas nimium secundas: ut plu res totius populi ludos: festasq; celebritates: quot annis agerent q̃ re liquos anni dies: & Cicero Trebatii molliciem in gallia arguens ait: Quid si Tarentum non Samarobrinam misissem. Madidum. un guentatum: de cuius urbis mollicie hæc Theopompus. Tarentino rum autem ciuitas ferme qnoq; mense cæso boue epulum publicæ instruit: priuatorum uero turba assidue ueneri & comessationibus ĩ dulget: Vsurpantq; Tarentini crebro hunc sermonem. Cæteros qui dem mortales ideo laboris studiosos: & semper in quæstu uersari: ut uictui necessaria comparent: se autẽ ipsos ĩ coitu: atq; uoluptate esse: iamq; uiuere Coronatum. autem quia in conuiuiis corona utebantur. Perfusa mero spumant unguenta. aut quia perfusi un guento solebant in conuiuiis uino suffundi: quod notat Horatius in lydia: Vror seu tibi cãdidos turparunt humeros ĩmodicæ mero rixæ Aut ꝙ ebriæ mulieres desudantes unguenta uino permiscebãt. In guinis & capitis quæ sint discrimĩa nescit. Sic Horatis de ebrietate thracum.

Cum fas atq; nefas exiguo fine libidinum discernunt auidi:

Miletus

tarẽtũ molle

Theopõpus

Sanna

Ara pudici

Syphones

Hernia

Penis

Anticato

Simpuuium

Cum iam uertigine tectum ambulat. sic Seneca in epistolis. Vertiginem capitis tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine. Sanna. distorto hiatu oris olfactãs aera. Geminis lucernis. ebriis omnia duplicia uidentur confuso luminis meatu. Pudicitiæ ueterum dum præterit aram. hanc puto aram esse: in qua dicãda tradit Liuius: Certamen ortũ fuisse in sacello patriciæ pudicitia equæ in foro boario est: ad ædem rotundam Herculis inter matronas: atq; a patriciis mulieribus Virginiã Auli filiam patriciam: quod plebeio nupta fuiss& expulsam. Vnde irata mulier in parte ædium ubi habitabat modicũ sacellum extruxit: aramq; ibi positam pudicitiæ plebeiæ dedicauit.

Longis syphonibus implent. syphones dictio græca: Sunt autem tubi per quos urgẽte spiritu aqua uel alius liquor emittitur. Plinius in secundo naturalis historiæ: de qua in sũma iuga erumpente: quo spiritu acta & terræ pondere pressa syphonum modo emicat. Seneca naturalium quæstionum libro secundo pene sub oculos subiicit syphonis formam ac uim: solemus duabus manibus accipere interiunctis: & compressa utrique palma immodum syphõis exprimere: sed hic syphones tubos accipit uessicæ: per quos urina emittitur. Tibia lumbos. Ad sonitum tibiæ huiusmodi sacra celebrari solebant.

Pendentis premia coxæ: quia inter se nouũ commentæ scelus mulieres confricabant: Vnde tribades a Martiale appellatur. Dormitat adulter. uerba libidinantis fœminæ & adulterum optantis atq; ĩdignantis ꝙ ad se non ueniat. Nestoris hernia poss&. Idẽ Martialis de puella lasciua.

Vlcus hab& priami quod tendere posset alutam.

Herniam uero dicit Cornelius Celsus a latinis appellari: quam græci enterocelen: uel epiplocelen dicant: & fit hic morbus: quotiens põdere abrupta fuerit tunica: quæ diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: eoq; deuoluitur omentum: aut intestinũ: cũ tumore scroti. Penem. penis caudam significat: sed pro obsceno positum est auctore Cicerone. Nam Piso conquestus est adolescentes peni deditos esse. Anticatones. duo fuerũt anticatones: in quibus Catonem uticensem lacerauit cæsar nimis imprudenter: Vt ait Cicero: & est cõposita ex græco & latino dictio: quod praro fieri debere sentit Quĩtilianus. Testiculi sibi cõscius Vnde fugit mus. in sacris bonæ deæ auctore Seneca: ita sũmouebant extra cõspectũ oẽs uiri: ut picturæ quoq; masculoꝝ animaliũ cõtegerẽt. Simpuuiũ. uas erat simpuuiũ ad sacrificia a sumẽdo dictũ: ut auctor est Varro fictile fuisse declarat Plinius his uerbis: sed fictilibus prolibatur simpuuiis: Numæ pompilii ætate: fictilibus uasis diis libabant: posteriores uero auro & murinis: atque crystallinis sunt usi. Vaticano de monte. ex cuiu.

creta fingebantur uasa. Martialis.
In uaticanis condita musta cadis.
Dictus est uaticanus collis: quod eo potitus sit populus Romanus uatũ responso: expulsis etruscis: quamquam Gelius a uaticiniis: uel a uagitu agrũ uaticanum scribat appellari. Rediuiuus. pompeius festus rediuiuum ex uetusto renouatum exponit: quod & Seneca uidetur sentire ĩ tertio libro declamationum dicens. rediuiuum me senem meretrix uocat. Sunt quas eunuchi. Eunuchis utebantur Romanæ mulieres: ut scilicet sine timore ptus coirent. Martialis.
Cur tantum eunuchos habeat tua gelia quæris
Panice: uult futui gelia non parere. Desperatio barbæ. quia eunuchus barbam non emittit: Pectine nigro: pube nigrescente. Nã pectem pubem significat. Inguina traduntur medicis. subaudi excidenda. Tonsoris dãno. nam tonsore non indiget: cuius barba non succrescat. Custodem uitis & orti. priapum cuius tutelæ orti sunt traditi. Tondendum eunucho bromium comittere noli. hic sẽsus tuto uxorem eunucho comittere poteris: Sed bromius adolescens iã plane tõdendus apud Eunuchum parum tutus erit. Nullius fibula durat. ut supra declarauimus: uocis seruandæ gratia: quæ a coitu immutatur: infibulari solebant adolescentes: qui deinde prætorum iussu: fabularum cantica peragebant. Testudine. cithara. Sardonice. gemma est Pectine crispo. i. plectro: uel per artem crispo: uel stridulo pecten enĩ id significat: quo citharam ferimus. Virgilius.
Atque eadem digitis mox pectine pulsat eburno.
Tener idymeles. citharedi nomen idymeles. Numero lamiarũ nobilissima fuit lamiarum familia. Cum farre & uino. hoc ferto uelut dape propiciari iubet cato & ianum patrem & uestam. Sed hac in parte nequaquam de farreatione intelligendum est: quãdo genus illud matrimonii: auctoribus Festo & Boetio libo farreo fieret: unde farreatio dicta: quotiens nuptiæ conferentur: at cum dissoluerentur matrimonia diffareatio dicebatur. Apuleius ut est audax uerborum nouator: confarreaturum formauit sic dicens. Talis mulieris publicitus matrimoniũ confarreaturus. An capitolinam deber& pollio quercum sperare. non inconueniens est hunc dicere pollionem: de quo Martialis dixit. Here de theatro pollione cantante. Quercum capitolinam. aut consulatum: aut triumphum significat. Nam quercus & in capitolio: & in palatio ante iouis ædem: & cæsarum domos: media inter lauros stabat. Vnde Ouidius de lauro:
Fidissima custos Postibus augustis mediamque tuebere quercum.
Et in fastis.

Rediuiuus

Pecten

Farreatio qd

Diffarreatio
Confarreaturus

State palatinæ laurus:prætextaq; quercu Stet domus.

Capitis uel latio

Vellare caput. quia rem diuinam faciẽtes & deos salutãtes caput uellabãt sũpto ĩstituto ab ænea:qui caput operiens rem diuinam prætereunte Diomede fecerit:siue ꝙ operientes caput se humiliores diis redderent:quam rem pluribus rationibus explicat Plutarchus in problematis romanorum. Aperta palluit agna. ꝙ scilic& fibræ ni hil portenderent.

Varices

Varicosus. uarices in cruribus uiro tantum mu lieri raro:Celsus scribit præ nimio pondere nasci uarices: aut si stan tes poplitibus innixi fuerimus uaricosos fieri.

Haruspex
Haruga
Hara

Haruspex. ab haru ga hostia:haruga uero ab hara pro stabulo deriuatur:quare prĩcipa litatis ratione primam corripit:q̃q̃ grãmaticus quidam de quãtitate syllabæ præcipiens ab ara fieri uelit:nec principalis naturam seruar̃.

paludamẽtũ
Cometæ

Paludatis. paludamento indutis:militaria omnia ornamenta pa ludamenta dici posse Festus scribit. Instantem cometem. ĩminens exitium minantem:Cometæ crinitum sidus:quod nostri crinitas ap pellauere:horrentes crine sanguineo:& comarum modo in uertice hi spidæ:terrificumq;.est magna ex parte sidus:atq; non leuiter piatum Virgilius. Non diri quotiens arsere cometæ. Et alibi.
Cometæ sanguinei lugubre rubent.

Niphates

Quosdam facit ire niphatem Niphates Armeniæ mons habetur: ex quo auctore Strabone Tigris nascitur:sed hac in parte pro monte flumen posuit:quem inundasse ait. Conchas. solium in quo lauari in balneo solebant cõchas hic appellat. Gaudet magno sudare tumultu:Cum lassata graui ceci. brachia massa. in balneis uarius circũsonabat clamor. Nã sudaturi: auctoribus Celso & Paulo se exercebant:nunc grauiora onera feren do:nunc alteres rotando:quam item rem Seneca epistolarum. vii. si gnificat hæc scribẽs:supra ipsum balneum habito: propone nũc tibi omnia genera uocum:quæ in odium possũt inducere aures:cũ fortio res exercentur:& manus plumbo graues iactant: cum aut laborant: aut laborantem imitantur:Ergo graui massa:alterẽ accipe: Nã alter

Alteres

siue alteres quantum in antiquo ethymologico græco legi:ex plum bo massa quædam erat:qua ad exercenda corpora in gymnasiis ute bantur ab αλλομαι:quod est salio:Nam circũducebant alteres: dũ saltando se exercerent: Vnde Iulius pollux gymnasiorum instrumẽ ta enumerãs hæc ait. καιηονεωσ σπυρισ καιαλτηρεσ θι τροχοι ηι δισηοι:hoc est pulueris sportula:alteres:trochi:& disci ꝙ aũt ĩ balne is alteres haberẽt:atq; iactarẽt ostendit Martialis de philenide dicẽs.
Alteres facili rotat lacerto. Et de altere idem scriptor.
Quid pereunt stulto fortes altere lacerti
Exerc& melius uinea fossa uiros.

Aliptes

Cristæ digitos ĩpressit aliptes. In balneis unctio fiebat iussu Aliptæ:qui item alas uellebat:nec unq̃

tacebat: auctore Seneca: nisi aliũ pro se dum alas uellit clamore coegisset: ergo femur domĩæ: idest ipsam dominã exclamare coegit: aut illud extendendo: aut pillos uellendo. Oenophorum. uas ad uina ferenda. Persius: Oenophorum aptans. Rabidã facturus orexim. pro uomitu hac in parte uidetur posuisse orexim: cum apud græcos quorum est dictio: orexis appetitũ significet: nisi forte prouocari uomitum ex potu uelit: & inde appetitum nasci: Nam uino preciosiore sumpto nausia cohibetur: & appetitum suscitatur. Horatius. Vel quod fluentem nauseam coerceat. metire nobis cecubum. Martialis. atque ab eo quod sequitur: id quod præcedit positum fuisse accipiamus ὀρέγομαι: latine est appeto: inde orexis appetitus: quidam orexim latinam uocem existimantes ridiculam etymologiã: quasi ab ore exiẽs græcæ dictioni dedere. Luto intestino. non absonum foret luto pro luteo positum dicere: quasi sanguine per uomitum emisso: quando Virgilius scribens. Croceo mutabit uellera luto: pro luteo posuerit.

Orexis

Laboranti poterit succurrere lunæ: Vt uerbis Plinii utar: misera mortalitas uelut mortem siderum pauens: deliquio solis in luna: ueneficia arguente: ob id crepitu dissono: auxiliata est: ergo ui & copia uerborũ una mulier laboranti lunæ ex eclipsi succurret: utpote dissonum immitata æris crepitum ne carmina sentiantur. Crure tenus medio tunicas succingere debet. tunicis hoc modo succinctis: uiri incedere solebant: quam rem Quintilianus de oratoris habitu loquẽs sic notauit. Tunicæ prioribus oris ĩfra genua paulum posterioribus ad medios poplites usque perueniãt: nam infra mulierum est: supra cẽturionum. Horatius item malchini molliciẽ taxans tunicis demissis ambulare eum scribit. utpote delicati & mollis uiri habitum tenentẽ.

Auxilium lunæ

Tunicæ

Siluano porcum. huic deo sacrificium cæso porco mares faciebãt

Quadrante lauari. hanc mercedem loturi mares persoluebant. Horatius de stoico philosopho. Dum tu quadrante lauatũ Rex ibis Seneca in epistolis de balneis loquens. Cur enim exornaretur res quadrantaria & in usum non oblectamentum reperta. Cicero pro Celio: Nisi forte mulier potẽs quadrantaria illa permistione familiaris facta erit balneatori: Torqueat enthymema. enthymema Quintiliano interpretante est omne quod mente concipimus. Et quamquam latinorũ quidam commentum & commentationẽ appellauerint enthymema: Tamen melius uerbo utimur græco. Curtum. quia imperfectum syllogismum enthymema quidam dixere. Sermone rotato. crispo & celeri uerborum modulo. Palæmonis artẽ. grãmaticã ĩtelligit cuius artis celeberrĩus fuit scriptor. Quĩtus rhemius palæmõ Vincẽtinus generẽ arrogãtia tãta: ut secũ natas & pituras lrãs diceret. Atque de se diuinasse Virgilium: cum dixit. Tantum uicine palæmon.

Quádrans

Quadrãtariã

Enthymema

Q. Rhenius Palæmon

	Vt uidelic& poetarum aliquando arbiter foret: hunc tradit Quintilianus uocabulum: siue appellationem nominis subiecisse: tanquam
Antiquarii	species eius. Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus. Antiquarii erant qui uerba ab usu remota: & commentarios pontificum: & uetustissima fœdera: & exoletos scrutati auctores: ex his ea contrahebāt: quæ non intelligerentur: hincq; ut Quītilianus irridet: famam erudi
Cacozelos	tionis affectabant: ut quædam soli scire uiderentur: Cacozelos autē & antiquarios: ut diuerso genere uitiosos: pari studio spreuisse legimus Augustum Cæsarem. Opicæ. balbutienti & frendenti magis
Smaragdus	q̄ loquenti. Virides gemmas. smaragdos intelligit. Nam ut ipsis Plinii uerbis utar: herbas quoq; uiretes frondesq; despectamus: smaragdos uero tanto libentius: quoniam nihil omnino illis comparatū
Elenci	uiridius uiret. Elencos. Plinius proceriores uniones elēcos priscos appellasse scribit: fastigata longitudine: alabastrorum figura: in ple
Plinius	niore orbe desinentes: hos digitis suspendere: & binos: ac ternos: auri
Seneca	bus fœminarum gloria est: Sed & Seneca in. vii. de beneficiis: in furorem mulierum hæc scribit. Video uniones: non singulos: singulis cō paratos: iam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt: iunguntur ī ter se & insuper aliis binis superponuntur: non satis muliebris īsania uiros subiecerat: nisi bina ac trina patrimonia auribus singulis pepē dissent. Pane tumet facies. solebant feruenti pane: formæ gratia:
Popeanum	faciem fouere. Popeana: unguenta: ab auctoris nomine dicta: Et
Foliatum	forsan a popea Neronis uxore. Foliata. nardinum siue foliatum
Petalium	unguentum: quod Plinius constare scribit omphatio: balamino: iunco: nardo: amomo: myrra: balsamo: hoc petalion Plautus appellat. Graciles. macilenti & tenues: puto respexisse ad nardum indicū: quod eodem scriptore tradente: præcipuum erat infoliato. Tecto
Tectorium	ria. a tegendo tectorium: & idest quod parietibus: aut pauimentis ī ducitur ad splendorem: quod lacte & croco quidam subigebant: ut ī naturali legimus historia: ergo fucata mulier accedens ad mœchum superinductum tectorium deponit. Lacte. ad id respexit: quod le
Lac asinæ	gimus apud Plinium: hoc est cutem in facie erugari: & tenerescere: & candorem custodiri lacte asinino: notumq; quasdam quotidie se ptingentas: custodito numero fouere. Popea hoc uxor Neronis prī cipis balneorum quoq; sic solio tempato: asinorū gregibus ob hoc eam comitātibus. Libraria. quæ præerat partiendis pensis Cosmetæ. ornatores: fit autem a κοσμω quod est orno. Flagellis. q bus tortores noxios cedebant: locusq; destinatus his erat: quam rem Martialis innuit: cum ait: Hic ubi pendent flagella tortorum. Pictæ uestis considerat aurum. pictæ uestes iam apud Homerum

fuisse scribit Plinius: Vnde triumphales natæ: acu facere id phryges inuenerunt: ideoq; phrygioniæ appellatæ sunt: & phrygiones q acu pingunt: de quibus intellexisse uidetur Virgilius: cum dixit.

Phrygiones

Fert picturatas auri sub tegmine uestes.

Possumus tamen & hic attalicas uestes intelligere: Nam aurum intexere. In eadem Asia inuenit Attalus Rex: unde nomẽ attalicis. Lõgi relegit transuersa diurni. solebant domini a seruis domesticis hora fere tertia: rationes illorum accipere: Verberibus peccata corrigentes: quam rem in spanio Seneca notat. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat: dicitur rationes accipere: Ergo mulier imperiosa longi diurni delicta recognoscens: seruos durius cædebat. Transuersa. peccata quæ transuerso calamo notabantur. Horatius. Allinet atrum transuerso calamo signum

Attalicæ

Seneca

Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ. Isidis templa intelligit: in q bus adulter cum amica constituere solebat: ad quæ item Ouidius amantem mittit iuuenem hoc uersu.

Nec fuge niliacæ memphitica templa iuuencæ:

Multas illa facit: quod fuit ipsa ioui.

Et Iosephus tradit paulinam quandam generosam: & pudicã alioqn matronam: nouo commento religionis: a sacerdotibus Isidis elusam Nam simulato per noctem colloquio cum Osiride: recepta in ædẽ mulier: ab iuuene: qui deum simulabat: compressa fuit: qui cum petulantius matronæ incæstum opprobrasset: illa rem omnem marito aperuit: qui dolum mox Tiberio detulit: Vnde supplicio affecti sũt sacerdotes: simulacro isidis in tiberim precipitato: ac iuuene trãs mare relegato. Psechas. sumptum ancyllæ nomen de metamorphosi Ouidii: Psechas enim dianæ fuit ministra: quæ loturæ deæ uestes excepit: sitq; a uerbo græco ψεκαζευν quod est latine refrigerare & irorare. Et uoluit in orbem. reuoluuntur in orbem: & annuli formã: muliebres capilli. Martialis.

Nouũ cõmẽtũ ĩ matronã Paulina

Psechas

Vnus de toto peccauerat orbe comarum.

Anulus: incerta uix bene fixus acu.

Anulus

Et Seneca in desidem quorũdam occupationem sic declamat. Quo modo excandescunt: siquid ex sua iuba decisum est: siquid extra ordinem iacuit: nisi omnia sua in anulos reciderunt. Cessat acu. mulieres post acum ad lanificium se cõferebant. Emerita. uacationẽ habente. Censebunt. sententiam ceu in re graui dicent. Andromachen a fronte uidebis. lõgissimam fuisse Andromachen Ouidius significat his uerbis.

Andromache

Parua uehatur equo: q; erat longissima nunq̃

Thebais hectoreo iuncta resedit equo.

Ergo nixā cothurnis mulier a fronte: quis sit breuior pygmeo: par tamen uidetur andromache. Cothurnis. muliebre & altius calciamētum ex suberis cortice confectum hoc in loco cothurnus significat.

Cothurnus

Grauis est rationibus. subaudi domesticis. Nam impēdia uxoris rationem familiarem pregrauant. Ecce furentis bellonæ matrisq; deum chorus intrat. ex Apuleii sententia eadem erat dea cybele bellona & Isis: idemq; sacerdotes trium dearum sacra peragebāt. Recte itaq; eundem matris deum bellonæ & isidis chorum inducit: quē superstitiosa fœmina anxie sectatur: Martialis quoq;. Furētis bellonæ. in sacris bellonæ ipsi sacerdotes non alieno: sed suo cruore sacrificabant: sectis nāq; humeris: & utraq; manu gladios districtos exerētes currebant: & uelut insani efferebantur: quam turbam Martialis entheatam idest phanaticā appellauit. Matrisq; deum. hoc est cybeles: cuius sacerdotes amputato uirili sexu: tū furore perciti musculos cultris concidebant. Semiuir. i. gallus: qui nec uir: nec fœmina erat. Rapta secuit genitalia testa. ī naturali legitur historia: samia testa: sacerdotes matris deum: qui galli uocentur citra perniciem uirilitatem amputare: quam rem Martialis betico gallo opprobrat sic dicens. Abscissa est quare samia tibi mentula testa:
Si tibi tam gratus betice cunnus erat.

Bellona isis & cibylle idē

Samia testa

Tyara. pileus & sacrum gestamen: quod Virgilius masculino genere protulit. Sacerq; tyaras. Grande sonat metuiq; iub& septēbris & austri Aduentum. Galli per urbes discursantes cruentis membris: propalam talia uociferabantur: quæ omnia Seneca in libro de beata uita: sic irridet. Cum sistrum aliquis concuciens: ex imperio mentitur: cū aliquis seccandi lacertos suos artifex brachia atq; humeros: suspēsa manu cruentat: cū aliqua: genibus per uiam repens: ululat laurūq; linteatus senex: & medio lucernam die preferens conclamat: iratū aliquem deorum. concurritis & auditis: ac diuinum esse eum: inuicem mutuum alentes stuporem affirmatis. Centum lustrauerit ouis. Apuleius in ultimo metamorphoseos tradit: Sacerdotes Isidis in purificationibus: teda ouis & sulphure uti solitos: Vnde Lucianus ī dialogo q inscribitur τυραννος hoc est tyrānus: oua appellauit lustralia: centum igitur oua in expiationem: atq; purificationem petit: De lustratione huiusmodi hæc Ouidius in arte.
Et ueniat quæ lustret anus lectumq; locumq;:
Præferat & tremula sulfur & oua manu.

diuīatio gallorum

oualustralia

Xerampelinas. has uestes atrabaticas inuenio latine appellatas: his uerbis apud Suidam. Diebus festis & in uictoria aut astātibus legatis īduebantur tunicas & chlamydes auro: ac purpura uariatas: aut alio quouis modo preciosas: in quottidianis uero cōuētibus xeram

Suidas

pelinas: sic a colore dictas: quas uocabant atrabaticas: de colore uide licet atrum. n. nigrum uocāt: Vnde coniicimus xerampelinas nigras fuisse: non autem uirides: ut quidam somniant. Ter matutino tiberi mergetur. mane aqua tiberis se perfundentes expiari credebant Persius. Hæc sancte ut poscas tiberino in flumine mergis
Mane caput: bis terq; & noctem flumine purgas.

Xerāpelinæ
Atrabaticæ

Totum regis agrum. martium significat campum: Nam pulsis regibus: cæsisq; cōiuratis: Tarquiniorum ager populo datus: & dictus est martius. A meroe portabit aquas. Meroe insula quā nilus suo ambitu facit: hanc equinoctiali suppositam calidam appellauit: Et quia in templo Isidis (Vt scribit Seruius) aqua sparsa de nilo esse dicebatur: q̄uis plerūq; simulata foret: & non uera: mulier sacris dedita usq; a meroe aquam referebat. Quæ proxima surgit ouili. Ouile accipit pro campo Martio: ubi erant septa in quibus comitiorum tē pore populus claudebatur: Ouidius in fastis:
Est quoq; quo populum fas est includere septis:
Lucanus item exponente Seruio: ouilia pro campo posuit: cū dixit.
Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Campo itaq; Isidis ædem proximam fuisse accipere debemus. Grege linigero. Isiaci lino tecti īcedebant: quotiens sacra isidis celebrarent. Ouidius.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Et Martialis.
Linigeri fugiunt calui sistrataq; turba.
Suetonius de Othone. Sacra etiam isidis: sæpe ī lintea: religiosaque ueste propalam celebrauit. Et grege caluo. derasis capitibus: sacerdotes quæsituri apim bouem merebāt (Vt tradit Plinius) & Lampridius de comodo hæc ait. Sacra isidis coluit: Vt & caput raderet & anubim portaret: sed Isiacorum habitum: & isidis pompā sic describit Apuleius in metamorphoseos libris. Tunc influunt turbæ: sacris diuinis iniciatæ: uiri fœmīæq; omnis dignitatis: & omnis ætatis linteæ uestis candore luminosi: illæ limpido tegmine crines madidos obuolutæ: hi capillum derasi funditus uerticem prænitentes. Subiūgit itē quinq; fuisse antistites: quorum primus lucernam claro premicantē porrigebat lumine. Secūdus ambabus manibus gerebat altaria. Tertius palmam attollebat auro subtiliter foliatam: nec non mercurialē etiam caduceum. Quartus aureum uasculum ī modum papillæ rotundatum: de quo lacte libabat. Quintus auream uannū: aureis congestam ramulis: tum prodibant anubis attollens canis ceruices arduas: & bos apis in erectum leuata: hoc autem sacrum qui cupit cognoscere: eundem legat auctorem. Plangentis populi. Lactantius hæc de Iside scribit: Isidis ægyptia sacra sunt: quatenus filium paruulum uel perdiderit: uel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius deglabrato

Ouilia
Isiacorum habitus
Apuleins
Antistite & pōpa Isidis
Anubis
bos apis
Glabri sacer dotes isidis

corpore sua pectora tundunt: sicut ipsa: cum perdidit fecerat: deinde puer producitur: quasi inuentus: & in lætitiam luctus ille mutatur.

Anubis

Currit derisor anubis. Diodorus refert unũ ex comilitonibus osiridis: anubim dictum fuisse: qui galeam tulit caninam: Vnde & latrator anubis apud Virgilium: quem derisorem superstitiõis fœmĩeæ dicit. Festis obseruandisq; diebus. per nouem dies sibi mulieres a uiris temperabant: dum Isidi sacrificarent Propertius.

Cynthia iam noctes est operata noué. Argentea serpens. aut aspis in cymbii ansulis insurgens: & arduum caput extollens ceruicibus late tumescentibus. aut ea serpens: de qua Ouidius in amoribus de põpa isidis loquens: hæc scribit.

Pigraq; labatur circum donaria serpens:
Et comes in pompã corniger apis eat.

Popanon

Tenui popano. popanon placente genus: qua in sacrificiis: auctor polluce utebantur: huius dictionis usum habemus frequẽtem apud Aristophanẽ: sunt qui deducãt popanõ a uerbo græco κοπτω: quod est icido. ut popanõ quasi κοπανον uel πεττω το χονευω Corruptus. seductus & mercede placatus: ut illud Persii.

Quæ nisi seductis nequeas comittere diuis.

Solymæ hierosolymæ

Legum solymarum. Solymæ hierosolymæ postea dictæ fuerunt longe clarissima: Vt ait plinius: Vrbium olim fuit orientis: Solymas Tacitus existimat a solymis appellatas. Solymi & enim gẽs fuit uel homeri carminibus celebrata. Sacerdos arboris. aut quia siluã ĩcolebant iudæi: aut quia ad arborem sacra faciebant. Armenius. ab armenia: quam duplicem geographi tradunt maiorem scilicet & minorem. Comagenus. comagena pars Syriæ inter montem taurum & Euphratem sita: in qua scribit Plinius repertum adipem anserinũ: in uase æreo: cum cynamo niue multa obrutum: ac rigore gelido maceratum: ad usum præclari medicaminis. quod a gente dicitur comagenum.

Comagena

A fronte relatum hamonis: In lybia cyrenaica oraculum erat hãmonis muneribus opulẽtum: & ueritate sortium celeberrimũ. Nam illud consulturi populi frequentissimi adibant. Colebatur iuppiter in arietis formam: sed umbilicum gemmis & auro (Vt ait Curtius) coagmentatum: aurato nauigio sacerdotes gestabant: multis argenteis pateris ab utroq; nauigii latere pendentibus: sequebantur matronæ uirginesq; patrio more inconditum quoddam carmen canentes: quo propitiari iouem credebant: ut certum redderet oraculum.

Oraculũ hãmonis

Curtius

Delphis oracula cessant. cur delphica cessauerint oracula. Lucanus hæc scribit.

Cur cessent oracula

Sed siluit postquam reges timuere futura:
Et superos uetuere loqui. Quidam in Nerohis impietatem referũt:

cuius iussu delphici apollinis templum sit euersum. Cicero autem ĩ
diuinatione tradit: ideo euanuisse delphicum oraculum ꝙ exhausta
sit cælestis cuiusdam spiritus uis: quam sentẽtiam idem Lucanus se
quitur: uel ꝙ incendio templi: quod a Gallis patratum fuit: spiritus
diuinationis sit extinctus: Plutarchus specialem composuit libellũ:
quem ĩscripsit περι των εκλελοιπο των χρηστηριων: hoc est de ora
culis quæ defecerunt. Magnus ciuis obit & formidandus othoni.
Ptolemeum mathematicum: hic significari arbitror: qui ut Tacitus
scribit promiserat othoni in Hispania eum superfuturum Neroni: &
postquam ex euentu fides euenit: coniectura iam: & rumore: senium
galbæ: & iuuentam Othonis computantium persuaserat fore: ut im
perium asciſceretur. Quare Otho peritia & monitu fatorum: & cupi
dine ingenii humani libenter obscura credidit: & de nece Galbæ cogi
tauit: nec defuit Ptolemeus sceleris instinctor. Hæc Suetonius Seleu
cũ præmonuisse scribit. Sonuit. hoc est si manicas gestauerit uin
ctus. Seripho. sariphus una sporadum in mari ægeo. quæ adeo pe
trosa est ut illi opprobretur hoc fuisse passa ꝙ perseum nutriuerit:
qui Medusæ capite illuc allato incolas in lapides conuertisse dicat.
Hæc Eustathius: in has insulas deportabantur plerunqꝫ nocentes.
Ictericæ matris. icteron patientis. Est autem icteros: auctore Pau
lo morbus: cum per totum corpus bilis suffonditur: quæ interdum
nigra: interdum flaua est. Hunc morbum Plinius regium appellat:
quem præcipue in oculis mirari ait tenuitatem illam dẽsitatemque
tunicularum felle subeunte: hunc eũdem regium uocauit Varro: ꝙ
mulso præcipue curaretur. Cornelius & Apuleius Auriginem & Au
riginosum hominem dicunt. Ast Marcellus arquatum a colore uide
licet cælestis arcus. Sed ictericus ab ictero nascitur. Est enim icterus
auis: quam latine galbulam Plinius appellari existimat: de qua hæc
legimus.

Galbula decipitur calamis & retibus ales
Turget adhuc uiridi cum leuis uua mero.

Tanaquil tua. non simpliciter hic Tanaquil accipiatur pro qua
cunqꝫ uxore astrologos consulenti: sed occultior sensus subest: Nã
morem nubentium respexit: quas domum mariti ingressuras dicere
iubebant tradente Plutarcho. Vbi tu Caius: ego Caia: siue ut osten
derent pariter utrũque imperaturum: quasi sit: ubi tu dominus: ego
domina: Siue magis propter Caiam Ceciliam honestam sane mulie
rem ac bonam: quæ Tanaquil dicta est: Tarquinii uxor: Hæc tantæ
probitatis fuit: ut id nomen boni ominis causa frequentarent nuben
tes: Ergo hic erit sensus. Tua Tanaquil: quæ uetere instituto & bono
nubentium omine pari cum potestate in domum tuam uenit de uita

Plutarchus
Ptolemæus
Otho
Galba
Icteros
Paulus
Arquatus
Ictericus
Caius
Tanaquil

annisq; tuis primum inquirit Pinguia succina. hanc gemmam (ut Plinius scribit) arboris succum esse etiam prisci nostri crediderũt ob id succinum appellãtes: Igitur a succo succinum deriuatur. Ephemeridas. annotationes eorum: quæ per quãque diem accidunt græci ephemeridas uocant: Nam medici (ut ĩ naturali legimus historia) cautius religiosiusque ad syderum ex ephemeride mathematica cibos dabant: horasque obseruabant. Ephemeris uero latine diarium dicit̃ Ouidius autem in amoribus Tabellas ab amica remissas sic execratur.

Ephemeris

Inter ephemeridas melius tabulasq; iacerent:
In quibus absumtas fleret auarus opes.

Thrasyllus

Thrasyllo. dion scribit Thrasyllo Astrologo Tyberium ĩ primis confisum: q̃ is ad astrologiæ disciplinam natus esset: per quem sibi: & Lucio atque Caio quid fata portẽderent: cognoscebat: fertur olim statuisse: Tyberius: quem Rhodum secessisset: eum muro deiicere: quod is solus secretorum eius conscius esset. Ergo cum Tyberius forte perturbatum uidisset Thrasyllum: quæsiuit contractæ frontis causam: Cũque respondisset iminente periculo se obturbari. Admiratus Tyberius non ausus est id exequi quod mente cogitasset: adeo omnia per sciẽtiam Astrorum nouerat Thrasyllus: ut cum olim nauim a longe uidisset a matre: & ab augusto nuntium de reditu in urbem ferentem omnia prædixerit. Quæcunque nauis nuntiatura erat.

Collyriã
Petosiris

Collyria. medicamina sunt collyria: quæ priuatim oculis adhibẽtur: dicuntur autem collyria a græco κολλυρια quia truncata & imperfecta sint. Horatius: Oculis collyria lippis. Columella uero Collyria immittenda aluo bouis truditate laborantis tradit. Petosiris. Astrologus nobilis genere ægyptius fuit Petosiris: eius rationem Astronomicam Plinius affert in septimo naturalis historiæ. Durat ea ratio: quam petosiris ac Necepsos tradiderunt: & trimorion appellarunt a trium signorum portione: qua posse in Italiæ tractu centum uigintiquattuor annos uitæ contingere apparet. Spatium lustrabit utrunque metarum. Metæ in medio circi sitæ erãt, circa quas (Vt ait Varro) circensis pompa & equi currebant: sed circum diuinatores frequentabant: Vnde fallacem circum in sermonibus dixit Horatius

Trimorion

Meta
Circus

Ducet sortes. oracula sumet. Frontem. ex fronte futura plurimi prædicebant: cuius artificii metoposcopi uocabãtur. Nam μετωπων frõs σκοπος inspector: hĩc legimus apud Suetonium: metoposcopum a Narcisso Claudii liberto adhibitum: ut britannicum inspiceret constantissime affirmasse illum quidem nullo modo. Cæterum Titum qui prope astabat utique imperaturum: Quãq̃ Plinius in trĩgesimoquinto ex facie diuinatorem metoposcopon appellat: his uer

Metoposcopus

bis. Quendam ex facie hominum addiuinantē: quos metoposcopos uocant. Ex his dixisse: aut futuræ mortis annos: aut præteritæ. Corri gaturque dictio. Nam legitur metopus. Manum. propter chiro mantiam. Popysma roganti. popysma crepitus est illisæ manus: si concaua fuerit. Sed proprie sibilus & pulsæ ceruicis equinæ plau sus: de quo Virgilius. Et plausum pulsæ ceruicis amare. Martialis. Velut uitium notauit in galla popysma. Vtpote insulsum coeuntiū crepitum. Ait enim.

Quis nam ferre potest fatui popysmata cunni?
Cum sonat hic: cui non mentula mensq; cadit.

Popysma

Publica fulgura condat. scribit Seneca priscos Romanos: cum crederent nisi fato fulmina non decidere: cæsis hostiis extructisq; aris: adhibito sacerdote: uelut in procurationem malorum illa condere: ictum uero fulmine locum: & hostiis expiatum: bidental dixere. Persius.

Triste iaces lucis euitandumq; bidental.

Bidental

Publica. autem ad differentiam priuatorum dixit: de quibus idē auctor ī secundo naturalium quæstionum hæc tradit. Priuata enim fulgura negāt ultra decimum annum. publica ultra tricesimū posse differri. Plinius item de fulminibus: Cæterum existimant non ultra decem annos portendere priuata: præterq̄ ī patrimonio primo facta aut natali die. publica non ultra trigesimum annum: præterq̄ ī deductione oppidi. Plebeium in circo positum est & in aggere fatum. In circo iam diximus sortes dari. Aggerem uero intelligi Tarquinii: de quo hæc Plinius in descriptione Vrbis Romæ. Clauditur ab oriēte aggere Tarquinii superbi inter ipsa opera mirabili: nāq; eum muris æquauit: qua maxime patebat aditu plano. cæterum munita erat præcelsis muris: aut abruptis montibus. Sensus igitur erit plebeii & ī fimæ sortis: aggerem Tarquinii & circum petunt: ut ab auguribus fatum suum discant. Potens autem & opulenta fœmīa externos augures atque haruspices consulit. Falas. falæ dictæ (Vt ait Festus) ab altitudine a falando: quod apud Etruscos cælum significat. Nonius uero turres ligneas īterpretatur. & falæ in circo apud ueteres propter spectatores e lignis erigebantur. Nos hac in parte per falas spectacula & metas intelligimus: quæ olī ligneæ & miræ altitudinis fuerunt.

publica fulgura
Priuata

Falæ

Delphinorumq; columnas. Ioannes Cassiodorus scribit in circo Eurypum in gyrum actum fuisse: quod & Suetonius innuit: reddebatq; imaginem uitrei maris: in quem delphini æquorei influebant: Vbi item erant obelisci: & in primis ille magnus: quem diuus Augustus in circo magno constituit continentem rerum interpretationes

Delphinorū colūnæ

philosophiæ ægygtiorum: per delphinorũ itaq; columnas obeliscos accipimus: circa quos delphines per eurypum agerentur. Et hic sesus mediocris mulier in circo uates consulit: qui metas spectacula & del phinorum columnas frequentabant. Nam uates & sacrificulos circũ frequentasse scribit Liuius: abs quo sæpe pulsi fuere. Transeo sup positos. per occupationem in eas inuehitur: quæ ad eludendos mari tos ementito partu aliunde petitos pueros supponebant. Spurcos lacus. locus in quem pueri incertis nati parentibus exponebantur: sẽ sus igitur erit: Vota in suscipiendis filiis decepta ad spurcos lacus fe runtur: ex quibus clam accersiti infantes: uelut suppositi nouo muli erum commento generosis familiis inseruntur magnas hæreditates adituri. Pontifices salios. quia tantum salii ex nobilibus creaban tur. Secretum mimum. habet fortuna pro mimo theatrali infantẽ fortunatum sane: quo secreto se plurimum oblectet: & quẽ summo studio in magnis opibus foueat. Magicos cantus. incantamẽta & carmina. Philtra. græce latine amatoria: quæ ad conciliandũ amo rem ualent: qui potius moribus & forma parari deberet. Nam ut no bilis poeta dixit.

Philtra mouent animos uimq; furoris habent. Thessala. quia in thessalia mulieres erant ueneficiorum peritissimæ. Et solea pulsa re nates. Sic Persius. Solea puer obiurgabere cubra. Et illud Terẽtii fere in hunc sensum accipi potest: commitigari uideam sandalio ca put. Auunculus ille Neronis. caligula germanici filius & agrippi næ frater: quæ mater Neronis fuit (Vt Suetonius refert) a cesonia u xore amatorio medicamento potionatus est: Vnde ĩ furorem uersus fuit: incitabantur insomniis maxime: neq; enim plusq̃ tribus horis no cturnis quiescebat: ac ne his quidẽ placida quiete: sed pauida miris rerum imaginibus: ut qui inter cæteras pelagi speciem colloquẽtem secum uidere uisus sit: nec immerito ualitudine mẽtis diuersissima in hoc homine uitia apparuerunt. Frontem pulli. hippomanes si gnificatur. Nam ut diximus in fronte equini pulli inhæret. Agrip pina boletus. medicato boleto Agrippina maritum claudium intere mit: cuius mors non adeo pestifera urbi fuit: q̃ caligulæ furor: qui in rabiem actus plurimos senatores & equites sustulit: amicos interfe cit: clades publicas exoptauit. Tremulum caput. Claudium (Vt scribit Suetonius) remisse quid uel serio agẽtẽ: multa dehonestabant risus indecens: ira turpior spumante rictu humentibus naribus: ple ctra linguæ titubantia: caputque cum semper: tum in quantulocũq; actu: uel maxime tremulum. Descẽdere iussit in cælum. Dion scri bit Agrippinam & Neronem in Claudium defunctum ea omnia cõ

uates ĩ circo

Philtra

Furor caligũ la

claudii mors

Traduco

Dion

tulisse quæcunque olim augusto collata fuerunt: eumq; ausi sunt fi ctis flere lachrymis quem peremerant: & hunc in cælum tulerūt: quē ex conuiuio clam extulerant: quo nomine non indignum memoria uerbum reliquit Nero: Boletum deorum cibum esse dictitans: q scili cet Claudius per boletum deus factus esset: Ad quod uidetur mihi alludere poeta in hac parte: declamauit autem a contrario ex imita tione Virgilii: qui dixit.

Claudius in deos

Boletus deo rum cibus

Toto descendit corpore pestis.

Nam cum ignis ascendat: atque in cælum ascendatur descendere a contrario posuerunt. Adipata: pinguia ientacula: quibus primum soluitur ieiunium. Martialis.

Adipata

Surgite iam uendit pueri ientacula pistor:

Cristatæq; sonant undiq; lucis aues.

Papas. grandior aliquis natu: qui dignus sit honorifica hac appel latione: qua filii ad parentes usi sunt. Nam papas uenerationis est nomē a Syracusiis tractum: apud quos pas pater dicitur: & per gemi nationem papas. Sophocleo hiatu. magnitudine & elegantia tra gœdiæ sophoclis: qui inter omnes tragicos poetas eminētissimus flo ruit historiæ tradunt obsidentibus athenas lacedæmoniis Lysandrū eorum Regem liberum patrem persæpe admonuisse pateretur hu mari delitias suas: Vnde cum Rex requisiuisset: quis supremum diē athenis obiiss&: intellexissetque Sophoclis mortem. statim pacem fu neri dedit. Montibus ignotum rutilis' cæloq; latino. quia ædes p priorum filiorum & domesticorum mortes ueneficio patratas ī Ita lia non legimus. Sed clamat pontia feci confiteor: hæc crudelis & impia mater filios duos ueneno necauit: Vt scilic& licentius libidini indulgeret: quod scelus impietatem notās in galla Martialis hoc epi grammate tetigit.

Papas

Sophocles

Cum placeat phileros nulla non dote redemptus

Tris pateris natos galla perire fame.

Præstatur cano tanta indulgentia cunno

O mater qua nec pontia deterior.

Pontia

Pontio meminit Cornelius Tacitus interfectæ ab Octauio sagitta: dum uiro necato ei nubere uellet. Colchide. medea: quæ spectante uiro Iasone filios dilacerauit. Progne. quæ filium ithym: ut scelus mariti ulcisceretur: obtruncauit: & Tereo epulandum apposuit.

Sana facit. nullo grauiore animi affectu uexata. Subeūtem fa ta mariti Alcestim. Admethus Thessaliæ Rex: cū iam ingrauescēte morbo deploratus iaceret cōsulto oraculo didicit: uitā rcupari posse

Admethus

Alcestis

Si alius se uoluntariæ morti pro eo obiicer&: quod cum resciuiss& Alcestis uxor ultro fato suo mariti fatum promutauit: Vnde & apud græcos prouerbium extat αλκιςιδοσ ανδρεια ; hoc est alcestidis uirilitas: de fortibus dictũ: de hoc factæ fuerunt tragœdiæ: quæ quotidie in theatris spectabantur: Bellides. quinquaginta belli neptes quæ totidem patrueles eosdemq; maritos prima nocte coniugii īteremerunt. Eryphile. hæc Amphiarai uxor latentem maritum ne in bellum thebanum prodiret auro capta polynici quærenti manifestauit. Vnde in bellum ire coactus hiatu terræ absumptus est. Clytēnestram. quæ maritum Agamemnonem de bello troiano reuersum ab ægysto adultero tolli curauit. Pulmone rubetæ. ex qua uenenū conficitur præsentarium. Atrides. pro quocunq; marito ponitur. Nam Agamemnon Clytemnestræ maritus Atrei filius fuit. Tindaris. clytemnestra Tindarei filia Horatius.

Eryphile

Dissecuit medium fortissima tindaridarum.

Mithridatis

Pontica ter uicti cautus medicamina regis. Mithridatis subaudi: qui (ut Plinii uerbis loquar) maximus sua ætate regum omnium ante se genitorum diligentissimus uitæ fuisse argumentis præterquam fama intelligitur uni ei excogitatum quotidie uenenum bibere: præsumptis remediis: ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuēta genera antidoti: ex quibus unum etiam nomen eius retinet: illius inuentum autumant: sanguinem anatum ponticarum miscere Antidotis: quoniam ueneno uiuerent. Ergo aut mithridaticum antidotū usq; in nostra tempora celebratissimum prægustandum iubet: aut eam compositionem significat: quam in sãctuariis eiusdem regis deuicti. Gneus Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu scriptam: e duabus nucibus siccis: item ficis totidem: & rutæ foliis uiginti simul tritis: addito salis grano: Et qui hoc ieiunus sumat nullum uenenum nociturum illo die. Ter uicti. a Sylla primum: tum a murena & lucullo demũ a magno pompeio debellati: abs quo conscisscere sibi mortem coactus est.

Mithridaticum

Cōtra uenena

Enarratio Septimæ Satyræ.

e T spes & ratio studiorum in Cæsare tantum est. Tertius satyrarum liber quãtum colligere licet ex ueterum grãmaticorũ diuisiõe: ĩ cuius prĩa satyra inopes & medicos fere eos ostēdit: qui litteratorio

munere uitam suam tuentur: & hoc per auariciam tam pricipis q̃ di
uitum qui litterarum studiosos nullo munere prosequantur. Vnde
possent uitam uel difficilem degere: immo hoc genus hominũ quo
dammodo spernant: quo nomine bonæ disciplinæ penitus pessum
iere: Quando ea sit talium studiorum conditio. ut nisi a potentibus
uiris foueantur corruant atque dilabantur. Vtitur autem in notando
principe ironia plane diuina. In Cæsare. Domitiano subaudi.
Respexit. ceu deus. Nam dii respicientes rebus hominum fauere
dicuntur. Precones. qui ad res emendas homines cogebant. Et hic
quæstus illiberalis erat: quod & notat Martialis.
Preconem iubeas uel architectum.
Gabiis. desertis plane: in qbus nulla frequentia est populi. Ma
chæræ. gladii: & græca est dictio: posuit autem pro gladiatore per
tropum: qui dicitur metonymia. Tripodes. quibus uel delphica
sustinebatur uel mersa. Alcyonem bacchi. bacchus hic poeta fuit:
qui fabulam alcyones scripsit: sed duæ alcyonæ fuisse leguntur. Al
tera ceicis uxor: quæ uiso cadauere mariti in littus eiectum se deie
cit in mare: iussuque amphitrites in naues conuersi ambo fuerunt:
quæ mari per quattuordecim dies quieto fœtificantes diebus nomẽ
dedere: quos αλκυονιτι δεσ ημερασ appellãt: a fœtura uidelic& ha
rum auium. Altera fuit Eueni fluminis filia: quæ postea Marpesa:
auctore Eustathio dicta est: qui item tradit pro aue declinari Alcy
on onis: pro muliere uero Alcyonæ nes: aspiratione caret hæc dictio:
quanuis Tortelius aspirari præcipiat. Terea fausti. fabulam quã
Faustus poeta de tereo conscripsit. Qui philomelam prognes uxoris
sororem non solum uitiauit: sed & illi linguam amputauit. ne scelus
prodere poss&: quo tãdem cognito male interempto filio: & patri ap
posito ultæ sunt tereum: de hoc frequens agebatur tragœdia: Hoc
satius: q̃ si dicas sub iudice uidi: quod non uidisti. Melius est auctio
ne & quæstu sordido uitam tueri: q̃ religionem testimonii contem
nere: quod Asiani faciunt. Nam minoris Asiæ populis: nullam adhi
bendam fidem clamat Cicero pro Flacco Cappadoces: horum
item semper leue fuit testimonium. Bithini. bithinia Regio mino
ris Asiæ: quæ & pontus: auctore Eusebio: olim dicta fuit. Altera
quos nudo traducit gallia talo. gallogræcos hic intelligere debemus
quando & altera sit gallia: ab illa quæ est in Europa: & gallogræco
rum proprium fuit testimonia uenditare. Traducit. infames facit
& deridendos: hoc enim significat traducere Martialis.
Rideris multoq; magis traduceris afer.
Græce dr̃ παραδειγματιζειν: hoc ẽ ĩ exẽplũ dar̃. Nudo talo. forsan
p̱ more gẽtis: quæ nudo talo ĩcedat. Lauroq; momordit. lycophrõ

Machæra

alcyõæ duæ

Alcyon

Alcyonæ

Asiani

Bithinia

Gallogræci

Traduco

λαφνηφατοσ diuĩatores appellat:utpote lauꝝ comedétes: Vnde & poetæ:uelut afflati numine laurum mordere dicuntur. Marito ueneris.periphraſis uulcani:qui pro igne accipitur. Teleſine. forſitã hic eſt:ad quem Martialis.

Quod mihi non credis ueteri teleſine ſodali.

Croceæ tabellæ. aut illitæ croco:aut colore croceo. Et imagine macra. poetæ macra & palleſcenti effigie habebantur. Nã & ipſi ſtudio macilenti apparebant. Perſius.

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

Aede relicta. quia Apollo & muſæ præſentia erant poetarum numina. Vt pueri Iunonis auem. pauonem ſignificat: ĩ cuius cauda Iuno a Mercurio interfecti Argi oculos locauit. Anabathra. gradus penſiles λι αβαθρα αποτου λυαγοινειν hoc eſt ab aſcédendo.

Anabathra

Orcheſtra. in orcheſtra honeſtiores ſedere conſueuerant: quam rem ſupra declarauimus. Nam ut ſcribit Iunior Plinius: frequenter recitabant carmina poetæ: Ad quæ audienda plurimos inuitabant: domoſq; conducebant. Cornelius item Tacitus maternum inducit ſic irridentem Cornelium Baſſum:ut cum toto anno per omnes dies magna noctium parte unum librum excudit & elucubrauit: rogare ultro & ambire cogatur:ut ſint qui dignentur audire: Et ne id quidé gratis. Nam & domum mutuatur & auditorium extruit: & ſubſelia conducit:& libellos diſpergit: & ut beatiſſimus recitationem eius euentus proſequatur:omnis illa laus intra unum: aut alterum diem: uelut in herba uel flore præcepta ad nullam certam & ſolidam peruenit frugem. Reportandis cathedris. in quibus Viri egregii & dignitate præſtantes ſedere conſueuerant. Cacethos. malus mos: κακοσ enim malus mos. Ergo in corde. ideſt ambitione famæ laboranti. Publica uena. communi materia. Sic &. Triuiale carmen. tritam & uulgarem materiam ſignificat:utpote quod in triuiis cantari ſoleat: Cum dicit Horatius ohoe. uox baccantium:qua tamen Donatus ſatietatem ſignificari dicit. Eſt autem Horatianum carmen.

Orcheſtra

Mos recitantiũ

Quo me bacche rapis tui plenum?

Ohoe recenti mens trepidat motu.

Ohe

Cyrræ nyſæque feruntur. Parnaſus in duo diuiditur iuga in heliconа:ubi cyrra Apollini dicata:& cytherona:in quo nyſa baccho dicata habetur:quæ duo numina frequenter poetæ inuocãt. Lucanus.

Parnaſus

Nec ſi te pectore uates

Accipio: cyrrea uelim ſecreta mouentem

Sollicitare deum:bacchumq; auertere nyſa.

Currus & equos facieſq; deorũ.hæc oĩa Virg.fixit ĩ ornãdo turno.

Rutulũ cõfundat erinnys. iussu Iouis:una dirarũ ab inferis accita tum in feralem & importunam conuersa auem; ob turni oculos uo litans: illum obturbabat: quam rem negociosus Virgilius: nec aspice re nec scribere potuisset. A crinibus hydri. quos in casside Turni: ubi & chimera explendescebat: idem poeta stetisse decãtat. Surda nihil gemeret graue buccina. alludit ad illud: Tum uero ad sonitum celerem quẽ buccina misit. Antiquo cothurno. antiqua tragœdia

Rubrenus lappa. poeta hic: quãtum ex Iuuenale colligi potest: il lius temporibus inops fuit & egentissimus. Albiolos. diminutiuũ ab albo. Nam albus tabula erat gypsata: ĩ qua iudices notari solebãt & prætorum iura ascribi: Pontifices item maximi in album: auctore Cicerone: annales referebãt. Lucanus. Melæ filius: diues sane fuit Nam eius defuncti opes pater: auctore Eusebio: impetrauit a Nero ne: qui poetam celeberrimum: tum emulatione carminis: tum magni tudine opum passus est damnari. Hortis marmoreis. marmore in crustatis: uel frigoris captandi gratia. Martialis:

Albus
Albioli

Lucanus

Quisquam picta colit spartani frigora saxi.

Vel uenustatis & superbiæ: ac luxus gratia: & erit sensus: uelut ꝑ iro niam. Lucanus ergo sola contentus fama in hortis marmoreis mane bit: nihil aliud curans quando gloria quãlibet magna: nihil plane sit si alius fructus non percipitur. Curritur ad uocem iucundam & carmen amicæ Thebaidos. Statius ut ipse de se ĩ siluarum libris scri bit: Neapolitanus fuit patre natus perquã docto Domitiano imperã te scripsit poemata: ac recitauit: tulitq; a Cæsare premia de carmini bus: quæ Iuuenalis hac in parte satyrico sale ĩsectatur. Fregit sub selia. crebra recitatione. Virgilius.

Statius

Et cantu querulæ rumpunt arbusta cicadæ.

Paridi. pantomimo. qui domitiano gratissimus fuit: & ĩ hũc mor tuum Martialis hæc scribit.

Paridis epi gramma

Quisquis flamineam teris uiator: Noli nobile præterire marmor. Vrbis deliciæ salesq; nili: Ars & gratia lusus & uoluptas. Romani decus & dolor theatri: Atque omnes ueneres cupidinesq;. Hoc sũt condita quo paris sepulchro. Intactam agauem. agaues fabulam nouam & nondum recitatam. Nam de pentheo & Agaue matre fre quens facta fuit tragœdia. Ille & militiæ multis largitur honorẽ. militiæ honorem tribunatum: & præfecturam militum: quas dignita tes sæpe Cæsares petentibus pantomimis concedebant. Semestri auro. solebant in ludis: qui placuissent aureo annulo donari Asinius pollio ad Ciceronem. G. Cæsar ludis: quos gadibus fecit Herẽnium Gallum histrionem summo ludorum die: annulo aureo donatum: In quattuordecim sessum deduxit: Ergo paris annulo: ꝗ placuissent

Anuli dati

donabat:quo auro donatus est à Domitiano Statius:ut his uersibus ipse testatur.
Cum modo germanicas acies:modo daca sonantem
Prælia:palladio tua me manus induat auro.
Tu camerinos & bareas. curandæ non sunt nobiles familiæ a poetis nec generosa atria frequentãda:q̃do histrio plura præstare possit q̃ camerini aut bareæ. Pelopeia facit. thyestes post deuoratos filios oraculo didicit scelus fratris uindicari posse:si cum filia coiuiss& inde enim ultor nasceretur:mistus itaq; filiæ ægistũ genuit: qui Agamenonem interfecit. Philomela. fabula de philomela:quã Tereus uitiauit:in cuius sceleris ultionem uxor progne Thesum filium patri epulandum apposuit. Mecocnas. hic poetas studiose & ample fouit:Similiter Proculeius:Fabius.& Cotta:de proculeio Horatius.

Fabius

Viuet extento Proculeius æuo notus in fratres aĩmi paterni: De Fabio Ouidius.
Maxime qui tanti mensuram nominis imples:
Et geminas animi nobilitate genus.
Qui nasci ut posses:q̃q̃ periere trecenti
Non omnes fabios abstulit una dies.
Ad hunc enim Fabium uelut ad poetarũ studiosũ sæpissime idẽ scribit Ouidius: Et toto uinũ nescire decembri. per decẽbrẽ mensem licentiã saturnaliorũ lic& intelligere:quo tẽpore uino & aleæ : ĩdulgebant Romani Martialis.

Saturnalia

Postulat ecce nouos ebria bruma sales. Et Horatius. Age libertate decembri. Sensus itaq; hic erit. Vtile tunc erat Vatibus per saturnalia uinũ nõ bibere:imo potius in studiis pallescere. Quãtũ daret acta legẽti. Asconius tradit scribã fuisse:qui uerba siue legis: siue actorũ senatus:preconi subiicere:qui ea ĩ populũ promulgaret lectorẽ actorum scribam intelligere possumus. Sed genus ignauũ quod tecto gaudet & umbra. ignauũ appellat historiographũ:q ĩtra domesticos parietes:& sub umbra cõscribat historias: at causidicũ: qui ĩ foro & uera pugna causas ageret laboriosũ & ĩdustriũ uocat:q̃q̃ ex patrocinio causarũ uel tenuis ꝓueniat utilitas. Creditor. is dr̃ q pecuniã credidit:qua plerũq; abiuratã cognitione prætoris repetebãt. Quod autẽ Cicero ait. Res agit̃ ꝑ eosdẽ creditores:ꝑ quos cũ tu aderas agebatur:nõ est ibi ĩtelligẽdũ de pecunia credita noĩe procinii: sed creditores regios accipere debemus:qui(ut in quadã epistola ad Atticum scribit)apte pecunias suppeditabãt contra Lẽtulum. Ad dubium nomẽ. actoris aut rei:ꝑut iudices senserit. Rus sati pone la.q̃tum cõiicere possumus Satus lacerta ditissimus fuit ut solus causidicoꝝ cẽsus superaret. Cõse.duc. ex Ouidio locus apud quẽ ĩ cõsessu ducũ

Vnde ebriũ brumã dicit

Creditor

græcorum. Aiax causam agit petens arma patruelis Achillis. Du bia pro libertate. aut statum tetigit negocialem: in quo citra comple xum personarum Quintiliano præcipiente causa tractatur: ut illud. Vtrum qui in assertione est: liber sit: aut cum libertate agitur: quo iudicio: Vt Cicero in primo de Oratore scribit. Nullum grauius esse potest: ut cum quæritur is qui domini uoluntate census sit: si non sit cōditū lustrū: sit ne liber? & coniunctin ne. Bubulco iudice. rustico & imperito legum: utpote qui in agris uersatus fuerit. Nā ut Quinti lianus scribit. Rura plerūq; in decurias iudicē mittebāt. Scalarum gloria. orātiū gradus ramis arbo℞ & frondibus coronari cōsueuerāt quotiens massent insignem lætitiæ. Siccus petasunculus. diminu tiuum a petasone: Est autem petaso coxa porcina salita. Siccū uero petasonem: ut ingratum sperni debere doc& Martialis: cum dicit.

An tribus lu stris conditis sit liber

Petaso

Musteus est propera: caros nec differ amicos
Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil. Et alibi.
Et pulpam dubio de petasone uoras. Et uas pelamidū. pelamides thynnorū genus. Nam thynni cordile primum: limose uero: aut e lu to: pelamides incipiunt uocari: & cum ānuum excessere tēpus thynni pelamides autem απο του πηλου. i. a luto dicuntur Veteres afro rum epimēdia bulbi. epimendia legēdum dicimus: nō epimenia. Est autem epimendiū: ut Plinius scribit: tertium bulbi genus cibis gratū angustius folio: ac minus aspero. Afrorū. nam in africa nati bulbi Plinio teste: maxime laudabantur. Et Columella. Et quæ sicca legit getulis obruta glebis. Sūt autem bulbi genus cæpæ nō absimile asca loniæ. Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. pragmatici teste Quintiliano iuris interpretes a græcis dicunt: qui uelut ad arcu las sedebant: & parua mercede cōducti iura oratoribus suggerebant: hi proprie sunt aduocati. Nā tradēte Asconio. Aduocati: aut ius sug gerebāt: aut præsentiā suā amico cōmodabāt. Et sēsus hic erit. Si ora tori aureus unus obtigerit: pragmatici qui iura subministrāt: partes sibi poscunt: Sed quæ merces foret pragmatico℞. Martialis hoc epi grammate ad panicum docet.

Pelamides

Epimēdium

Bulbi

Pragmati cus
Aduocatus

Deseris urbanas tua predia panice lites
Paruaq; sunt tritæ premia certa togæ.
Frumentum: milium: ptisanamq; fabamq; solebas
Vendere pragmaticus: nunc emis agricola. Si quater egisti. ad am pliationem iudiciorū respexit: quotiēs causæ maiore cognitiōe indi gētes nō statī decidebātur: sed producebātur. Vnde legimus multos ter & quater fuisse ampliatos. De ampliatione plura dicemus in ulti ma satyra. Stat currus æneus. maiorum statuæ (Vt ait Plinius) an tiquitus togata effigie dicabantur. Placuere & nudæ hastas tenētes.

Statuæ

equestres quoq; statuæ celebratæ sunt. Postea uero ĩ bigis & quadrigis: Vnde & triumphales natæ. Causidicorum autem statuas equestres fuisse significat Martialis.

Tam graue percussis in cudibus: æra resultant
Causidicum: medio cum faber aptat equo.

Statua lusca. aut quod uere luscus esset: aut positionem statuæ ostendit: cuius tantum solus oculus conspiceretur. Pedo & matho: causidicorum nomina. Tongili. forsan hic est: de quo Martialis.

Vri tongilius male dicitur hemitriteo.
Noui hominis mores esurit: atq; sitit.

Rhinoceros

Rinocerote lauari. p rinocerotem guttum corneum intelligimus de quo Martialis. Gestauit modo fronte me iuuẽcus: Verum rinocerota me putabas: In balnea siquidem guttum cũ oleo deferebant antiqui. Est autẽ rinaceros (ut Plinii uerbis rem aperiam) Animal quod unum in nare cornu hab&. hostis uidelicet elephãto: cornuq; ad saxa limato præparat se pugnæ: in dimicatione aluũ maxime petens: quẽ scit esse molliorem: longitudo ei par: crura multo breuiora. Color buxeus: sed hic sensus: quemadmodum Tõgilius gutto corneo: & ex rinocerote balnea ingreditur: perturbatq; alios: sic ambitiose ornatus causidicus deficientibus reliquis. uictor est causæ: illud addimus declinari rinoceros otis: & reliqua huius desinentiæ: ut monoceros: & ægoceros: Nec in obliquis casibus recipere. n. Attici tamen declinant rhinoceros rhinocero. Medos. assyrios seruos. Strataria purpura. lata stlateron scribit Pompeius festus genus nauigii latum magis q̃ altum: & a latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine: qua stlotum pro lotum: & stlitem pro litem dicebant antiqui: quã rẽ & Quintilianus notauit de arte grammatica scribens. Tyrio filo. quia tyria purpura intensior erat & preciosior. Vir. & tyrio saturata murice palla. Spondet. spondere est fidem præstare ita ut credi possit.

Stlataria

Stlotus

Empturus pueros. Seneca sæpe (ut supra diximus) arguit nimiam Ro. diligentiam: in exquirendis & emendis pueris: ergo causidicus ostentatione opum promittit etiam se empturum pueros: quod opulẽtissimi faciebant. Amethystina. amethystus gẽma est: colore uiolaceo: unde & color purpuræ amethystus dicitur: quæ rursus (ut scribit Plinius) absolutus inebriatur tyrio: ut sit ex utroq; nomen improbum: simulq; luxuria duplex: quem colorem in uiola uidemus: & de carbunculis idem auctor loquens optimos eos ait esse amethystizõtas: hoc est quorum extremus igniculus in amethystinum uiolam exeat. Octo serui. octaphorum significat. Martialis.

Amethystus

Octophorũ

Octaphoro sanus portatur auite philippus.
Hunc tu si sanus credis auite furis.

Togatí ante pedes. ad oftentandas opes: quærendamq; auctorita tem oratores caufas acturi: exemplo potétium ciuium: togatos & an teambulones præmittebãt: quem morem fæpiffime Martialis notat.

Quando licet bafilo flentem deducere matrem. proni (ut Quinti lianus fcribit) non folum dicendo: fed etiam faciendo lachrymas mo uebant: unde fæpe eos producebant: q periclitarentur fqualidos atq; deformes: & liberos eorum: ac parentes: ut horum deformi & miferã do afpectu tragœdias mouerent. Nutricula caufidicorum gallia. Quintilianus de eloquentia gallica hæc. Iulius florus in eloquentia galliarum: quoniam ibi demum exercuit eam princeps. Declama re doces. prifci rhetores per declamationes adolefcétulos exercebãt: quas ante Ciceronem (ut Seneca ait) thefis uocabant: Mox cõtrouer fias dixerũt: atq; declamatiões. Eft enĩ declamare (ut Caluus dixit). Iam non mediocriter dicere: quoniam alterum putat effe domefticæ exercitationis: alterum hoc eft dicere ueræ actionis. Claffis nume rofa tyrannos. prifci rhetores militari exemplo declamantes difcipu los in claffes diftribuebant: & dicendi ordinem fecundũ uires ingenii dabant: & ita fuperiore loco q fq; declamabat: ut præcedere profectu uidebatur: hinc ingens erat contentio palmæ: ducere uero claffé mul to pulcherrimum: Nam uictor claffi præponebatur: eratq; trigĩta die bus in imperio deinde uicto certaminis erat poteftas: hæc Quintilia nus. Tyrannos. frequentes huiufmodi erant fcholafticæ cõtrouer fiæ. Tyrannicidæ premium quod optauerit dato: inde multiplex nafcebatur de optione tyrannicidæ contentio. Quæcunq; fedens modo legerat. Hæc eadem ftans proferet. hunc morem magiftros ĩ fcholis feruaffe fcribũt Seneca Quĩtilianus atq; philoftratus: ut ipfi prius materias componerent & pronunciarent: ut ad eorum exemplũ difcipuli fe formarent. Cambre repetita. materia uidetur cambre: & caufa fuiffe fæpius per declamãtes tractata. Quis color: & quod fit caufæ genus: atq; ubi fumma Quæftio: quæ ueniãt diuerfa parte fagittæ. his uerbis Iuuenalis diuifiões rhetorum fignificare uidetur: rem fane utiliffimam eloquentiæ ftudiofis: de qua latius dicendum arbitror: quando correctores Quintiliani græcæ & latinæ uocis uim ignorantes pene nobis præcepta dicendi eripuerint. Nam quid diui fio rhetorum foret nefcientes uerbum græcũ: per quod latina dictio aperiebatur deleuerunt: hoc eft παρεγχειρησισ ĩ fidelioribus enim codicibus hæc legitur infcriptio: de diuifione fiue parenchirefi. Et e rat diuifio: quando præceptores difcipulis propofitam materiam di uifione dirigentes: uelut primas lineas ducebant. Eratq; declamatiõe minor: utpote quæ capita tantum rerum: fine probationibus affecti bus & fchematis contineret. Nam declamatio plenior: & uelut oĩbus

Producti rei

Thefis
Cõtrouerfia
Declamare
Dicere
claffes decla mantium

Parẽchirefis

Quid ĩter dĩ uifioné & de clamationé

Albutius

absoluta numeris, ueram causam representabat: quod sic esse docet Seneca in declamationibus: de albutio qui sine fine euagabatur: hæc scribens: raro totam controuersiam implebat: non posses dicere diui sionem esse: non posses declamatioñe: tanq̃ declamationi deerat: tã q̃ diuisioni multum supererat: Quod utrunq; exercitationis genus miri fice conferre ad parandam eloquentiam: docet Quintilianus ĩ primo oratoriarum institutionum his uerbis. Taceo de partitionibus: & de clamatiouibus rhetorum: quibus certe quantuscunq; numerus adhi beatur: tamen unusquisq; totum ferret. Ergo petés a discipulo præce ptor colorem causæ genus summam quæstionem: hoc est in qua cau sa uertitur: & ex qua nascitur status. Nã ubi summa quæstio: ibi con stitutio quærens item partis aduersæ contradictiones: diuisione ute batur. Quis color. in omni controuersia potissimum de colore cer tabant declamantes (Vt apud Senecam) & quintilianum legimus.

Color

Leua ĩ parte mamillæ Nil salit. hoc est: cuius præcordia frigescũt quæ obtusum arguunt ingenium. Virgilius.

Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis. Arcadico iuueni. Asi ninam significat ignauiam. Nam generosos asinos olim ĩ arcadia ꝓ genitos fuisse scribunt Varro & Plinius. Hãnibal implet. suasoria materia: in qua deliberat Hannibal: an post canésem cladem: mahar balis sententiam secutus Romam petat: nec ne: & an romanis obsidẽ tibus capuam: cum ipse urbem Romam premeret: & ab imbre repul sus circũa ctis cohortibus in Apuliam reuertatur. Quãtum uis sti pulare. interroga: exponit Priscianus: Vnde & stipulatio contractus: qui per interrogationem & responsionem fit. Sunt autem hæc uerba tradentis discipulum: rhetori. Vt totiens illum pater audiat. soliti erant patres: accersitis amicis scholas ingredi declamantes filios audi turi. Persius.

Stipulatio unde?

Grandia si nollem perituri uerba Catonis
Discere: ab insano multum laudanda magistro:
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Sex sophistæ. Philostratus in libro: qui inscribitur βιοι σοφιςων hoc est uitæ sophistarum: hæc ait. Antiqui sophistas denominabant: non solum rhetores declamantes & illustres: sed & eos philosophos: qui cum sermonis copia interpretarentur: & de utroq; sophistarũ ge nere. hoc est rhetoribus & philosophis: qui appellati sunt sophistæ ui tas conscribit. Sed Iuuenalis hac in parte sophistas accipit eos: q me ditationem oratoriam in scholis faciebant: & hic erit sensus. Alii sex sophistæ: hoc est declamatores: fictas materias relinquentes: ueras in iudiciis causas agitant: quas a scholasticis causis. Sic Quĩtilianus di uidit. Nam quæ in scholis abdicatorum: hæc in foro exheredatorum

Philostratus Sophistæ

a parentibus:& bona apud consules repetentium ratio est: quæ illic malæ tractationis: hic rei uxoriæ cũ quæritur: utrius culpam diuortium factum sit: quæ illic dementiæ: hic petendi curatoris: Quare secundum declamantium mores subiecit fictas controuersias sileri ab iis: qui iam ueras causas tractare nouerunt. Sex autem sophistæ numerus finitus pro infinito. Raptore relicto. cõtrouersia de raptore .i. stuprator quæ frequés ĩ scholis agebat ad hũc modũ. Rapta raptoris: aut nuptias indotatas: aut mortem optet. Vna nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat: altera nuptias Fusa uenena silent. Actio ueneficii: qualis est apud Quintilianum & Senecam frequens ad hunc modum. Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potioné: adolescens desiit amare: accusat illam ueneficii. Malus maritus. malæ tractationis actionem tangit: cuius tale apud Quintilianum habemus exemplum: quæ amissum filium nocte uidebat in somnis: indicauit marito: ille adhibito mago incantauit sepulchrum: mater desiit uidere filium. Accusat maritum malæ tractationis. Ingratusq; maritus. actio ingrati: quæ talis inducitur a Sceneca torta a tyranno uxor: nunquid de uiri tyrannicidio sciret perseuerauit negare postea maritus eius tyrannum occidit: intra quinquennium non parientem sterilitatis nomine dimisit: agit illa ingrati: hac in parte non possumus nõ mirari eos: qui ad Iasonem & Medeam huiusmodi materias referunt. Et quæ iam miseros sanant mortaria cæcos. Plinius scribit lapides mortariorum: qui succum reddunt: oculorum medicamentis utiles existimari: Sed hac in parte declamatio significatur filii conterentis in mortario medicamenta: ad sanandos cæci patris oculos: quæ nouerca uenena esse dixit: & pater credidit: testamentumq; mutauit: ergo tales scholasticæ erant controuersiæ: quæ desinunt agi: a sophistis: iam ueras causas in foro agentibus. Dabit ipse rudem. finem imponet A gladiatoribus sumpta translatio: qui donati rude gladiaturæ renunciabant. Diuersum inter. contrariã uiam. Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra. pugnam ꝑ forensi & uera causa posuit: umbram uero pro declamatione & scholastica controuersia. Qua uilis tessera uenit. Romano populo tesseræ frumentariæ dabantur: quod & Suetonius sæpe commemorat: & Persius donatum libertate seruum: & iam suam tribum habentem: scabiosum tesserula far possidere scribit. Chrysogonus & pollio. illustres fuere rhetores. Lautorum. ditiorum. Artem scindens Theodori. in minutas particulas resecans Theodori gadarei præcepta: qui cum a gadaribus iudeæ oppido oriundus esset: se Rhodium tamen dici maluit: hunc studiose audisse: cum in eam insulam

Raptor

Actio uenefi cii

Malæ tracta tionis

Actio ĩgrati

Mortaria

Tessera

Theodorus unde?
Theodorei

secessisset: traditur Tiberius Cæsar: cuius rhetoris sectatores: ad morem sectæ philosophorum: theodorei postea sunt appellati: scripsit de arte rhetorica libros: in quibus (ut Quintius scribit) minutatim: & per capita quædam dicendi præcepta tradidit: ergo secans diuidens uelut ex singulis quæstionibus: singulos sensus eliciens. Porticus. ad gestationes extruebant porticus: ut supra diximus. Numidarũ colũnis. numidico marmore. Algentem capiat cœnatõ solem. Cœnationem triclinium appellauit: quæ septẽtriones: tum ad æstatis frigora: tum ad salubrioris aeris gratiam spectabat: hoc enim in architecturæ libris fieri debere tradit Vitruuius & Horatius. Nulla decem pedis metata opacam porticus excipiebat arcton. Felix & sapiens & generosus. diuitias Quintiliani nõ minus fortunæ q̃ doctrinæ imputat. Vnde eum pariter felicem & prudentem appellat. Hic Romæ rhetoricam docuit: & primus publice salarium meruit. Appositã nigræ lunam subtexit alutæ. nobilitate illustres calceos nigros cum luna inscripta gestabant. Horatius in sermonibus:

Cœnatio

Quĩtilianus

Calcei nigri Luna

Nam ut quisq; insanus nigris medium impediet crus
Pellibus: & latum demisit pectore clauum.
Martialis:
Lunata nusquam pellis & nusquam toga.
Cur autem lunam subtexerent calceo.

Cur luna in calceis

Plutarchus in problematis Romanorũ has causas dicit: Quod uelut ab Euandro profecti Romani: ut archades ante lunam nati uiderentur: an ut elatos homines ac superbos rerum humanarum instabilitatis admonerent. cuius rei luna exemplo sit: quæ ab obscuro primum prodit: tum progrediens luce ac splendore os suum complet: & cum clarissima facta sit rursus deflorescit: & ad nihilum redit. An modestiæ & disciplinæ obedientia quædam erat: Vt dicto audientes esse: & imperium æquo animo ferre condiscerent: & quemadmodum luna meliori obsequi: & solem: ut inquit Parmenides semper ĩtueri solet: sic homines secundum locum tenere contenti duci primas partes relinquere: & honore & potestate per illum fruerentur. Et si perfrixit cantat bene. qui perfrixerunt rauci fiunt & uocis gratiam amittũt Vnde multi leguntur hac præfatione se excusare quod perfrixissent Martialis:
Perfrixisse tuas quæsta est præfatio fauces
Cum te excusaris maxime quid recitas.
Sed Quintilianus: uel si perfrixerit beneficio fortunæ gratiam uocis tenet. Fies de rhetore consul. hic de Quintiliano intelligendum est: quem ad consulatum peruenisse scribit Ausonius: & ipse in sexto

Quĩtilianus

oratoriarum institutionum libro: ubi prematuram uxoris & filiorũ mortem deplorat cõsulatum suum significare uidetur. Nam sermonem ad filium cõuertens ait. Te ne consulari nuper adeptione ad omnium spes bonorum prius admotum quem locum correctores deprauauerunt. nihil de Quintiliani consulatu intelligentes. Fies de cõsule rhetor. existimo hac in parte Iuuenalem ad Valerii liciniani uerba allusisse: qui prætorius & inter eloquentissimos: ut Iunior scribit Plinius in Sicilia relegatus cum profiteretur: & eo decidisset: Vt exul de senatore rhetor de oratore fieret: in prefatione dixit dolẽter & grauiter. Quos tibi ludos fortuna facis? facis enim ex professoribus senatores. & ex senatoribus professores. Ventidius. hunc picentem: & ex humili loco natum: atque a pompeio Strabone cum matre captum: & ægre uictum quæsiuisse historici tradunt. Deinde bello ciuili in amiciciam Cæsaris: atque in amplissimum ordinem peruenisse Consul enim factus est: primusque omnium de parthis triumphauit Quid Tullius. Seruius Tullius e serua natus: post cæsum Tarquinium Romæ regnum optinuit. Ergo fatorum iussu Serui regnabunt: quod in Tullio apparuit: & captiui triumphabunt: quam rem de Ventidio legimus. Thrasimachi probat exitus atque secundi. Thrasimachus carthaginiẽsis inter sophistas a philostrato scribitur: Quanquam plato hunc dixerit esse sycophantam: & in iudiciis sycophantiæ gratia uersari: Secundi carinatis. Tacitus scribit carinatẽ secundum græca doctrina eruditum fuisse. Sed dion hoc amplius tradit: caligulam adeo inuidum & suspiciosum ad omnia: ut secũdum carinatem rhetora in exilium egerit: quod aliquãdo orationem quãdam per exercitationem in tyrannos dixisset: Philostratus uero in uitis sophistarum secundum Atheniensem Sophistam commemorat Herodis Attici præceptorem: Cum quo etiam discipulo inimicitias gessit: morientem tamen laudauit: quanquam senex uita decederet: Cuius secundi hæc in primis causa celebrata fuit: qui seditionẽ mouerit morte mulctetur: qui uero sedauerit premium ferat: seditionis auctor: idemque sedator premium petit: quam causam breuiter ad hunc modum explicuit. Quid igitur primum fuit? Mouere seditionem. Quid secundum? sedare. Des igitur primum pro malefacto poenam. Mox si poteris beneficii gratiam accipies. Puto poetam de eo intelligere: quem germanicus ĩ exilium egit. Præter cicutas. Cicuta uenenum publica atheniensium poena inuisa. Cuius uis (Vt Plinius scribit) refrigeratoria est: qui enim sic necãtur incipiunt algere ab extremitatibus corporis. In urna perpetuum uer. hæc optabãt maiores mortuis: uelut felicitatem allatura. Persius.

Val. Licinianus

Vẽtidius

Thrasimachus

Dion
Secundus carinas
Philostratus

Secundus Atheniensis

Acute

Cicuta

Fortunataq; fauilla nascentur uiolæ:
Et leuior cippus nunc imprimit ossa.
Martialis.
Sit tibi terra leuis molliq; tegaris arena.

Citharoedi cauda magistri. chironis centauri: abs quo Achilles musicam & medicinam didicit. Ouidius in arte amandi.
Phylirides chiron cithara præfecit achillem.

Curtius Rufus

Rufum. inuenio in fragmentis Suetonii de rhetoribus fuisse. Q. Curtium Rufum rhetorem: de quo hoc loco poetam intellexisse dixerim: qui in declamationibus suis fingebat Ciceronem cum allobrogibus sensisse: & cum uideret coniurationem non procedere: iisdem ministris rem aperuisse. Nam huiusmodi materias de historia sumebant rhetores ad exercendos adolescentes in scholis. Custos disci puli. aut pedagogus: aut amicus grauis: aut fidelis libertus. quales lateri filiorum a parentibus iungi debere Quintilianus præcipit. Anicetus. hoc nomine pedagogus Neronis fuit. Institor hibernæ tegetis niueiq; cadurci. Institor (Vt Vulpianus tradit) appellatus est ex eo quod negocio gerendo instet: nec multum facit tabernæ sit præpositus: an cuilibet alii negotiationi. Tegetis hibernæ. idest uilis rei familiaris. Et cadurci. hoc est culcitræ: Vt enim in uigesimo naturalis historiæ legimus. nullum est candidius linum lanæ ue similius Sicut in culcitris præcipuam gloriam cadurci obtinent. Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentum. Ergo quemadmodum harum rerum institores: sæpe plurimum de iusto precio diminuunt: Sic Grammatici Enceledus atque Palemon patiantur aliquid detrahi: atq; diminui de pacta mercede. Mediæ quod noctis ab hora. idest post mediam noctem: quo sane tempore pueri in ludum litterarium mittebantur. Martialis.

Institor

Vulpianus

Cadurci

Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister:
Infelix pueris uirginibusq; caput.
Nondum cristati rupere silentia galli
Murmure cum sæuo uerberibusq; tonas.

Cum totus decolor esset flaccus. hoc dixit quia proprium grammaticorum est poetas interpretari: in quorum scholis tum attrectatione assidua: tum fuligine lucernarum clarissimorum uatum libri deformes fierent. Quæ cognitionem tribuni non egeat. hoc est ut cognoscente tribuno merces soluatur. Phœbi balnea. ī urbe phœbus balnea habebat. Martialis.
Non phœbi uada principesue baiæ.

Dicat nutricem Anchisæ. hæ quæstiones dicūtur poeticæ: in qui

bus enarra dis maxime grammatici elaborauerunt. Primusq; Didymus (Vt scribunt Seneca atq; Quintilianus) exquisitissimus fuit in huiusmodi quæstionibus soluendis: adeo ut numerosos libros conscripserit. Est autem enarratio (Vt Diomedes grammaticus diffinit) obscuriorum sensuum quæstionum ue explanatio: uel exquisitio: p quam uniuscuiusq; rei qualitatem poeticis glosulis exoluimus. Tiberium item Cæsarem scribit Suetonius grammaticos (quod genus hominum præcipue appetebat: eiusmodi fere quæstionibus experiri Quæ mater hecubæ: quod Achilli nomẽ ĩter uirgines fuisset? Quot syrenes cantare solitæ. Nomen patriamq; nouercæ Anchemoli. Quidam Archemori legunt: quod non procedit: Sed Anchemoli legendum est: quem ab Aenea occisum scribit Virgilius his uersibus.

Didymus

Quid enarratio

anchemolus

Hinc sthelenum petit: & rheti de gẽte uetusta:
Anchemolum thalamos ausum ĩcæstare nouercæ.

Nam de Anchemolo & nouerca eius nusquam ĩ auctoribus lectum est: exponente Seruio. Abienus tamẽ qui totum Virgilium & Liuiũ iambicis scripsit: hanc commemorat fabulam dicens græcam esse. Rhetus ergo Rex Marubiorum fuit ĩ Italia: qui Anchemolo filio casperiam super duxit nouercam: hanc priuignus stuprauit: quo cognito: cum eum pater persequeretur: & ad pœnam uocaret fugiens ille se ad Turnum contulit. Pollice. sic statius de Achille. Qualiter artificis uicturæ pollice ceræ. Accipiunt formas ignemque manũq; sequuntur. Tanquam enim digito formatur animus ratione: & præceptis docentis. Trementes oculos. sic Persius.

Rhetus

Patranti fractus ocello.

Ob libidinem subaudi: quæ solet oculos in hircos retorquere. Et cum se uerterit annus. non simpliciter intelligimus absolutum annũ sed uertentem annum: de quo hæc Vitruuius in octauo. Sol autem signis spacium: quod est duodecima pars mundi: mense uertente uadens transit in duodecim mensibus: duodecim signorum interualla peruagando. Cum redit ad signum unde cœperit: perficit spacium uertentis anni. Sunt autem prisci frequenter hoc sermone usi: ut uertentem annum appellarent. Plautus & Cicero in philippicis: & Suetonius in caligula. Immensas opes: totumque illud Tiberii. C. uicies ac septies milies sestertium non toto uertente ãno absumpsit. Victori populus quod postulat aurum. Victoribus in ludis & uenationibus quotiens exhiberentur in publico postulatos fuisse aureos a populo: ex Tranquilli uerbis colligere possumus: qui hæc de Claudio tradit. Nec ullo spectãdi genere communior: aut remissior erat: adeo

Annus uertẽ

ut oblatos uictoribus aureos probata sinistrã pariter cum uulgo uoce digitisq; numeraret.

Enarratio Satyræ Octauæ.

Stẽma. quid sus

[S]temmata quid faciunt. In eos inuehitur qui uetustate generis elati. & maiorum uirtutibus nixi: nihil agunt cur ipsi nobiles dici possint: immo hercule a parentibus degenerantes: nebulam quandam & tenebras nobilitati obiiciunt. Stemmata. coronæ apud Homerum sunt: Vt illud στεμματα εχων εν χερσι: hoc est coronas in manibus habens: fitque a uerbo στεφω: quod est corono. Sed hac in parte gradus generis & ordines descẽdẽtium significat: qui ramis quibusdam. et uelut intercurrentibus lineis distinguebantur. Persius.

Stemmate quod tusco ramum milesime ducis.

Suetonius de Galba. Imperator uero etiam stemmata in atrio proposuerit: quo paternam originem ad iouem: maternam ad pasiphaen Minois uxorem refert. Et Martialis.

Atria pisonum stabant cum stemmate toto.

Et docti Senecæ ter ueneranda domus.

Sed ad huius loci explanationem ea subiiciemus: quæ in trigesimo quinto historiæ naturalis legimus. Apud maiores in atriis hæc erant quæ spectarẽtur. Non signa externorum artificum: nec æra: aut marmora: expressi cera uultus: singulis disponebantur armariis: ut essent imagines: quæ comitarentur gentilicia funera: semperq; defuncto aliquo: totus aderat familiæ eius qui unq̃ fuerat populus. Stemmata uero in lineis discurrebant ad imagines pictas. Tabulina codicibus ĩplebantur & monumentis rerum in magistratu gestarũ. Incurribus qui triumphassent: ut supra ex Plinio notauimus in curribus stantes ponebantur. Aemilianos. de gente æmilia. quorum illustres fuere Paulus æmilius: qui de Perse Rege Macedoniæ triumphauit: & filius eius qui adoptatus in gentem corneliam carthaginem deleuit atque Numantiam. Et curios iam dimidios. Curii atq; coruini notiores sunt q̃ explanatione nostra indigeant. Dimidios. per uetustatem. Galbam. in gentes sulpicia cognomen Galbæ fuit: sed familiã maxime illustrauit: ut tradit Suetonius: Sergius galba cõsularis temporum suorũ eloquẽtissimus: quẽ tradunt hispaniã ex prætura obtinẽtẽ lusitanotũ. xxx. milibus trucidatis uiriatim belli causam extitisse forsam huius imagines iam uetustate absumptas: atq; collapsas significat. Famosos equitũ cum dictatore magistros. famosos hac ĩ parte illustres accipio. Plinius in epistolis. Ad curam tuam pulchrã atq;

Imagines in funere: Tabulina

Ser. galba

famosam: sunt qui legant fumosos. Cum dictatore. dictatores ut in origine iuris ait Pomponius hi erant: a quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus etiam capitis animaduersio data est: hūc magistratū: quoniam summam potestatem habebat: non fas ultra sextum mēsē retineri: & his dictatoribus magistri equitū iungebantur: sic quomodo regibus tribuni celerum. quod officium fere tale erat: quale est hodie præfectorum prætorii: ergo cum sine magistro equitū dictator non esset: iūxit cū dictatore magistros equitum: Illud autē addimus ex sententia ciceronis & Senecæ: dictatorem apud antiquos magistrꝝ populi uocatum: & testimoniū esse: quod qui ab eo nomīatur magister equitum est: Ante numantinos si dormire incipis ortus. Numantinos hispanos: ubi serius oritur lucifer q̄ in Italia. & locutus est more Virgiliano. Tibi deserit hesperus oetem. Et alibi.

Iāq; iugis summæ surgebat lucifer idæ.

Eos autē carpit qui contra naturā ad faces & cereos: ut scribit Seneca uiuebāt: quosq; delectabat uita ī contrariū circūacta. Cur alabrogicis. fabium alobrogis fabii filium tangit: cui patrimonium dilapidanti (Tradit Valerius) pompeium bona paterna interdixisse. Sed q primus Fabius dictus est allobrox. Is apud flumē Isaram tegem allarogū aruanorūq; gentes ad sextū idus augustas cecidit: deuictisq; allobrogibus allobrox nominatus est: hæc Plinius. Huius autem fuit fornix fabianus: cuius Cicero & Quitilianus meminere: hoc est arcus iuxta regiam in sacra uia eo censore. Vt Pedianus tradit cōstructus. Magna ara. de qua Virgilius.

Hanc aram luco statuit quæ maxima semper

Dicetur noais & erit quæ maxima semper.

Hercules enim: ut exponit Seruius: cum se euandro & Iouis filiū esse dixisset: & morte Caci uirtutem suā probasset: hospicio ab eo susceptus est: & pro numine habitus: deniq; ei ara maxima cōstituta quod Herculi delphicus apollo in Italia fore prædixerat Natus ī herculeo fabius lare. gens fabia ab hercule originem traxisse Ouidius ī fastis testatur his uersibus. Vt tamen herculeæ supessent semina gētis Credibile est ipsos consuluisse deos.

Euganea. patauina: & ad oues altinates respexit quæ mollicie lanæ auctore Columella cōmēdabāt. Martialis. Velleribus primis apulia Parma secūdis Nobilis: altinū tertia laudat ouis.

Pumice catinensi. hoc est Siculo a Catania Vrbe Siciliæ: in quam usque liquefacta saxa eructat ætna. Sed pumices in Melo: & æoliis insulis tradit Plinius fuisse ad corpora leuiganda laudatissīmos. Paulus. forsitā de Paulo æmilio & patre ītelligit. Exornēt

Dictator
Magister equitū
Tribunus celerū
Magister populi
Fabius allobrox
Fornix fabianus
Arā maxīa herculi
Lanæ altinates
Pumices

Tabulina
Cossus gentilicus
Cossi
Drusus
Osyris Serapis
Lactantius
Rubellius plautus
Vetustas Athenien.
ænygma unde?

undiq; ceræ atria. Vt supra diximus in atriis tabulina erãt: & imãgĩes
frequẽtes: ex quibus nobilitas longa notabatur. Apuleius: Quod ta
bulina perpulchra in ædibus cernant. Cossus. hac in parte non cre
diderim de Cosso intelligi qui lartem Tolũnium manu propria in
teremit: & opima spolia secundus a Romulo Ioui feretrio rettulit:
immo uero de Cosso: qui scribẽte floro Mussulanos atque getulos
accolas syrtium mandante Cæsare Augusto compescuit. Vnde illi
getulici nomen latius uictoria patuit. Idemque erit Cossus: & getuli
cius. Sunt autem Cossi uermes in lignis editi: a quibus & Cossi dicti
sunt natura rugosi corporis homĩes: Vt scribit Pompeius. Drusus
uel Neronem drusum intelligere debemus: qui Asdrubalem cæcidit
uel alterum Drusum liuiæ filium: cui a deuictis germanis primum
cognomen germanico inditum est: & ab eo fossæ drusinæ dictæ.
Agnosco procerem. noue procerem singulari numero dixit. Po
pulus quod clamat osyri inuento. Apim bouem quem uice numinis
ægyptus colit pro Osyride luctu quærentes derasis capitibus mœrẽt
donec inuentus producitur: Tumq; in lætitiam luctus ille mutatur.
ideo Lucanus ait.
Nũquãq; satis quæsitus osyris.
Semper enim perdunt semper & inueniunt.
Pompeius quoq; adolescens morte patris audita hæc loquitur.
Euoluam busto iam numen gentibus isim.
Et tectum legno spargam per uulgus osyrim.
Hic est osyris quem serapim & Serapidem uulgus appellat: hæc La
ctantius. Creticus. a Metello cretico oriundus. Camerinus. a
camerino sulpicio: Rubelli plaute. hic sine dubio de rubello plau
to itelligit: cui nobilitatem per matrem ex iulia familia fuisse scribit
Cornelius: paterna uero origo ex Tybure: ideo subiungit ut te conci
peret quæ sanguine fulget Iuli. Quem Iulum generis auctorem gẽs
Julia iactabat. Ast ego cecropides. sensus hic cæteri aduenæ sunt
& aduentitii: utpote quorum ignoretur pria. Ego autem αυτοχθω
νεισ: hoc est indigena sum: quæ uox Atheniensiũ erat iactãtiũ q̃ nõ
aliũde uenissent: quã rẽ tangit Tucidides: ea enĩ dicebat terræ atticæ
uetustas: ut ait Cicero: ut ipsa ex se ciues suos genuisse diceret. Iu
ris ænygmata sol. ænygma sermo ẽ obscurus ĩterptamẽto ĩdigẽs ab
αινιττω: quod est innuo. Innuitur enim quiddam: quod postea pluri
bus explicandum est: Vt illud. Vidi mare concretum in creta ligneo
in campo: Vbi caro humana ossibus ludebat. Significat enim salinũ
cum sale in mensa. Vbi manus humana talos iactabat. Bataui. ut

Tacitus ait Batauí pars chatorum ſeditiõe domeſtica pulſi ab extre ma gallicæ oræ uacua cultoribus: ſimulque inſulam in teruada ſitã occupauere: qua mare oceanus a fronte rhenus amnis terga lateraq; circunluit: hos ut idem auctor ſcribit ciuilis compeſcuit. Eufratẽ iuuenis. fuerunt & munimenta: Vt Tacitus refert: impoſita Eufrati fluuio ad tuendam Syriam arcendoſque parthos. Ergo petit plebe ius tanquam præfectus legionum Eufratem. Herme. mercurius græce hermes dicitur: Alludit autem ad Atheniẽſem morem qui for tes uiros pluribus Mercurii ſtatuis donabant: atque impropatulo re ponebant: quam rem ſcribit Aemilius probus. In Alcibiadis uita his uerbis. Id cum appareretur priuſquam claſſis exiret: accidit ut una nocte omnes herme qui in oppido erant athenis deiicerentur: præter unum qui ante ianuam erat: Androcideſque uocatus eſt. Teucro rum proles. quia rubellius Plautus a troianis originem trahebat: & ut ſupra diximus Romani proceres auctores generis Troianos prin cipes iactabant. Circo rauco. propter plauſum. Corithæ & hyr pini. hi generoſi equi fuiſſe uidentur: quorum ſoboles ſegnis & im bellis ad circumagendas molas mittebatur nulla adhibita gratia pa trum. Epirhedia. ut Quintilianus tradit & græco & gallico dictio compoſita eſt. Virgiliuſq; primus uſus uidetur in Georgicis.

Tritoq; trahunt epirhedia collo.

Molam uerſare nepotis. hac in parte nepos proprium nomen eſt. Molam equi imbelles & impotentes circumagere ſolebant. Nero ne propinquo. aut druſo Nerone: aut Nenore domitio: Nam rubel lius per maternam originem id quod tradit Tacitus pari ac nero gra du a diuo erat Auguſto. Senſus communis. non ille quem philo ſophi dicunt eſſe in parte crebri noſtri: ſed communis quædam om nium intelligentia: hoc autem ſermone frequenter Seneca & Quinti lianus utuntur. Oſtrea cetum gaurana. lucrina ſignificat. Gaurus enim in cãpania mons lucrino lacui finitimus: ĩ quo Romani oſtrea compaſcebant de gauro Lucanus. Vel ſi conuulſo uertice gaurus.

Decidat in fundum penitus ſtagnantis auerni.

Coſmi mergatur aheno. Vnguentarius coſmus: de quo Martialis

Delitias coſmi uos redolete nurus.

Mergatur. Vt declamat Plinius: non liniri ſolum: ſed etiam per fundi unguentis gaudebant ſuo tempore Romani. Idem Horati us. Perfundi nardo iuuat. Phalaris. Agrigentinus Tyrannus crudelitate notiſſimus. Hic cum perillus Athenienſis faber æreum taurum ad cruciandos homines fabricatum attuliſſ& artificem pri mum tauro incluſum igne ſubito interemit. Prouincia cum te

Batauí

Hermes

Epirhedia

Sẽſus cõmu nis

Phalaris

Prouīcia
Procuratur

rectorem accipiet. prouīcia extra Italiam dicebatur. Rectores au tem quarundam prouinciarum procuratores appellabantur. Quam rem a Seneca & a Cornelio Tacito discere possumus. Capito & Numitor. Nerone secundo & L. Pisone Cons. scribente Tacito Cilices Cossutianum Capitonem Tigillini generum detulerunt maliciosum: fœdumque: & idem ius audaciæ in prouincia ratum: quod in urbe exercuerat: sed peruicaci accusatione conflictatus postremo defensionem omisit: ac lege repetundarum damnatus est: eodem iudicio damnatum fuisse Numitorem coniicere possumus. Quitilianus tradit accusatorem Cossutiani Capitonis egregie dixisse: græce quidem. Sed in hunc sensum erubescit Cæsarem timere. Piratæ cilicum. hoc est spoliatores prædonum. Pirata græce: latine prædo dicitur. Cilices autem prædatoriis nauibus mare quondam infestarunt: quos domuit Pompeius. Perdere naulum. precium quod nautæ uecturæ nomine soluitur: naulon græci uocant. & est metaphora ab his qui merces deuehunt: Nam & si de precio diminuunt: rationem tamen Nauli integram seruant. Spartana chlamys. latonica purpura: quam in Europa optimam fuisse Plinius scribit. Et Martialis hoc disticho extollit.

Dānatur Tigillinus

Pirata

Naulum

Lacōica purpura

Nos lacedemoniæ pastor donauit amicæ.
Deterior ledæ purpura matris erat.

Coa uestis

Coa. uestis tenuissima: que in co insula derasis uelleribus a paruis animantibus conficiebatur. Illud hic addam Varronem auctorē esse ab cea insula: quæ quondam Euboiæ euulsa fuit profectam fuisse delectationis gratia fœminis uestem. Parrhasii tabulis. Parrhasius pictor egregius ephesi natus multa constituit: & circa pelopōnesiaca tempora floruit primus: Vt ī naturali traditur historia Symmetriam picturæ dedit: primus argutias uultus: Elegātiam capilli uenustatem confessione artificum ī lineis extremis palmam adeptus: plurimas tabulas reliquit preciosas uade. Signis myronis. celeberrius hic statuarius et buccula maxime commendatus. Phidiacum uiuebat ebur. laus maxima phidiæ: cuius signa quodammodo uiuere uiderentur. Sic Virgilius.

Parrhasius

Phidias
In ebore

Credo etiam uiuos ducent de marmore uultus.
Ebur autē phidiacum dixit: quia ut scribit Quintilianus. Phidias tā diis q̄ hominibus effingendis melior artifex creditur. In ebore uero longe citra emulum: uel si nihil nisi Mineruam Athenis: aut olympium in elide Iouem fecisse: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni uidetur. Polycleti. Sicionius polycletus fuit: in quo eodem scriptore tradente diligentia supra cæteros fuit:

Polycletus

huic: quanq̃ pleriq; palmam tribuerunt: tamen ne nihil detraheretur deesse pondus putauerunt. Nam ut humanæ naturæ decorem addi derit supra uerum ita non expleuisse deorum auctoritatem uidetur.

Raræ sine mentore mensæ. Mentori testimonium perhibuit capi tolinus Iuppiter & diana Ephesia: quibus fuere consecrata artis eius uasa: de quibus Martialis.

Mentor

Accipe mentorea pocula facta manu.

Inde Dolobella. de quo dolobella intelligat dubium me facit Pe dianus: apud quem sæpe repeti lego: duos fuisse dolobellas eodem tempore & prænomine & nomine & cognomine: quorum alterum ex Sicilia reum accusauit Cæsar: nec damnauit: hũc & ego puto Corne lium dolobellam: quem consularem & triumphalem a Cæsare repe tundarum postulatum scribit Suetonius: quo absoluto Rhodum se cedere statuit. Fuit autem Dolobellæ legatus Verres. Alterum uero Dolobellam Scaurus & accusauit & damnauit. Hinc Antonius. nõ de Marco Antonio triumuiro intelligẽdum est. sed de alio Antonio cuius meminit Cicero ĩ actionibus in Verrem: hic enim est Antonius dissolutissimus curator largitatis oræ maritimæ: cretæ mortuus quẽ Salustius ait: perdundæ pecuniæ genitum: uel de Caio Antonio con tra quem & Catilina dixit Cicero. Hic cum multos in Achaia spoli asset a græcis eductus est in ius ad Lucullum prætorem qui ius inter peregrinos dicebat cumq; Lucullus id quod græci postulabant decre uisset appellauit tribunos Antonius hunc eũdem Antonium Gelius: & Lentulus censores senatu mouerent: causasque subscripserunt: q socios dirripuisset. & iudicium recusasset: hæc Pedianus. Sacrile gus Verres. per triennium Siciliam Verres tenuit: atque fuit in ea li bidinose auare crudeliterque uersatus: Succedente tandem in eadem prouincia Metello repetundarum reus a siculis postulatus est. Sa crilegus. nõ solum enim deos siculorum sustulit. Vnde est illud oxi moron Ciceronis. Siculos iam ne deos quidẽ in suis urbibus ad quos confugerent habere: quod eorum simulacra sanctissima Caius Ver res ex delubris sanctissimis sustulisset: sed Athenis Mineruam Deli Apollinem Iunonem Sami Dianam pergami: deosque tota Asia: & græcia uiolauit. Aedicula. proprie ubi deum simulacra locata ser uantur Plinius trigesimosexto de Venere gnidia. Aedicula eius to ta aperitur: ut cõspici possit undiq; effigies deæ. Vnctamq; coryn thum. propter isthmia: quæ iuxta corynthum iuuentus græciæ per uncta exercebat. unctam appellauit corinthum. Resinata. Pli nius arborum: ex quibus manat sucus: aliæ picem: aliæ Resinam mittunt: Sed Resinæ maximus iam honor erat ĩ euellendis e uiro℞

Dolobellæ duo

Oxymoron

Sacrilegia Verris

Aedicula

Resina erat in euellendis e uirorũm corporibus pilis. Ergo resinata uulsa & cuius crura depilia sunt. Messoribus illis. afros significat: quos si mul & gallos atque illyricos uitandos esse ait. Saturant urbem. ex Africa frumenta Romam uehebantur: de quibus Martialis.

Libya Tercentum libyci modios de messe coloni
Sume: suburbanus ne moriatur ager.

Lucanus item ex Sicilia Sardinia & Libya horrea Romana compleri scribit.

Marius Cum tenuis nuper Marius discinxerit afros. hic est ille ma rius priscus: de quo & supra dixit exul ab octaua marius bibit. Di scinxerit: proprie de afris Virgilius.

Discinctos mulciber afros.

Folium recitare sybillæ. in foliis sortes & oracula Sybilla dabat. Virgilius. Foliisq; notas & nomina mandat.

acersecomes Vendit acersecomes. capillatus interpretatur: & græca est compo sitio: Fit autem ab a priuatiua particula: & κειρω: quod est tondeo: cuius futurum secundum æoles est κειρσω: & coma: inde acerseco mes intonsus comam & capillatus: quod genus puerorum sæpe præ sides prouinciarum in deliciis habuere eorum nutu iudicia uenden tes: similiter uxorum arbitrio multa administrabant.

Conuentus Per conuen tus. conuentus hac in parte loca significat: ubi a magistratibus iudi cii gratia populi prouinciæ congregabantur. Erant enim in prouĩciis statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Ci cero pro ligario. Veniebat is in Africam prouinciam unam ex omni bus huic uictoriæ maxime infestam: in qua Rex erat potentissimus inimicus huic causæ aliena uoluntas conuentus firmi atque magni. Et Plinius de hispania citeriore nunc uniuersa prouincia diuiditur: in conuentus septem: & paulo infra: nunc per singulos cõuentus red dentur insignia. Quintilianus affirmat conuentus latine esse: quæ

Panegyris græce panegyris dicitur: inde panegyricus sermo: qui in conuentibus ageretur. Celeno: una harpyarum: quæ auaræ & rapaces fingũtur a poetis: sed hac in parte auariciam procuratoris significat. Picus qui primus Rex ab originum fuit: de quo Virgilius. Fauno picus pa ter: isq; parentem te saturne refert: Tu sanguinis ultimus auctor.

Titanes Omnem titanida pugnam. Titanes primi terram incoluerũt: atq; regnauerunt (auctore Lactantio). Ipsum promethea: qui secun dum fabulas hominem primum formauit. Tempora santonico uelas adoperta cucullo. hoc uelamen Bardocucullus aliter dicitur.

Bardocucul lus Martialis.
Gallia santonico uestit te bardocucullo.
Cercopithetorũ penula nũp erat. Sãtõico. a sãdõibus populis aqta

niæ a quibus dixit Tibullus. Et oceani littora santonici. Dama sippus. equorum domitor interpretatur: quo nomine: siue uero: siue ficto utitur etiam in Satyra Horatius. Multo sufflamine. suffla mē retinaculum quo decurrens rota inhibetur. Vnde & participium sufflaminandus formauit Augustus (auctore Seneca). Nam de Mario declamatore: qui solus omnium Romanorum in linguam latinā transtulerat græcam facultatem: tātaq; illi fuerat orationis uelocitas ut uitiū fieret: diuus Augustus optime dixit: Acherius noster sufflaminandus est: adeo non currere: sed decurrere uideatur. More numæ. pro constitutione Numæ: qui secundus a Romulo ferocem & bellicosum populum ad religiōes transtulit. Iurat solam hipponā. dea erat hippona: quam stabularii maxime colebāt: cuiusq; effigies ī stabulis locabatur. Apuleius in. ii metamorphoseos. Respicio pilæ medio: quæ stabuli trabes sustinebat: In ipso uero meditullio hipponæ deæ simulacrum residens ædiculæ: quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum: Instaurare popinas. popina locus ubi delicatiores cibi apparabantur: atque uēdebātur. Horatius in epistolis. Fornix tibi & uncta popina incuciunt urbis desiderium. Peruigiles. in quibus tota nocte peruigilaretur. Syrophenix udus amomo. Syrophenica aliquem hic ītelligit popinarum prefectū atque unguentis delibutum. Idumeæ incola portæ. qui subtilius diuidunt Syriam circa Euphratem Syriam phenicem uolunt: & esse oram maritimam Syriæ: cuius pars sit Idumea & Iudæa: deinde phenicem: deinde Syriam. Ergo secundum fines regionum syrophenix erit incola portæ idumeæ. Est sane idume Syriæ pars palestinæ cōtermina: olim palmis fertilis: de qua Virgilius.

Primus idumæas referam tibi Mantua palmas.

Et Lucanus. Et arbusto palmarum diues idume.

Venali lagena. uiuariam forsan lagenam accipere possumus: de qua Martialis.

Spoletina bibis uel marsis condita cellis.

Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ.

Maturus bello armeniæ. temporibus Neronis bellum ī Armenia gerebatur per Domicium corbulonem: Vt apud Plinium legimus & Cornelium. Amnibus Syriæ. Eufrate uel oronte. Rheno. ad sūmouendos germanos & bataurorum gentem compescendam. Sādapilarum. sandapila feretrum ad funerandos homines Suetonius de Domician[o] cæso. Cadauer eius populari Sādapila p Vespilones exportatū. Tusca ergastula. ꝑprie ergastula ubi ad metalla effodiēda tenebantur hoīes. Erantq; in Lucanis in agro gallico & Tusco frequētia. Fit autem ergastulum a uerbo græco ἐργάζομαι. Brutos

Sufflamen
Sufflaminādus
Hippona
Apuleius
Popina
Syrophenix
Idume
Sandapila
Ergastula

uolesosq; hi ueteres fuere Romani & nobiles. Cōsumptis opibus. Sensus absūpto patrimonio scenæ uacans uocem prætori uendidisti ad agendas uidelicet fabulas. Suppario q; datū. suppariū tenuissi mum erat uelum ad scenas uelandas. Tunc demum cum personas Mimi induerent & agerent. Cicero de prouinciis consularibus. Itaq; ut ille alter: ut ipse est homo doctus: & a suis græcis subtilius erudi tus: quibus cum iam ex orchiestra heluatur: antea post suppariū so lebat. Seneca de tranquilitate animi ad serenum. Tragicis minutisq; uehementior ingeniis quotiens inimicitias ineptas & uerba ad sūmā caueam spectantia reliquit inter multa alia coturno suppario q; for tiora. Apuleius ī metamorphosi: Oro te inq̄ auleum tragidum dimo ueto: & supparium scenicum complicato. & item auleo subducto: & complicitis suppariis scena disponitur: & quantum ego coniecturis assequi possum. uel potius ex ratione græca colligere: a supparo fit supparium diminutiua forma: quare facessant: q̄ aut premium can toris: aut proprium nomen sipharium uolunt esse corrupte uocem elegantissimam legentes. Phasma catulli. phasma nomen est fabu læ: sed cuius catulli fuerit non satis compertum est: phasma græce. latine apparitio dicitur. Laureolam. mimum hic intelligit laurea tum: de quo scribit Suetonius in uita caligulæ: hūc representauit Lē tulus in scena: qui uera cruce dignus erat: cū patricius scenicas fabu las ageret: huius Mimi meminit etiam Martialis sic dicens:

Nuda colidonio sic uiscera præbuit urso.
Non falsa pendens in cruce laureolus.

Quod autem hic esset laureatus ille Mimus: de quo diximus: Si con tulerimus Suetonii & Iosephi iudæi scriptoris uerba facile cognosce mus. Ait enim ille enumerans prodigia: quæ ab illo ipso die: quo cæ sus caligula fuit acciderant: & cum laureato Mimo: in quo auctor p̄ ripiens se ruina sanguinem uomit: ut plures secundarum certatim experimentum artis darent cruore scena abundauit. Iosephus cedem caligulæ describens hæc ait. In illo siquidem spectaculo duo ei augu ria prouenerunt. Mimus nāq; introductus est: quo actum ē ut iudex deprehensus crucifigeretur: & pantomimus fabulā saltauit Cynare in qua & ipsa occisa: & eius filia myrra uidebatur: atq; sanguis inimi ca arte diffusus: & circa iudicem crucifixum: & circa cynaram atque myrram. Ergo laureatus Mimus erit iudex deprehēsus & crucifixus.

Triscuria patriciorum. noua & festiua compositio qua nimia no tatur scurilitas patriciorum qui scenæ operam dabant. Videtur ení compositum a tris & scurra: quo numero magnitudo & perfectio re rum plerūq; demonstratur. Planipedes audit fabios. planipes co mœdiæ genus: quæ plano pede sine coturnis ageretur. Diomedes ta

Supparium
Apuleius
Phasma
Mimus laureatus
Iosephus
Triscuria
Planipes

men grammaticus planipedem latine: græce mimum significare tradit: dicitur autem planipes q actores plani spedibus: idest nudis pro scenium intrarent: non ut tragici actores cum cothurnis. Mamercor alapas. nobiles mamerci: qui & ipsi i agendis theatralibus mimis alapas & uerbera patiebantur. Nullo uendunt cogente Nerone. quia Nero multos coegit ad scenicas operas: ergo sensus erit magis ignoscendum est iis qui nullo cogente histrionicam exercent: q iis q Neronis iussu theatra ingrediuntur: quando iubente Nerone decus imperii quodammodo inquinetur. Fige tamen gladios. sensus hic: si ex una parte figantur gladii ad gladiaturam per pricios exercedam: ex altera pulpita ad mimos ethologos: & comœdias agendas: utrū e satius: sic exhorrere mortem digladiando: ut potius quisquam sit in scena Zelotypus thymeles: dū latini personam sustinet: & thymeles mimus agitur. Thymeles. hic sine dubio de mimo ethologo intelligimus: in quo iducebatur persona thymeles & corinthi adulteri: sæpeq; actus est temporibus Iuuenalis & Martialis. thymele apud græcos: & quidem ueteres: Vt phrynicus ad cornelianum scribit olim p sacrificando ponebatur: recentiores uero pro loco theatri ex quo tibicines & citharedi & alii quidam certarent: uerum ubi tragœdi atque comœdi fabulas agunt logion dicemus: Vbi uero tibicines & chorus orchestram non thymelem appellabimus: Suidas scribit fuisse aram in theatris thymelen. Et collega. stupidi corinthi: qui forsā riualis in amanda thymele latini fuerat. Citharedo principe natus nobilis. ergo Romāus nobilis sub Neronis imperio natus: quid ultra erit nisi ludus. Refert enim principem quem citharedicæ arti adeo deditum constat: ut quoniam ita diis placuit lamina plumbea pectori imposita sub ea cantica exclamans alendis uocibus demonstrauerit rationem. Et illic dedecus urbis habes. scenæ deditis tātum est dedecus urbis: Nam qui scenicam artem exercebant pro infamibus habebantur: & submouebantur tribu censoria nota in ceritum tabulas relati. Nec mirmillonis. hoc est gladiatorem non habes queadmodum sub Nerone quo iubente: ut i secunda satyra legitur Gracchus digladiatus est. Postquam uibrata pendentia retia dextra. compositi gladiatores per paria diuersa sorciebantur nomia. Nam alter dicebatur Retiarius q rete iaceret: alter uero secutor. Vnde e illud amphibologicum. Audiui secutorem percussisse retiarium. ignominiam grauiorem respexit ad censoriam notam. Libera si dentur suffragia. puto respexisse hac i parte Iuuenalem ad id quod Cornelius tradit hanc fuisse coniuratorum in Neronem sententiam: Vt cæso nerone atq; Pisone: qui auctor coniurationis summam rerum Senecæ deferrent. Nō debuit una parari simia. hoc supplicio paricidæ affici

Thymele

Phrynicus

Logion

Retiarius

Secutor

Culeus

solebant: Nam in culeum serpens & simia cum paricida includebant Culeo auté: Vt scribit Valerius maximus: Tarquinius Rex. M. Tullium insutum in mare abiici iussit: quod supplicii genus non multo post paricidis lege irrogatum est Par agamemnonide crimen. Orestis qui matrem interfecit: & est hypophora defendentis Neroné: cui respondetur. Diis auctoribus. hoc est iussu deorum Orestem matrem iterfecisse: quam causam matris necatæ solebat Orestes (auctore Quintiliano) afferre: q responsis deorum sit impulsus. Alii dicũt in primis oraculo apollinis coactum in cedem matris fuisse Orestem

Electræ iugulo se polluit. electra soror Orestis fuit. & Hermione uxor eius: quas Orestes non peremit. Nero auté a similibus cædibus non temperauit: qui britanicum fratrem ueneno tolli curauit: Vxoré Octauiam sub crimine adulteriorum occidit: Pompeiam ictu calcis interemit. Nullis aconita propinquis miscuit inscuit in scena nũq cantauit Orestes. quas res Neronem fecisse scribunt Tranquillus & Tacitus. Nam amitam largius purgatã Aulum plautium lateranũ propinquitate coniunctum. Priuignum suum Rufum Crispinum & Burrum toxico immisso sustulit. Prætera personatus Nero Tragœdias cantauit: heroum deorumq; & inter cætera canacem parturienté Orestem matricidam: œdipodem excecatum: & herculem insanum.

Troica non scripsit. Nero ut traditur ad componenda carmina p nus poema confecit. quod troica inscripsit: cuius mentionem sæpe facit Seruius. ait enim exponens illud. Et troiæ cynthius auctor.: Cynthium esse Regem troiæ: quem in troicis suis Nero commemorat: & item enarrans. Solus qui paridem solitus contendere cõtra. Hic paris secũdum troica Neronis fortissimus fuit. Eustathius titulos iliados explanãs tradit idé esse troica: q ilias fuisseq; tragicos nõnullos: q nõ iliada homeri opus appellarent: sed troica. Quid. n. uirginius. Rufus uirginius germanici ductor exercitus cũ galbæ assensurus nõ foret: neq; alii: nisi quem senatus delegisset ad iperiũ: Vnde cõgressus cum uindice qui partes galbæ fouebat cæsis gallis ad. xxx. milia ipsũ uindicé ad morté coegit. Recusato imperio q milites uotis & studiis illi offerebant. Vnde inscriptũ eius tumulo hoc distichon fuit: quod notat iunior plinius.

Hic situs est rufus pulso qui uindice quondam.
Imperium asseruit non sibi sed patriæ.

Cum uindice. iulio uindice duce: qui prætor puinciã galliã optinebat galli a Nerone desciuerunt. Galba uero auctore hispaniæ defecerunt. Peregrina ad pulpita. Nero ut idé Tranquillus scribit ĩ multis græciæ ciuitatibus musicum proposuit agonũ: ubi sub iudicibus certauit: uocéq; suã in cãticis fabularũ decantãdis uendidit. Ad iouis

Vxores occidit Nero

Agit fabulas Nero

Troica
Ilias
Eustathius

Virginius

Cãtat Nero

autem Cassii arã cantare auspicatus est. Graiæq; apium meruisse coronæ. Nero certamina oïa in græcia obiuit:& ex eis coronas repor tauit. Sed quattuor erant celebratissima certamía Olympica ĩ hono rem olympii Iouis:donabanturq; uictores corona oleagina. Pythia a pollini sacra erant:quorum uictor poma referebat. Isthmia uero pa lemoni dicata:& qui uicisset coronam ex Apio reportabat. At nemea in memoriam Archemori fiebant. Victores uero pinu coronati abi bant:quam rem subiectum epigramma declarat: quod ut potuimus latinum fecimus:

Quattuor exercet certamina græcia sacra:
Mortali duo sunt:& duo sacra deo.
Sunt iouis & phœbi atq; palemonis archemoriq;:
Pinum oleam atq; apium malaq; uictor habet.

Maiorum effigies habeant insignia uocis, non oïa dicũtut ĩsignia sed auctore Quintiliano:illa dũtaxat:quæ in ãplo scenæ ornatu:aut fori ponebantur:nõ quia sola ornarent:sed q excellerent. Neroni ue ro omnes ciuitates:apud quas musici agones ædi solebant:citharedo rum coronas miserunt:quas & ipse grate recepit. In cantando uero & præcepta enixissime obseruabat:& iudices reuerentissime alloqueba tur:dicebatq; omnia se facienda fecisse:sed euentũ esse ĩ manu fortu næ:illos ut sapiẽtes & doctos uiros fortuitu deber̃ excludere sacrasq; coronas circum lectos posuit. Item statuas suas citharedico habitu: qua nota etiam nũmũ percussit. Ante pedes domiti, siue lucii do mitii:cui ut Suetonius tradit rure quõdam reuertẽti iuuenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur:nũciaret senatui: ac populo uictoriam:de qua incertũ adhuc erat: atq; in fidẽ maiesta tis adeo permulsisse malas:ut e nigro rutilum æriq; assimilẽ capillũ redderent:quod insignẽ mansit:& in posteris eius ac magna pars ruti la barba fuerunt. Aut de Caio domitio neronis attauo: qui tribunus & consul fuit:& in quem dixit licinius crassus orator non esse miran dum q æneã barbã haberet:cui os ferreum cor plumbeum esset: aut de duobus domitiis:altero auo:altero Neronis p̃re qui clarissimi fu erunt. Syrma, uestis qua tragœdi utebantur dicta a uerbo græco συρω quod est traho:trahebatur enim Martialis.

Transtulit ad satyros se nostra thalia cothurnos.
Aptasti longum tu quoq; syrma tibi.

Nero enim has tragœdias personatus cantauit. Thyestẽ Antigonem & Menalippen q̃tum ex Iuuenale cognoscimus. Suetõius tamẽ alias scribit fabulas p eum actas. Antigões, duæ legunt̃ ãtigonæ:altera laumedõtis filia ĩ ciconiã a Iunone cõuersa: Altera œdipi: quæ cæci p̃ris dux fuerat de hac frequẽs cõposita fuit tragœdia. Menalippes

Quattuor certamina
Olympia
Pithia
Isthmia
Nemea
ĩsignia quæ?
Coronæ missæ neroni
Domitius œnobarbus
Syrma
Antigonæ duæ
Menalippe

Menalippe una fuit amazonum regina: altera uero Menalippa (ut e narrauimus in ānotamentis in Varronem) in uinculis coniecta cum boeto eius filio quem pepererat: ī metapontum delata fuit ubi sacrā ædem habuit. Dionysius autem Alicarnaseus Euripidem scribit co moediam fecisse της σοφης μεναλιππης idest de sapiente Me nalippe: in qua comoedia quidā menalippe filios in pr̄is stabulis ex posuit: quam rem pater prodigium esse existimans deliberauit īfan tes adurer: sed Menalippe dum uellet filios seruare philosopho℞ ra tionibus non esse monstrum ostendit: hanc eam: de qua Varro loqui tur putamus: & cuius personā Nero sustinuit. Colosso. in uestibu lo eius domus: quā Nero primo trāsitoriā: mox incēdio absūptā resti tutamq; auream nominauit. Colossus stetit. cxx. pedum: hūc Plinius . xxx. naturalis historiæ scribit æreū fuisse soli dicatum: atq; a Zeno doro factū: quē ab auernis ciuitate gallorū romam Nero acciuerat. Idē auctor tradit. Statuarū moles turribus pares colossos uocitasse. Sed miror poetam dicere marmoreum colossum: quē alii æreum fu isse scribunt. Fuit autem in insula rhodo colossus sūma magnitudīe Charetis opus: soli dicatus a quo rhodii appellati colossenses. Ca tilina atq; cethegi. horū coniuratio notior est q̄ aliter declarari cōue niat. Braccatorū pueri. narbonensis prouincia: galliarū pars: quæ interno mari alluitur: braccata antea dicta est. Senones autem popu li lugdunensis gallicæ hi duce breno romano exercitu apud aliā flu uium cæso romā cæperunt. Ergo catilina & cethegus uelut gallorū nepotes in perniciem patriæ coniurarunt. Tunica punire molesta. sunt qui per tunicam molestā culeū intelligunt: nos uero eā intelligi mus tunicam: de qua hæc scribit Seneca ad Luciliū: Cogita hoc loco carceres & cruces & culeos & uncum & actum per mediū hominē sti pitem: qui per os emergere possit & distractā in diuersum actis cruri bus mēbra: illā tunicā alimentis igniū & illitā & intextā. Et quicquid aliud præter hæc cōmēta sæuicia est. Igitur tunica erit molesta. qua obuoluti cōburebātur uiui: quē cruciatū: per locū libro suo Martia lis opprobrat: cum ait

Nec scombris tunicas dabis molestas.

Et alio loco grauissimū tormenti genus docet esse: dum dicit.

Maioris esse animi & constantiæ tunicam molestā pati q̄ manum in flāmas iniicere. Sic enim legimus: nā cū dicatur tunica præsente mo lesta ure manum plus est dicere non facio. Nouus arpinas. cicero nem ītelligit ex municipio arpinati editū hunc ascripticiū urbi equi tem post Catilinæ coniurationē extinctā. Quintus catullus princeps senatorii ordinis & auctor publici consilii frequentissimo senatu pa rentē patriæ nominauit. Leucade. leucas insula est uicina actio p

Dionysius Alicarn.

Colossus

Colossenses

Braccata gal lia

Molesta tu nica

Ci. pater pa triæ

Leucas

montorio Epiri:iuxta quam Octauius Cæsar Antonium & Cleopatram bello nauali deuicit. Thesaliæ campis.philippos intellige ĩ quibus bis bello ciuili romani exercitus conflixere: post enim bella ciuilia confecta Cæsar Augustus pater patriæ dictus est:quæ appellatio honestior Ciceroni in libera urbe contigit. Arpinas alius.marius hic fuit arpini natus loco humili romæ ignobilis.& sæpe in toga candida fastiditus:hic teutonas cimbros in Italia irruentes deleuit:& trepidantem urbem confirmauit. Volscorum. uolsci populi: quorum oppidũ fuit arpinum & aquinum. Nodosam post hæc frãgebat uertice uitem. Gregarius miles a tribuno militum sæpe castigatus fuit uerbere uitis marius. Nam ut plinius ait inserta uitis castris summam rerum imperiumq; continet.Centurionum in manu uitis: & optimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas:atq; etiã in delictis poenæ ipsam honorant.Lucanus de sceua centurione.
Promotus latiam longo gerit ordine uitem.
Macrobius de traiano Cæsare.Vitem centurialẽ deus ex muneribus in ædem dedicatis deferri iussit. Nobilis ornatus lauro collega secunda.i.secundo triumpho Marius cũ Teutonas & ambronas: apud aquas sestias duobus præliis fudisset:absens quĩtum consul creatus fuit:triumphumq; oblatum:donec cimbros uicit distulit. Nã cimbri ab alpibus.Q.Catulum fugauerant:sed iunctis catuli & Cai marii exercitibus prælio uicti fuere cimbri.Marius totius ciuitatis cõsẽsu receptus pro duobus triumphis q offerebant uno cõtentus fuit: atq; ut Cicero scribit cimbricæ uictoriæ gloriam cum collega Catulo cõmunicauit:ergo nobilis collega erit Luctatius catulus:qui triumphũ cimbricum a Mario cui duo offerebantur concessum accepit. Plebeæ deciorum animæ.decii duo fuerunt:quorum pater in bello latino uoluntariam mortem oppetiit:ut uictorem romanum exercitum faceret.At in bello gallico & tusco exercitu in aciem ducto & cornu ĩclinante exẽplum patris imitatus Decius aduocato Marco Liuio põtifice hastæ insistens:& solẽnia uerba respondens se & hostes diis manibus deuouit:impetuq; in hostes facto uictoriã suis reliquit. Legionibus. de romanis intelligendum:inde legionarii milites appellati: Auxiliis. de sociis & confederatis:unde auxiliares copiæ. Pube latina.ad hostes referendum est cum quibus bellum gerebatur:in quo prior Decius consul se deuouit:hæc ut tradit Liuius dicẽs: Sicuti uerbis nuncupaui. Ita pro repu.quiritium exercitu legiõibus auxiliis populi romani quiritiũ legiões:auxiliaq; hostium mecũ diis manibus deuoueo. Sufficiunt diis infernis terræq; parenti. Respexit poeta ad alterius Decii factum:qui patrẽ.P.decium cõpellãs: simul ut aciem gallicam uidit. Quid ultra moror?inquit.familiare fatum

Marius

Vitis cẽturialis

Triumphus Marii &.Q. Catuli

Deciorum mors

Legiones & auxilia

datum hoc nostro generi est. Vt luendis periculis publicis piacula si mus. Iam ego mecum legiones hostium mactādas telluri ac diis ma nibus dabo: quo amisso statim instaurata pugna fuit: cæpitq; ponti fex uociferari uicisse romanos defunctos consulis fato: gallos samni tesq; telluris matris: ac deorum manium esse: hæc Liuius. Ancilla natus. Seruius Tullius hic fuit: qui cæso prisco Tarquinio Sextus a Romulo regnū Romanū obtinuit. De huius uiri ortu hæc scribit pli nius. Taranio prisco regnante tradunt repente in foco cōparuisse ge nitalem cinerem masculini sexus: eamq; quæ insiderat. Ibi Tanaqlis reginæ ancillam Cretiam captiuā consurrexisse grauidam: ita seruiū Tullium natū: qui regno successit: inde in regia cubanti: & caput pue ro arsisse uisum: creditumque laris familiaris filium ob id compita lia ludos laribus primum instituisse. Trabea. Vt Seruius Sue tonium sequens tradit. Trabea uestis erat regia: imperatoria & deorum. Prodita laxabunt. pulsis regibus patricii iuuenes eius recordati licentiæ quam sub regibus habuerant: in libertatem patriæ conspirauerunt: ut scilicet reges inducerent: quod ubi cognitum fuit de coniuratis supplicia sumpta fuerunt: cæsiq; duo bruti tunc consu lis filii. Miraretur cum coclite Mutius. Horatius cocles irruētibus etruscis: dum Tarquinium in regnum restituere conabantur solus ī ponte sublitio omnē impetū hostium sustinuit: quousq; a tergo pōs īterrumperetur. Mutius uero obsidente porsena urbē: cū regiū scribā deceptus pro rege īterfecisset manū passus est flāmis aduri. Impii fines tiberinū uirgo natauit. cloelia uirgo cum inter obsides a porse na accepta fuiss&: deceptis custodibus tiberim traiecit: sed a porsena per legatos repetita & redita est: huius ille uirtutem admirans cū qui bus optasset romam redere pmisit. Illa uirgines pueros quidē elegit quorum ætatem haud iniuriæ obnoxiā sciebat huic statua equestris in foro posita est. Imperii fines. ut Seruius refert. Tiberis q & thu scus amnis dictus est fuit romani īperii finis. Crimina seruus. uin dicius hic fuit coniurationis index: quem primum uindicta liberatū tradunt historici: unde & uindicta qua serui contacti liberi fierent.

Legum prima securis. respexit ut puto ad brutum: qui consulis ī periū primus sæuasq; secures accepit: & erit sensus securi primū usus est consul in proprios filios. Legum. libertatis: sic Liuius: Leges rē surdam & inexorabilem salubriorem melioreq; esse inopi q̄ potenti.

Malo pater tibi sit Tersites. in exercitu græcorum aduersus troiā nemo unus fuit tersite deformior aut turpior: quod ex hoc Homeri co patet αισχιστοσ δε ανηρ υποηλθειλιον. Vulcaniaq; arma capessas. Vulcanus orante thetide achilli arma fabricauit. Ab īfa mi gentem deducis asyllo. Romulus cōuenis asyllū aperuit: ī quod

Ortus Tullius ex flāma

Conspirant patricii

Horatius cocles & Mutius

Audax uirgo

Tersites

fugientes tuti essent:nec extrahi possent. Dictum est autem asyllum ab a priuatiua particula & rapio uel moueo.

Enarratio nonæ Satyræ.

S Cire uelim quare totiens mihi neuole tristis. Molles diuites & perinde auaros insectatur: qui mentulatum clientem: & assiduo ac longo labore agēdi in se iam defectum & impotentem spernant. Quæritq; a Neuolo qui cinedos sectabatur unde tristis sit. Respōdetq; ex auaricia cinedorum se tristē esse. Sunt autem in hac Satyra uerba multa poetæ interrogātis: & neuoli respondentis: immo detestantis consuetudinem huiusmodi hominū

Rodopes uda terit inguina barba. cunnilingum rauolam innuit. Erant autem qui mulierum cunnos lingerēt: quo ministerio pecuniā grandem parabant. Vnde Seneca in epistolis Natalem cunnilingum cōmemorat ex impuritate oris & linguæ grandem pecuniam quæsiuisse: quod genus uitii plerisq; Martialis in epigrammatis opprobrat Terere inguina hac ī parte cunnum lingere est. Rodopes mulieris nomen: de qua dictione plura diximus in enarratione epistolæ Saphus ad phaonē. Nos colophum incutimus lambenti crustula seruo. an cæsus fortasse fuisti: quemadmodum ab heris serui frequenter cedi solent: & tunc præcipue cum lamberint crustulum. Tradūt grammatici crustulum hoc a crusta differre: quod fœminini generis sit eorū: quæ non comeduntur. ut marmoris: inde incrusto uerbum. Hinc legimus īcrustare parietes marmore. Crustum uero neutri generis de his quæ comedimus. Virgilius. Patulis nec parcerē quadris fatalis crusti Vnde per diminutionem crustulum. Horatius. Vt crustula blandi Doctores elementa uelint ut discere prima. Quod genus esse dulciarii exponit Porphyrio. Agebas uernam equitem. hoc est reprefentabas uernilem iocum: & ꝓ equite uerna habebaris. Martialis eqtes uernas appellat ex ācillis domesticis natos. Sic enim notat Martialis Quirinalem futuit ancillas domumque & agros īplet equitibus uernis. Hos licentiores & dicatiores fuisse Persius docet sic dicens. Cum bene discincto cantauerit ozima uerne.

Ioco mordente facetus. iocum ut ipsis Quirtiliani: Contrariū setio dicimus: & erit mordente ioco: asperiore & grauius incessente. Facetus autem: ut idem auctor ait: non solum in ridiculis accipitur: sed

Natalis cunnilingus

Crustum

Crusta

Incrusto

Verna eques

Iocus

Facetus

qui cuiusdam excultæ est elegantiæ facetus dicitur. Et salobus. ci
Sales
cerone & Quītiliano auctoribus. Sales sunt ipsa ridicula: quæ neces
sario salsa esse oportet. Nam salsum id erit quod non erit insulsum:
uelut quoddam simplex orationis condimentum: quod sentitur laté
te iudicio: & ueluti palatum excitat. Intra pomeria natis. sales eos
intelligit: qui tradente eodem scriptore in uerbis & sono & usu ꝓpriū
quendam gestum urbis: & sumptam ex conuersatione doctorum ta
Pomerium
citam eruditionem præ se ferant. Pomerium dicitur quasi post mœ
nium: & est ut scribit Liuius spacium: quod neq; habitari: neq; arari
fas erat: non magis ꝙ post murum ess&: q̄ quod post id pomerium ro
mani appellarunt. Silua come. capillos hispidos & incultos meta
phoricos expressit. Calidi uisci. legimus apud Plinium: uiscū cum
resina pannos in cute natos omnis generis mitigare. Fanum isidis
ī quod diximus frequentes fœminas conuenire. Ganymedem pa
cis. aut quod ī templo pacis statua ess& Ganymedis: aut quia uenus
in templo pacis: ubi & Ganymedes erat colebatur: Martialis ī septīo

Sic tibi lasciui non desitcopia furti
Siue cupis pace: seu ganymede coli.

Palatia matris. cybeles quā secundo bello punico Romani Sybillī
his uersibus moniti ex Asia romam accersiuerunt. Hūc item locum
Tunicæ cras
siores
frequentabat fœmīa secreto. Pingues lacernas. crassiores. Sic Mar
tialis de tunicis patauinis.

Vellera cum sumant patauinæ multa trilices.
Et pingues tunicas serra secare sol&.

Testoris pectine. in gallia crassiores panni conficiebantur: quam rē
Martialis designat: cum ait.

Hanc tibi sequanice pinguem textricis alūnam.

ηθους γαρ γλυκεος αναρα κιναιλον. idest dulcis moris est uirum
cinedum esse. Vsus autem est sermone græco uelut lasciuiore. et enī
uerbis græcis intemperantem libidinem & impudicos affectus plerū
que exprimebant. Asseclæ. ab assequendo deductum nomen est.
En cui tu uiridem umbellam. Verba sunt acrius increpantis eum
qui in cinedum agit: dicitque hunc esse cui natalicia & calēdaria mu
nera mittat: quibus diebus amicis munera talia mittebantur. Et cum
felle hæc dicta sunt. Viridem umbellam. in theatris ad arcendum
solem umbella utebantur. Martialis.

Accipe quæ nimios uincant umbracula soles.
Sic lic& & uentus te tua tela tegent.

Succina. electra desudantia ab arboribus: quas sudines appellari
scribit Plinius. Martialis.

Cum phætontea formica uagatur in umbra:
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Fœmineis calendis, idest martiis: quas fœminæ in primis colebāt eisq; munera mittebantur in honorem belli cum Sabinis compositi. Horatius. Martiis celebs quid agam calendis. Dic passer, libidini indulgentem passerem appellat a salacitate scilic& auis. Virgilius in Priapeis Vermis passeribus salaciores. Tot miluos, frequens de iis dictum qui ampla latifundia possiderent. Persius.
Diues arat curibus quantum non miluus oberrat.

Trifolinus ager. In Campania hunc agrū scribit Plinius iuxta Capuam caulinis in suo agro trebulanis: alioquin semper inter plebeia: & trifolinis gloriata fert enim uinum: de quo hæc Martialis.

Ager trifolinus

Non sum de primo fateor trifolina lyeo.
Inter uina tamen septima uitis ero.

Suspectūq; iugū cumis & gaurus īanis. gaurus massici uini ferax certauere massica: ut ait Plinius ex monte gaurano puteolos baiasq; spectātia. Cymbala pulsantis, legatus galli subaudi amantis. Galli enim cymbala pulsabant: uel amatoris dixit ad amicam legatū. Solebant sanæ amicæ ianuā crepitu cymbalorum & sonitu fistulæ sæpe salutare. Virgilius.
Cymbala cum crotolis pruriginis arma priape.

Appellat. ut soluant debitum Sic Quinti appellabatur a creditoribus. Et Columella de Alphio. Bona nomina non appellando pessima fieri. Polyphemi lata facies. unoculus hic fuit: Neptuni & thoossæ filius: quem uino maroneo ebrium Vlysses obcecauit. Clausus autem in antro mira solertia euasit (Vt Homerus scribit. Dissimiles. fingas non me cognoscere, nec quantum mihi debeas intelligere pro nauata opera qua te uirum probaui. Libris actorum. ī quibus publica & priuata negocia scribebantur. Iura parentis. qui ut pater heres scriberis. Dulce caducum. caducum dicitur: non quod a primis heredibus ad secundos cadat: sed quod possessorem non habet: & uelut uacuum & cadēs excipiatur id quod colligere lic& ex his Ciceronis uerbis in libris de oratore: in quam homines quasi caducā atq; uacuam abundantes ocio nobis occupatis inuolauerūt. Dulce. quia expectatum possidetur. Si tres impleuero. ius hic tangit triū natorum. Legimus enim in iure eos qui tres haberēt filios: quiq; in Italia: septem in prouīciis īmunes fuisse ab onere publico: q̄q̄ īmunitatē pleriq; a cæsaribus sine uxore ac liberis impetrauerūt. Martialis ad Domitianum. Quod fortuna uetat fieri permitte uideri.
Natorum genitor dicar ut esse trium. Statimque hæc ad uxorem

Appellare

Caducum

Ius trium na torum

uxorẽ ait. Natorum mihi ius trium rogãti musarum precium dedit mearum: solus qui poterat: ualebis uxor non deb& domini perire munus. Innuit enim non opus esse uxore ei: qui ius trium natorum implorauerit. Vnde festiuus est iocus ille Lactantii quærentis. Cur salacissimus Iupiter generare desiit. An illi lex papia indulsit: & ius trium liberorum impetrauit. Appianus tamen refert in diuisione cã pani agri: iussisse Iulium cæsarem agros: qui circa Capuam: cæteris cultiores & uberiores habebantur patribus diuidendos esse: quibus trium liberorum ius adesset: quo facto cõcurrerunt ad uiginti homi num milia: qui trium liberorum alimenta deposcerent. Fœminæ itẽ

Cõmoda fecundæ fœminæ

fœcũdiores certo numero sobolis honorari a patrefamilias solebãt. Nam cui tres erant filii: Vt Columella tradit ociũ & uacatio: cui plu res: libertas quoq; contingebat: & his dũtaxat: quæ seruæ dominorũ rura colerent. Candelam apponere ualuis, domum incendere ad mota candela ianuæ. Annona ueneni. monet semper pater uenenũ ad mortem parandam: nec esse difficile ĩuentu: quãdo iam sit ãnona ueneni: & uidetur esse dictum in utrãq; partem. Vt curia martis Athenis. Ariopagus qui cliuus martis interpretatur: ubi primũ de ho minis capite iudicatum est (Auctore plinio) Polux autem scribit in Ariopago iudicia cædis: uulnerum & ueneficiorum per populũ exer ceri solita. Occulta teges Ad cantum galli facit ille secundum. ut

Galli

in naturali legitur historia galli nocturni uigiles: quos excitandis in opera mortalibus: rumpendoq; somno natura genuit: Norũt sydera & ternas distingnnt horas: interdiu cantu: cum sole eũt cubitũ. Quar taq; castrensi uigilia ad curas laboresq; reuocant: nec solis ortum in cautis patiuntur obrepere: diemq; uenientem nuntiant cantu: ergo se cundum posuit cantum: aut eum quo homines quarta uigilia ad la

Plinius

Cẽsorinus

bores excitantur: aut quo solis ortum gallus indicat. Sed cur Plinius quartam dixerit uigiliam quid ea sit: Censorinum sequentes aperie mus: qui ait in. xii. tabulis nusquã nominatas horas ĩueniri ut postea in aliis lectum est: sed ante meridiem eo uidelicet: ꝙ partes diei bifa riam tum diuisas meridies discernebat. Alii diem quadripartito: sed & noctem similiter diuidebant. Idq; similitudo testatur militaris ubi

Librarius

dicitur uigilia prima: secunda: tertia: & quarta. Librarius. inter mã cipia librarios habebant Romani partiendis pensis præfectos. quo

Vulpianus

rum conditio paulo honestior erat: Vt Vulpianus his uerbis signat: mãcipioꝝ quoq; usufructu legato nõ deb& abuti: sed secundũ cõdi tionẽ eorũ. Nã si librariũ rus mittat: & qualum & calcẽ portare cogat uel histrionẽ balneatorẽ faciat: uel de symphoniaco atriẽsem: uel de palestra stercorãdis latinis præponat: abuti uidebitur proprietatis.

Archimagirus. princeps & magister coquorum. Nam ut apud Plautum in aulularia legimus: coqui conducebantur de Macello: secumque habebant ministros quibus imperarent: Magiros græce: latine coquus: Vnde facta est dictio archimagirus. Baltea ulciscũtur. aut rumoribus ulciscuntur uim & petulantiam herilem. Nam balteum pro petulanti quadam ostentatione positum est. Persius. Sed balteus ambit. aut baltea uulnera accepta ab iis quæ depẽdebãt a balteo. Nam Seneca scribit: gladios: cultros: & pugiones balteis solere appendi. Pro populo faciens. sacrificans pro populo: quod sacrificium bonæ deæ erat: ut aperte docet Seneca in epistolis ad Lucilium hæc scribens. Credat aliquis pecuniam esse uersatam ĩ eo iudicio: in quo reus erat Clodius ob id adulterium: quod cum Cæsaris uxore in aperto cõmiserat uiolatis religiõibus eius sacrificii: quod pro populo fieri dicitur. sic summotis extra conspectum omnibus uiris: ut picturæ quoque masculorum animalium contegant. Qui digito scalpunt imo cap. quam rem molles plerũque faciunt: & in Pompeio notatum hoc. Scribit plutarchus in eo libro qui inscribitur πωσ αντισ υπεχθρων οφελοιτο: hoc est quomodo aliquis iuuetur ab inimico. Scribit enim calidem argiuorum regem: quadam positione comæ & molliore incessu: ut mollem uituperatum & pompeium cum longe abesset a mollicie & crimine: tamẽ infamiã subiisse quod uno digito caput scalperet. Nostri paruique lares. Diomedes grũdiles lares dicit. quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ: quæ. xxx. pepererat: quod ita esse confirmat testimonio Cassii in secundo historiarum: pastorum uulgus sine contentione consentiendo præfecerunt æqualiter Remum & Romulum: ita de regno ut pares inter se essent. Monstrum sus parit porcos. xxx. cuius rei fanũ fecerũt grundiles. Dicti sunt autem grundiles a uoce porcorum: hoc est a grũtu: hos lares farre ac thure placare Neuolus dictitat: aut forsan lares familiares: de quibus & paruis: sic Persius.

Bullaq; succinctis laribus donata pependit.

Fabricius censor notet. in noctibus atticis legimus. C. Fabricium Luscinium: & Quintum æmilium Papum censores. P. Cornelium: Ruffinum qui bis consul ac dictator fuerat senatu mouisse: causãq; isti notæ suscripsisse: quod eum compississent cœnæ gratia decem põdo argenti habere. Optat itaque id ponderis quod censores notent.

De grege mesorũ. ex Mesia strui habebãtur: duplicẽ esse mesiam alterã ĩ asia: alterã in Europa alibi docuimus. Affigit ceras illa de naue petitas. Vlysses acyrce præmonitus: quo pacto illesus littus cãpanũ præterlaberet: Remigũ & sociorũ aures cera: & pice obturauit ne scilicet uocem & cantus syrenum audirent: se autem iussit ad

Archimagirus

Balteus

Sacrificiũ p populo

Scalpere cap.
Plutarchus

Lares grũdules:

Fabricius Censor

Mesia

malum deligari: tum remigibus innuens syrenum blādas uoces sine noxia audiuit atq; reliquit.

Enarratio Decimæ Satyræ.

O Mnibus in terris quæ sūt a gadibus usq;. Quartus hic Satyrarum liber: in cuius prima satyra: tum rationibus: tum exempsli: stulta uota arguit: & īprudentiam hominum: in optandis rebus demonstrat q; potissimum hīc nascitur: quia pauci: īmo plane nulli: quæ uera sint bona: & rursum quæ uera mala dignoscer possunt. Gadibus. gades īsula extra fretum herculeū Gāgem. ganges indiæ fluuius: quem alii incertis fontibus ut nilū rigantemq; uicīna eodē modo: alii in scythicis montibus nasci dixer: fluereq; in eum. xxx. amnes. Dextro pede concipis. legēdum est cōcipis: non concupis ut sit uerbum uotis idoneum. Nam concipi uota legimus: & concepta animo uota dicuntur. Viribus ille cōfisus periit. milonem crotoniatē intelligimus: cuius sane miserandus fuit exitus. Nam dum grandis natu uires experiri tentaret: conatus rescīdere hiantem quercum manibus: redeunte in naturam arbore retētis a feris laceratus est: Balena britanica. balenam latini dicunt: græci phalenam: in oceano britanico maximæ omnium balenæ uisuntur. Delphinis. ablatiuus a nominatiuo delphinus: qui nascitur a genitiuo græco delphinos. Iussuq; neronis. nero (ut scribitur) cum sine delectu & modo quoscunq; libuisset interimeret. Cassium Lōginum iurisconsultum: ac luminibus orbatum iussit interfici: q; in uetere gētili stemate Cassii percussoris cæsaris imagines retinuisset. Et magnos Senecæ prædiuitis hortos. Seneca (ut Cornelius tradit) cum ingentes & supra priuatum modum euectas opes augeret: atq; studia ciuium ī se uerteret: hortorum quoq; amœnitate & uillarum magnificentia prin cipem prægrederetur: uariis criminibus apud Neronē conflictatus ē: quæ cum tradere Neroni uellet aspernatus omnia tyrannus mortē ei iussit indici: Seneca uero denunciata ultima necessitate interitus: crurum & poplitum uenas secandas prebuit: tum hausto ueneno: & in balneum illatus mortuus est. Lateranorum. obsidet ædes. plautium quoque lateranum iussit Nero interfici: unde dixit: Lateranorum quæ obsidet ædes. Rarus uenit in cœnacula miles. ad necem subaudi per uim inferendam. Qualis illata fuit Cassio: Laterano: & Senecæ. Cœnacula (Vt Festus tradit) dicuntur: ad quæ scalis ascenditur. Hæc tenuiores incolebant: Cœnationem uero potentiorum: ac ditiorum accipere possumus. Vnde de

Ganges

Concipio

Milo

Senecæ mors

Cœnacula

Cœnatio

domo diuitis legitur & algētem capiat coenatio solem. Pocula gē mata. de quibus: ut supra diximus, Martialis.
Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum.
Ah quotiens digitos exuit iste calix.
Setiuū uinum a setia deductum. Martialis.
Pendula pontinos quæ spectat setia campos:
Exigua uetulos misit ab urbe cados.

Alter ridebat. heracleti & democriti sententiā laudat qui diuerso affectu hominū stulticiā irriderent de quibus philosophis hæc Seneca. Heracletus quotiēs prodierat: & tantū circa se male uiuentiū īmo male pereūtium: flebat miserebat omniū: qui sibi læti felicesq; occurrebant miti animo: sed minus imbecillo: & ipse īter deploratores erat Democritū contra aiunt nunq̄ sine risu in publico prodiisse: adeo nihil uidebatur seriū eorum: quæ serio agebantur: De lachrymis autē & de risu utriusq; græce epigrāmata legimus a diuersis scriptoribus edita. Prætexta. hoc loco prætexta triūphantiū est Liuius in. x. ab urbe cōdita. Triumphantes toga prætexta: tunica palmata: & toga picta & corona triūphali laureaq; honoratos: simulq; iouis optimi maximi ornatu decoratos: curru aurato per urbem uectos ī capitolium ascendere solitos scribit. Prætorē curribus altis extātē. prætor hac in parte nō pro eo accipitur qui iura diceret. Sed ut Pedianus auctor est. Veteres omnē magistratum: cui pareret exercitus prætorē appellauerunt. Vnde & prætorium tabernaculū eius: & in castris porta prætoria & hodie præfectus prætorii: prætorem igitur cōsulem cui parebat exercitus & triumphantē accipe. In tunica iouis: in trabea quæ & iouis & triumphantis erat. Pictæ sarana ferentē. pictas uestes describit plinius apud homerum fuisse: unde & triumphales natæ: hæc eadem uestis dicebatur: auctore Seruio palmata toga: quā ii uideli cet merebantur qui reportassent de hostibus palmā. Apuleius ī apologia magiæ: deniq; triumphantibus quadrigas albas & togā palmatam. Et sibi consul ne placeat. sic enim triumphabant ī eodē curru seruum habebant coronā sustinentem. Plinius cum corona hetrusca & auro sustineretur a tergo: anulus tamē in digito ferreus erat: æqua fortuna triumphantis & serui coronā sustinētis: sic triūphauit de iugurtha. C. Marius. Sceptro quæ surgit eburno. Liuius in decimo secundi punici belli scribit triumphantes ornari solitos aurea corona Scipione eburneo toga picta & palmata tunica. Niueos ad frena quirites. paulo æmilio ad hiberos cum prætura eunti duodecim. Concessi sunt lictores: equo uectus est albo trabeamque indutus albam: ministros omnes albis indutos duxit. Ad hunc ergo ornatum respiciens poeta dixit: Niueos ad frena quirites.

Heracleti lachrymæ

Democriti risus

Ornatus triūphantis

Prætor
Prætorium

Palmata toga

corōa triumphantis

Paulus æmilius

Veruccum in pria crassoq; sub aere nasci, scribunt physici p qua litate locorum: & aeris temperie uaria peruenire igenia. Vnde cicero i libro de fato socordes & ignauos fuisse thebanos scripsit: aeris uide licet crassitudine: quo nomine hoc dicto taxati fuere thebani υσ βοι ωτια hoc est ius boetica: & Horatius:
Bœtum in crasso iurares aere natum.
Contra athenienses catos atq; solertes cæli benignitas produxit. Erit auté sensus democritus physicus progenitus ex abdera urbe thraciæ quam diomedis soror condidit: & a se ipsa sic uocauit: docuit uel in crassissimo aere solertissimos uiros gigni posse. Mediumq; osten deret unguem. a parte medium digitum significauit quem alii ipu dicum. Martialis Ostendit digitum: sed impudicum alcōti Dasio Si machoq;. Et alibi.

ipudicus digitus

Rideto & medium porrigito digitum.
Quidam infamé. Persius.
Infami digito lustralibus ante saliuis Expiat.
Quosdam præcipitat subiecta potentiæ magnæ inuidiæ. Seiani maxime miserandum: & calamitosum exitum spatiosius exequitur q ut Seneca ait magnis insperatis & uniuersis honoribus functus fue rat. Hic ergo seianus (Vt dion scriptor illustris tradit) olim pathicus fuit Marci gabii apicii: illius inq̄ apicii: qui cæteros oés luxuria supe rauit: hunc tiberius similitudine morum assumpsit: atq; inter primos immo supremum omnium habuit: tantusq; apud principem erat: ut tum excellenti prudentia: tum magnitudine potestatis: ipsum iā Cæ sarem appellarent: quem uiuentem in theatro Cæsar æreum statuit: tum ab omni ordíe statuæ illi erectæ sunt: decretumq; fuit ut natalis eius publice coleretur: quin pres: equites: & plebs: legatos ad eum mit tebant: iurabātq; pariter per tiberii & seiani fortunā. Vnde cum i dies potentior: & magis formidolosus fieret: illiq; primores urbis; ueluti principi parerét: Veritus Tiberius ne seianum aperte & palam ipera torem declararent. Aggressus est hominem dolo: nam illum consulé designauit: tum participem curarum appellabat: plerunq; repetés di cebat meus seianus: tam senatui q̄ populo scribens: quibus uerbis p multi creduli: non solum æreum tam Tiberium q̄ Seianum cōstitue bant: sed in scriptis omnibus utriusq; nomé apponebant. Currus præ terea auratos in theatrum utrique intulerunt. Decretumque est desi gnari eos consules in quinquennium. Quæ omnia cum non ignora ret Tiberius omnino perdere eum statuit: & cum uiam non inueni ret: qua tuto & aperte id facere poss&: miro quodam commento: exi tium machinatus est primum eni de se ipso multa & diuersa senatui scribebat: & aliquando q̄ male se haberet: nec quidé iam moriturus;

Apicius

de seiano ex dione

Dolus Tib. i Seianum

Interim uero q per bene ualeret atq ĩ urbẽ Romã ueniret: seianũ ue
ro ut aliquãdo maxĩe laudabat: ita nõ nũq execrabat: cuius amicos
nũc illius gratia honorabat nũc ignominia afficiebat: Vt seianus ipse
tum superbiæ: tum timoris plenus suspensus admodũ foret: utpote
inter metum & spem dubius. Cæteri uero nec hominẽ suspiciebant:
nec item despiciebant. At cũ Tiberius eum pontificem: secum & filiũ
eius fecisset magis cultus est. & quidẽ multi mentẽ tiberii ignorantes
publice illi ministrabant: tamen male suspicabãtur stuporem eius: &
negociorum inconstantiam considerantes: per hæc cum Tiberius & se
natui & plebi satis fideret: diuulgauit se illi tribunitiã potestatẽ datu
rum: ut scilicet inopinatum opprimeret. Scripsit autẽ senatui per Ne
uium Sertorium macronẽ: quẽ occulte prætorianis cohortibus præfe
cit qui Romam noctu uenit: & sibi mandatã cũ memio regulo & La
cone custodum præfecto cõmunicauit: & cum forte senatus ea die ĩ
apollinis æde haberet: ascẽdit & ipse in pallatiũ: incidit autẽ in seianũ
qui per q turbatus erat: q nihil ad se Tiberius scripsisset: hunc tamẽ
solatus est: quippe dicens potestatẽ tribunitiam se ei afferre: unde læ
tus supramodum curiam ingressus est. Macron uero domesticos mi
lites qui circa illum & consilium stabant in castra dimisit. Aperiẽs po
testatem sibi per litteras in eos a Tiberio traditã munera insup polli
citus: tum dispositis circa tẽplũ custodibus: ĩgressus est denuo curiã
traditaq consulibus epistola priusq quicq legeretur egressus est: ut
uidelicet caueret: ne in castris nouitas rerum fieret. Sed lecta epistola
statim tribuni & milites circũstetetunt seianum uinctũq. ac mox per
senatũ cõdẽnatũ ĩ gemonias scalas abiecere: ũcoq distraxerũt. De
scendunt statuæ restẽq secuntur. Idẽ tradit historicus a senatu equi
tibus & tribunis: statuas quas nõ facile aliquis numerasset seiano ere
ctas fuisse: quas omnes eo spectante: ut primum uincula iniecta fue
runt plebs deiecit: tum cõfregit: & funibus distraxit: quæ tria Iuuena
lis hac in parte tangit. Facie toto orbe secunda. secũdus a Tiberio:
ĩmo potius pari iure regnare seianus existĩatus est. Nam interdum
per eius fortunam: interim per Tiberii atq seiani fortunam iurabant
omnes: quippe significantes illum simul cum tiberio ĩperare: nõ solũ
ĩ consulatu: sed in omni potestate quin etiam illi ut deo sacrificabãt
Pone domi lauros. ut supra diximus ad significanda gaudia ĩ di
gnitate habita solebant postes laureis exornare. In capitolia ma
gnũ cretatũq bouẽ. pro claudio exponit Seruius cũ enarrat illud uir
gilii: Aurata fronte iuuencum candentem. Sic Persius. Cretatã dixit
ambitionem: quia magistratũ petituri candidati in cãpũ descẽdebãt.
& Martialis. Cretatã mappã p cãdida posuit. Allusisse autẽ uidet ad
historiam. Nam quo die seianus in capitolium ascẽdit: ut sacrificiũ

neuius serto
rius macrõn

Memius
Regulus

Disiectæ sta
tuæ seiani

Pau. tib. seia
nus

Cretatus

faceret numerosa turba comitante: mox confecto sacrificio ī forum descendenti prodigia multa facta sunt: quæ perniciem aperte portenderent. Ducitur unco. damnatorum cadauera unco distracta plerunq; in historiis legimus: De hoc seiani facto hæc Seneca ad serenū quo die Seianum senatus deduxerat populus in frusta diuisit: in quē quicquid congeri poterat dii hominesq; contulerant ex eo nihil sup fuit: quod carnifex traheret. Si quid mihi credis amaui hunc hominem. perempto Seiano: cognati: socii: amici: & demum quicunq; per adulationem ei honores decreuissent: accusabant omnes: multiq; cōuicti fuere: alii uero rei fiebant eorum: quæ prius statuissent ꝙ si qui dā elapsi iudicio forent: denuo accusati damnabantur: utpote adhuc illius gratiam seruantes. Sufficiebat autem ad damnandos huiusmodi reos: quis aliud crimini non daretur: ꝙ amici seiani fuissent: quasi non posset eos tyberius amare. Delatores autem & qui testimonium in amicos seiani dixissent: honores & opes accipiebant. Ignouit tamē Tyberius quibusdam seiani familiaribus: & in primis Mario Terentio equiti: qui in ludis floralibus in tyberii ignominiam non nulla: & dixisset & fecisset. Ignouit autem Terētio ꝙ accusatus ob hoc: quod amicus seiani fuisset: non modo non negauit: sed palam dixit: se studiosum & per quæ sedulum seiani ministrum fuisse: quia scilicet tā topere tiberio honoraretur: Si enim inquit recte faciebat tiberius qui tali amico uteretur: minime Tiberium læsi. Si autem imperator qui omnia diligentius nouisse debuit deceptus fuit: quid mirum si ego quoq; deceptus sim: par enim est quoscunq; honorat imperator: eos nos amare: haud curiosius inquirentes quales ii sint: Sed illum unū finem in amicitia illorum statuere: ꝙ imperatori placeāt: quibus uerbis a consilio Terētius absolutus fuit: Tum delatoribus præpositus quod factum mox ipse tiberius comprobauit. Quibus indiciis. index est qui facinoris: cuius ipse conscius est latebras indicat impunitate proposita: & ut ait Pedianus: Certa sunt crimina: quibus impunitas indici datur: sicut in causa proditionis maiestatis: & siquid huiusmodi est: Verbosa & grādis epistola uenit a capreis. epistola quā senatui Tiberius p Neuiū sertoriū macronē misit: lōga erat: & nihil cōtinuatū aduersus seianū cōtiebat: sed pricipiū aliud erat ꝙ breuis accusatio in seianum sequebatur: deinceps aliud quiddam: tum contra eum aliud: in fine uero iubebat duos consiliarios puniendos esse addebatq; oportere seianum in custodia haberi. aperte autem interfici non imperabat: non quia id nolet: sed quia timebat ne ex hoc tumultus fieret: & quatenus uiam tuto facere non poss&. Alterum e cōsulibus accersebat: & fere hæc significabat epistola (Vt apud Dionē legimus. Turba frequens seqtur fortunā ut sēper: & odit dānatos.

Seneca

Terentii prudens defēsio

Index

Epistola

catholica sententia: quæ tamē ad presens negocium facit: Nā multa & uaria: & diuersa: qua die in senatu recitata fuit epistola: & audita: & uisa fuerunt. Nam anteq̄ legeretur in seianum laudes dixere: uelut applaudentes ei tribunitiam potestatem assumpturo: Sed ubi contra id quod sperauerant audiuerunt dubii & tristes eum cōtempsere Cui nec assurgerent: uelut indigno eorum consensu: perlecta epistola omnes uno ore cōuiciati sunt ei grauia repetentes: & tam qui læsi ab eo fuerant. q̄ qui timebant: rerum mutatiōe plurimum gaudebāt Qua in re maxime imbecillitatem humanarum rerum conspexit Seianus. Quem enim mane in senatum uelut præstātissimum deduxerant: hunc uelut omnium infimum in carcerem traxerunt: & quē dudum coronis ornandū iudicauerant huic uincula posuerunt & cuius latera uelut domini satelites circunstantes tutati fuerant: hūc custodiebant sicut fugitiuum. reuelabantq; faciem: quam celare cupiebat & quem purpurea ueste ornauerant eius maxillas alapis cedebant. plebs uero illi occurrens multa uociferabatur. de his quos ille prodiderat: incessebat autem eum uehementer super iis quæ sperauerat. Hæc Dion. Si nortia tusco fauisset. Nortiam potiusq̄ rursum legendum contenderim. Sic enim apud duos egregios scriptores legimus. Liuius in septimo ab urbe condita: ubi de clauo annali legitur: hæc tradit. Vulsiniis quoq; clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ ethruscæ deæ compere. Diligens talium monumētorum auctor cintius affirmat: quam eandem deam ī municipiis cultā tradit Tertullianus in apologetico: ubi enumerat deos qui nō romæ colerentur: sed per Italiam municipali consecratione censerentur iis uerbis Crustumeniensium Deluentinus: Narniensium: Viridianus: Esculanorum: ancaria: Volsiniensium: Nortia: Corniculanorum Valentia: Sutrinorum Nortia: Faliscorum in honorem patris curis: & accepit cognomen iuno: Ergo etrusco homini peculiare gentis: numen fauere debuit: sed in quibusdam codicibus antiquis: cum frequēter enarratum inueniam: fortunam esse nortiam deam: quæ ad hunc ferme sensum Dion ipse scribat subiungere uolui: ut uidelicet nō absurde fortunam accipere possimus. Legimus apud Dionē domi Seianū habuisse simulacrum fortunæ: quod quidam aiunt fuisse Tulli qui olim Romæ regnauit. Vnde eo ualde gaudebat: cui cum sacrificaret & ipse Seianus & alii auersum uiderunt: & quemadmodū teutanes: apud gallos erat Mercurius: sic in duobus municipiis Nortia potuit esse fortūa. Mihiq; uidetur Plinius de hoc simulacro fortunæ: quod seianus coleret intellexisse his uerbis: Seruii Tullii prætextæ: quibus signum fortunæ ab eo dicatæ coopertum erat: durauer ad seiani exitum: mirūq; fuit neq; defluxisse eas: neq; teredinum iniurias sensisse

Catholica sētentia

grauis mutatio rerum

Nortia

Tertullianus
Dii municipales
Deluentinus
Viridianus
Ancaria
Nortia
Valentia
Curis

Teutanes

annis quingentis sexaginta. Et rursum alibi: de Nerone principe & lapide phengite hoc construxit ædem fortunæ: quā Seiani appellatiōe dicebat a Seruio Rege sacratam: quem locum correctores deprauarunt. Ex quo suffragia nulli uendimus. candidati non solum munera populo exhibebat: sed & pecunias apud sequestres deponebāt: uiritim per tribus diuidēdas: quam rem apud historicos multos legimus: & in primis in oratione Ciceronis pro plancio: & Lucanus.

Sectorq; fauoris: Ipse sui populus: lætalisq; ambitus urbi.
Annua uenali referens certamina campo.

Et hic erit sensus: posteaq̄ dignitates & magistratus nō iussu populi: sed arbitrio Cæsarum demandantur. Pan & cersenses. hos ego cōtenderim nominatiuos esse uelut absolute: cum exclamatione prolatos quasi lupercalia & circenses ludi sint curæ populo: quidam legūt panum & circenses: ut quattuor factiones significentur: quibus in ludis circensibus per uarios colores panorum populus studebat: de q bus latius dicemus: cum illud enarrabimus: euētum uiridis quo colligo pani. Victus ne pœnas exigat aiax Vt male defensus. ex amicis Seiani accusati quidam defensi fuere: qui iterum rei facti eiusdē criminis. & cum plures item alii semet ipsos interficiebant priusq̄ cōuicti forent: ne scilicet uexationem & grauem ignominiam ferrent. Additque idem scriptor pauca admodum publicata fuisse bona eorum qui ante iudicium uoluntaria morte perierant: sed filiis tradita fuisse: quam rem fecit Tiberius ne uideretur eos interfecisse. Alegoricos per aiacem qui sibi mortem consciuit posteaq̄ ī iudicio armorū achillis succubuit quempiam moriturum propria manu significat.

Aedes uolūtaria

Dum iacet in ripa calcemus cæsaris hostē. Seianus eadem die qua in carcerem conuictus fuit damnatus est atq; ingemonios gradus obiectus: cuius cadauer cū totos tres dies grauissimis iniuriis plebs affecisset: in tiberim postea demersum est. Ceruice astricta dominum trahat. sic solebant fere omnes rapi in iudicium qui: præcipitandi de saxo tarpeio erant: ut nonnūq̄ ex tortis faucibus sāguis per aures exprimeretur quam rem apud Liuium & pliniū legimus. Vis ne salutari sicut seianus: ut idem narrat historicus: studia & salutatiōes frequenter circa seiani ianuam fiebant: uerebanturq; non solum hoīes ne: uiderentur ab eo: sed ne inter ultimos salutatores apparerent: diligenter enim tum uerba: tum nutus hominum is obseruabat. Quādā aūt Kal. die: multis ī seiani ædes īgrediētibus cubile ī quo iacebat: cū salutaretur pene totum obtritum fuit a turba sedētium. Illi sellas donare currulos. adeo prudētia & potestate pollebat seianus ut ipsū imperatorem appellarent Tiberiū uero νησιαρχων τινα hoc ē quēdam insulæ principem: quod in insula quam Capreas dicūt assidue

Salutatur seianus

Appellat̄ Seianus Impe.

uersaretur: seiani autem ædes cum alii egregii uiri: tum maxime consules mane frequentabant: ad quem priuata omnia deferebant: quæcunq; a Tiberio petituri essent: & publica pariter de quibus respōderē oporteret: adeo ut sine eo nihil: siue publicum: siue priuatum fieret.

Tutor haberi principis. cum Tiberius ob morum similitudinem assumpsisset illum iperatoriis ornamētis decorauit: id quod nemini eorum contigit qui illis similes forent: tū eo consiliario atq; ministro ad oia usus est. Cum grege chaldeo. Mathematicos pro chaldeis accipe. Iidem enim sunt Gelio tradente chaldei Genethliaci: atq; Mathematici. Mathematicæ autem addictus fuit Tiberius: plenusq; persuasionis omnia fato agi. Egregios equites & castra. prætorianas cohortes intelligimus quibus præfuerat quodam tempore Strabo seiani pater quo in ægyptum misso solus præfecturam earum gessit seianus: constituitq; stationes proprias & separatas inuicem: ut tanquā uigiles intra unum murum compulsi prætoriani milites simul & celeriter mandata capesserent & oībus formidolosi forēt si uno muro: uelut castris intra mœnia urbis continerentur. Castra domestica. exponit per castra domestica quid sint egregii equites. Nam apud Suidam hæc legimus: δομεστικοι οι των ρωμαιων ιππεισ η κατα ρωμαιοισ οικιακοι στρατιωται: hoc est domestici romanorum equites: uel secundum romanos domestici stratiotæ. Prætextā sumere aut imperatoria ornamenta intelligimus: per prætextā & enim togā prætextam triumphantes imperatores gestabant: aut purpuream uestem accipere possumus quam ille iuduerat qua die ī senatum uenit Hæ omnia Dion. Potestas. magistratus & officii appellatio potestas: quo nomine urbium prætores & oppidorum passim honorātur Suetonius in claudio. Iurisdictionem de fidei cōmissis quotannis: & tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum atq; etiam per prouincias potestatibus demandauit. Vasa minora frāgere. ædilium erat de ponderibus & mensuris cauere. Persius.

Sese aliquem credens italo ꝙ honore supinus:
Fregerit eminas arreti ædilis iniquas.

Vlubris. infrequens & pene desertus in latio locus: de quo in similem sensum dixit Horatius.

Est animus ulubris si te non deficit æquus.

Gentile nomen formauit Plinius ulubrensis in tertio naturalis historiæ. Quid crassos. patrem & filium: qui a parthis trucidati fuere: & enim scribit Appianus. Gloria belli gerendi elatum crassum: ut scilicet ad indicum penetraret oceanum: & aurum parthorū raperet bellum iniuste in parthos mouisse. Pompeios. magnum pompeium: cum duobus filiis: qui tres orbis partes sua cæde inquinarunt: inde

Mathematicus

Seia. prefec. prætorii

Potestas

Vlubris

Crassi

Martialis acclamat.
Pompeios iuuenes asia atq; europa: sed ipsum:
Terra tegit lybies si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe iacere.
Vno non poterat tanta ruina loco.

Deduxit flagra quirites: cæsarem dictatorem designat quem in se natu cõfoderũt patres principibus coniurationis duobus: brutis atq; Cassio. Totis quinquatribus optat. festa in honorem palladis quĩquatria erant: de quibus Ouidius in tristibus.

Quinquatribus

Hæc est armigeræ festis de quinq; mineruæ.
Quæ fieri pugna prima cruenta solet. Dicta sunt autem quĩquatria ꝙ erant post diem quintum: uel ut nobilis poeta in fastis scribit a dierum numero.
Vna dies media est: & fiunt sacra mineruæ
Nomina quæ adiunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro:
Causa ꝙ est illa nata minerua die.
Altera tresq; super strata celebrantur harena:
Ensibus expertis bellica læta dea est.
Mineruam enim pueri colebãt: ut scilicet eis dea in discendis litteris faueret. Idem poeta:
Pallada nunc pueri teneræq; ornate puellæ.
Qui bene placarit pallada doctus erit.

Optat igitur uel puer primis ĩbutus litteris: eloquẽtiam aut Demosthenis: aut cicerõis. Custos ãgustæ uernula capsæ. ĩgenuis & paulo ditioribus pueris: non solũ pedagogi adhibebãtur: sed & capsarum custodes: qui capsarii appellati fuere: quam rẽ hic poeta ĩnuit: & Suetonius apertius demõstrat: apud quẽ legimus Neronẽ dãnatorũ liberos quosdam cũ pedagogis: & capsariis: uno prandio pariter iussisse necari. Vulpianus autem ubi de manumissis loquitur tradit pedagogũ alũnũ. & capsariũ sæpe ab heris manumitti solitos ĩterpretaturq; capsariũ eũ esse qui libros portet. Ingenio manus est & ceruix cæsa proscriptũ a triũuiris Ciceronẽ herenius popilius ĩterfecit: hãc uidelicet grãm referẽs Ciceroni a quo seruatus fuerat: eius caput cũ manu ãputatũ romã tulit: atq; rostris affixit gratificatus Antonio: quẽ nobilissimus orator: orõnibus suis adeo ĩsectatus fuerat ut hostis p̃riæ iudicaretur. Tradit Appianus senatusdecretũ aduersus Antoniũ Ciceronis manu scriptũ fuisse: & in rostris ab eodẽ pronũciatũ: in cuius facti ultionẽ & manus & caput rostris affixa fuerunt. Dion hoc ãplius Antoniũ ĩ Ciceronis caput maledicta ĩgessisse: quod iussit: cũ dextra eius abscissa suggestui suffigi: ut ex eo loco ubi in eum concionatus

Capsarius quis?

Vulpianus

Cicerõis cædes

orator fuerat conſpectius caput ſtaret. Fuluia uero Antonii uxor: cũ illud in manibus ſumpſiſſet tum amara dicens: tum inſpuens: in gremio repoſuit: oreque aperto linguam eduxit: in quã eas infixit acus quibus in ornando capite utebatur. O fortunatam natam me con ſule Romam. hoc cecinit Cicero in laudem ſuam poſt debellatum Catilinam: & ſeruatam patriam. Genero a philippica fame. inuectus Orator in Antonium orationes ſuas: quas alii antonianas: ipſe philippica appellauit. Imitatus Demoſthenem qui hoc nomĩe inſcripſit orationes illas uehementes in philippum Amyntæ filium Macedoniæ Regem. Secunda autem in ordine philippica: grauiſſima omnium habetur. In ea enim acerrime Antonii uitam lacerat. Quem mirabantur athenæ. Demoſthenem (tradit Plutarchus) natum patre qui cultellarius cognominatus eſt: quod ſcilicet domi haberet officinam: & operarios cultellorum. Relictus puer in hereditate locupleti: tutorum fraude: & negligentia direptis bonis: uix habuit unde præceptoribus mercedem ſolueret. Verum cũ multo ſtudio: & laborioſo peruigilio in clariſſimum oratorem euaſiſſet libertatis græciæ defenſor: publice grauibus conditionibus philippum inſectatus eſt utpote publicæ libertatis inſidiatorem: poſt cuius mortem patria pulſus: tã dem reuocatus eſt: ſed iam mortuo Alexandro: & Antipatro rebus græciæ præpoſito. Cum apertam cædem uideret relictis athenis: in calabriam inſulam: ubi aſylum erat Neptuno ſacrum conceſſit: hauſtoque ueneno ſe necauit. Cum iam paratam ſibi mortem ab archia cerneret Pleni moderantem frena theatri. tetigit hiſtoriam de pecuniis publicis: quas in theatralem uſum: athenienſes impendebant: lege lata ne aliter de eis impendendis quiſpiam ad populum ferret: Sed Demoſthenes libertati patriæ conſulturus: primum perſuaſit populo decemuiros creare penes quos tollendi: & item condendi leges poteſtas foret: qui ſtatim ſublata lege qua capitale erat: contionem habere de pecuniis in uſum militiæ impendendis. ſermonem fecit ad populum: de ſuſcipiendo bello contra philippum: uelut aduerſus publicum græciæ hoſtem. Ad rhetora. tradunt hermippus ex Gelio Demoſthenem ſolitum audire platonem: eo relicto ſecutum eſſe Caliſtratum oratorem Athenienſem publicam agentem de oropo cauſam. Buccula. a bucca uideturque eſſe tegmen buccæ. Deſcribit autem pluribus uerbis conſuetudinem eorum: qui trophea erigebãt ſumpta de hoſtibus quos in fugam conuertiſſent. Ampluſtræ: ampluſtria ſcribit Pompeius Feſtus: nauium eſſe ornamenta: quæ quia pluſ erant q̃ eſſent neceſſaria: etiam ampluſtria dicebantur. In arcu. triumphali ſubaudi: in quo ſculpti erant captiui: & habitu & for

Fuluia ĩmanis

Demoſthenes

Mors Demoſthenis

Prudẽter lex abrogata

Buccula
Trophea
Ampluſtræ

ma propria. Sterilis mala robora ficus. paraphrasis caprifici: quæ in muris nata: eos dissipat & diffringit huius fructus: quãuis non maturescat. Inter ficus tamen seritur: q paruos generet culices: qui morsu ficorum ora aperiant: solemque inducant: Vnde maturescunt: & est familiaris locutio de his quorum æternitas sperata tollitur ruina monumentorum. Martialis.

Capriflci culices

Marmora messale findit caprificus: & audax
Dimidios crispi mulio ridet equos.

Caprificatio

Caprificationem tamen appellat Plinius in arboribus: quotiens illarum cortex per uer cultello finditur: ut comodius prorumpant arbores: atque crescant. A similitudine credo caprificis: quæ ruptis muris intumescens exit. Ex pende annibalem. puer adhuc Annibal uiuẽte patre: in odium populi Romani iure iurando adactus in hispania iam patris armis edomita bella gessit: Tum sagunto expugnata: atq direpta in Italiam transiit: quattuorque grauissimis cladibus Romanos affecit: quæ omnia in historiis decantata: nunc pluribus uerbis declaranda non sunt. Aphrica mauro perfusa oceano. Aphrica quam tertiam orbis partem plerique dixerunt: ab occidente Atlantico alluitur oceano: mari nostro ab Europa discreta: ab Asia uero flumine Nilo: quos fines hic poeta percurrit. Nilo tepenti. Nilus ab Aphrica dispescit eam æthiopiam: quæ sub Aegypto est. Ad æthiopum populos. existimo hic significari alteram æthiopiam Agisimbam nomine. Aliosque elephantos. uersus ortum (ut Ptolemæus tradit iuxta totam libyam regio magna æthiopum est: in qua elephãti albi omnes: & rhinocerotes: & tygres sunt: nisi forte alios ad differẽtiam indorum dixit: qui maiores esse aphris leguntur: secunda declinatione protulit elephantos nominatiuum latinum a genitiuo græco formans. Pyreneum. montes pyrenei hispanias a galiis distermi nant dicti pyrenei (Auctore Diodoro) απο του πυρος idest ab igne ferunt enim priscis temporibus: relicto a pastoribus igne: terræ superficiem totam exarsisse. Vnde ex eo quod forte accidit pyrenei montes appellati sunt. Diduxit scopulos. alpes quarum iuga Italiam muniunt: duas fores habere ab historicis traduntur: graias atque pœninas his pœnos graiis herculem transisse memorant. Et montem rupit aceto. Annibal transgressurus alpes: recisis syluis: combustisq lignis atque superinfuso aceto: saxa resoluit in cinerem: apertoq trãsitu in Italiam trãsmisit exercitum. Et quali digna tabella: tetigit hac in parte frequentem pictorum morem: qui in talibus sæpe deformes facies: & distorta corpora pingere solebant: & præcipue Romæ: Vt Plutarchus notat in eo libro: qui inscribitur περι τυσ πραγμο

Annibal in romanos

Fines africæ

Agisimba

elephãti albi

Vnde pyrenei

Graiæ & pœninæ

Vis aceti

Deformes in tabulas referuntur

σνηнσ:hoc eſt de negotioſitate ſiue de curioſitate ad hūc modum Romæ quidam picturas:aut ſtatuas per Iouem:uenalium puerorū: aut mulierum: nihilifaciunt:ſed circa forum monſtrorum obuerſā tur per diſcentes eos:qui ſine cruribus ſunt:aut curuo cubito: aut tri um oculorum:aut acuto capite hos inquirunt: & ſi quid mixtam ha buerit figuram:aut abortiuum monſtrum fuerit. Portaret bellua luſcum. Annibal etruriam cum per hyemem peragraret:& pluuiis ar mis inundaſſet:ad eum traiiciendum elephantum inſcendit: uerum prementibus aquis atque frigore:altero captus eſt oculo: In exili um præceps fugit. pace data carthaginenſibus Annibal ipſe in exiliū pulſus:ad Antiochum Syriæ Regem ſe contulit: quo ſuperato pru ſiam Regem Bithiniæ adiit. Sed cum Romani eum repeterent: ſum pto ueneno quod ſub anuli gemma habebat ſibi mortem conſciuit. Sepultus in uico libyſſa: qui locus ſortes petenti prædictus fuerat. hoc eſt libyſſa corpus teget Annibalis. Libeat uigilare tyranno. Pruſiam dicit:cuius regiam frequentabat Annibal operiens plerūq; ſurgentem a ſomno: ut ſalutaret Regem more clietis. Et declama tio fias. in ſcholis rhetorum de Annibale multæ tractabuntur cōtro uerſiæ:id quod etiam ſupra demonſtratum eſt. Vnus peleo iuue ni non ſufficit orbis. pela urbs Macedoniæ Philippi & Alexandri pa tria. qui ut Valerius poſt patris mortē:cum ſubacta fere omni Aſia: & Aphricæ parte intellexiſſ& ex Democriti ſentētia: multos eſſe mū dos fleuit:cupiditate ſcilicet accenſus gloriæ: quod uix mundum u num ſubegiſſet:ad quod poeta hac in parte reſpexit. Plutarchus A lexandrum ſcribit:cum audiuiſſet Anaxarchum de infinitate mundo rum differentem fleuiſſe:amiciſque rogantibus:quidnam fleret. An non inquit dignum eſt flere:ſi cum infiniti ſint mūdi: domini unius uix facti fuerimus. A figulis munitam intrauerit urbem. babylo niam ſignificat urbem Aſſyriæ nobiliſſimam:cuius muri coctili late re & interlito bitumine. confecti fuere a Semiramide Regina. In hac Alexander a Caſandro Antipatri filio:ueneno petitus interiit. Quod uenenum aquæ ſtygis ungulæ mulæ contineri ſolum potuit: neque ab ulla alia materia:magna Ariſtotelis infamia excogitatum (Vi ſcri bit Plinius. Sarcophago contentus erit. ī Aſia troadis idem tradit auctor:ſarcophagum lapidem:fiſſili uena igni:in quo defunctorum corporum condita abſumi intra quadrageſimum diem conſtat:exce ptis dentibus Mutianus ſpecula quoque:ſtrigiles: & ueſtes: & calcia menta illata mortuis:lapidea fieri auctor eſt. Componitur autem α πο τησ σαρκοσ. ideſt a carne:& φαγω comedo ſarcophagus. Stra

Capit' oculo Annibal

Mors annibalis

Pela

Alexāder

Lachrymæ alexandri

Babylonia

Sarcophagus

Cōditorium alexandri

Athos

Sāctus mons

xerſis aggreſ ſus ī græciā

Muri lignei

Barbaries Xerſes

Pons ī helle ſponto

Medi

Trabraca

bo ſcribit cadauer Alexandri ereptum fuiſſe perdicæ a Ptolemæo A lexandriamque delatum:atque conditorium:illuc extructum fuiſſe quod aperiri iuſſit Auguſtus Cæſar cum Alexandriam deuictis an tonio & Cleopatra ueniſſ&. Vellificatus athos. mons Macedoniæ Athos claſſibus perſicis olim nauigatus continentique abſciſſus:mil le & quingentorum paſſuum longitudine:quem montem. tum oſtē tandæ potentiæ.tum relinquendæ memoriæ gratia: magis q̄ nauiga tionis:aut celerioris:& breuioris circūactus cauſa abſcindi fecit Xer ſes: Vt tradit Herodotus: hunc montem noſtra ætate græci αγιον ο ρος: hoc eſt ſanctum montem appellāt. Et quicquid græcia mē dax audet in hiſtoria. fabuloſa potius q̄ uera exiſtimat:quæ de Xer ſe ſcribunt græci hiſtorici. Traditur enim Xerſes Perſarum Rex: & primi darei filius ulturus græcos qui graui iniuria patrem affecerāt deletis eius copiis in maratoniis campis congregato numeroſo exer citu:ponte ſuper helleſpontum facto:copias ingentes in Europā tra ieciſſe:græciaſque inuaſurus pluſquā mille & ducentas naues Sala mina uſque premiſit.Ergo Perſarum incurſu trepidante græcia: A thenienſibus reſpondere oracula.Ab ioue in tutellam Athenarū mu ros ligneos dari:quod de nauibus intelligendum eſſe explanauit the miſtocles:cuius ductu & auſpicio:cum Perſis apud ſalamina confli xere græci.qui adiuti potiſſimum locorum anguſtiis uictores euaſe runt. Suppoſitumque rotis mare.hoc dixit propter pontem: quo abydum ſexto coniunxit:inter quas urbes ſeptem interiacent ſtadia. Sed ponte per hyemem & fluctus diſſoluto:iuſſit impotēs barbarus heleſponto tercentas plagas inferri:& compedes demitti: quibus ma re uinciret.tum notis Neptunum compungere:colaphis cedere: atq; barbaro conuicio affici ad hunc modum. O amara aqua: Rex com pedes hos inicit:quod illū iniuſte læſeris:abs quo nihil mali paſſus fuiſti.Et enim Rex Xerſes uolueris:nolueris ue tranſmittet:meritoq; tibi nemo amplius ſacrificabat:utpote fluuio doloſo & amaro: Cæ ſis autem prioribus architectis:denuo pontem fabricari iuſſit. E potaque flumina. ſcribit Herodotus aquam ſcamandri fluuii:& me lanos non ſuffeciſſe exercitui atque iumentis Xerſis. Medo pran dente. per medum omnem exercitum intelligit: quod ſcilic& Medi: Parthi:& Aſſyrii maxima pars eſſent exercitus:qui populi a recentio ribus ſine diſcrimine iiſdem uocabulis uocitantur. Salamina reli cta. ſalamis inſula e regione atticæ iuxta eginam clara nobili illa ui ctoria de Perſis.Deuictus enim Xerſes uix una naui in Aſiam aufu git. Pandit trabraca ſaltus. in Aphrica eſt urbs trabraca:ut Mela:

& Ptolemæus. Captatori Cosso. adeo captandæ hæreditati inhiabant Romani: ut in urbe forent de captanda hæreditate magistri: & auctore Seneca: in primis Aruntius & Aterius captandorum testamẽtorum artem professi sunt: Ramice neruus. ramicem scribit Cornelius Celsus: latine id dici quod græci cirsocelem uocitant. Sunt autem huius morbi genera quinque a nobis in inuectiua contra Galeotum copiose explicata. Seleucus. cytharedus eximius colligitur fuisse. Fulgere lacerna. tubicines significat: qui aurata plerunque lacerna donari solent. Quot themison ægros autũno occiderit uno. Themisonem medicum Cornelius Celsus atque Plinius: necnon & Paulus maxime laudant: eius in primis placita sequuti. Vnde miror hac in parte a Iuuenale mederi hunc medicum: nisi forsan alius hic fuit Themison. Quo tondente grauis. repetit quod in prima satyra dixit: In tonsorem Cinnamum: qui munere fortunæ opes & honores adeptus fuerat. Rex pilius magno si quicquam credis homero Nestoris ætas longissima fingitur a poetis huic tria ascribunt sæcula: quæ trecentorum annorum. Alii interpretantur: ut ipse Nestor apud Ouidium. Potuit spatiosa senectus spectatorem multorum operum reddere. Vixi annos biscentum: nunc tertia uiuitur ætas. Quidã nonaginta numerant annos: sæculo uidelicet triginta annos tribuentes. Quæ sententia probatur ab Eustathio commentatore Homeri.

Aruntius
Aterius

Ramex

Themison

nestoris etas

Cornice secundæ: ferunt naturalium rerum scriptores: cornicem communem uitæ modum excedere: Vnde & ãnosa cornix legitur: hincque extat prouerbium græcum: de eo qui lõgam ætatem υπερ τασ κορωνασ βεβιωκοσ. hoc est qui ultra cornices uixit. Suos iam iam dextra computat. Apuleius in apologia magiæ computationem digitorum gestu fieri solitam docet. Nam nunc in circulum cogebantur: nunc porrecta palma aperiebantur digiti: numero quem significari uolebant. Plinius item tradit Ianum a numa Rege dicatum digitis ita figuratis stetisse: ut. ccclxv. dierum nota per significationem anni temporis: & æui se deum indicet. Sed Hieronymus in Iouinianum scribens in enarranda domini parabula: quæ est de fructu agri trigesimo sexagesimo atque centesimo: triginta tradit digitorum molli coniunctione: sexaginta uero superiore digito depresso signari: porro centesimus numerus: diligenter quæso lector attende: de sinistra transfertur ad dextram: & iisdem quidem digitis: sed non eadem manu: quibus in leua significatur. Recte igitur cũ ultra centum annos Nestor uixisset: suos annos dextra computabat.

De cornice ꝓuerbium

Apuleius

Cõputatio ꝑ digitos

Parabola domini

Antilochi barbam ardentem. Antilochus Nestoris filius: quem in

Antilochus

bello Troiano cæso iam Hectore:Memnon auroræ filius: Vt Quin tus tradit īteremit. Vnde Nestoris prece motus Achilles amici mortem interfecto Memnone ultus est. Ioannes Tortelius: ut pleraque peccat, sic nescio quædam de scriptura: & huius dictionis falso im pudenter ingerit. Quod facinus dignum tam lōgo admiserit æuo. Seruius hunc colorem traxisse Iuuenalem ait ab illo Virgilii.
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere uitam.
Nam & Nestor longum æuum pro poena facinoris: & illa crudelem uitam dixit:cum uterque superstes filio foret. Peleus raptum cū luget Achillem. peleus æaci filius ex Tethide Achillem genuit: cui cum superstes foret īsolabiliter morte filii mœrebat. Cui fas itha cum lugere. laertem intelligimus Vlyssis patrem:quem in solatium errantis & exulis filii agrum stercorare scribit Homerus. Natantē non iactatum mari accipere simpliciter debemus: sed uere bis natan tem. Icta enim fulmine naui:peremptisque sociis: Vlysses in charyb dim delatus aprehenso ramo fici euasit demersa naui:sed cum ligna emersissent dimittens se a fico: assumptis lignis: decimo uix die: ad calypso enatauit:apud quam septem cum uixisset annos iubente io ue extructa rate iterum nauigauit: qua per Neptuni iram disiecta duos dies & totidem noctes:ligno nixus Corcyram usque matuta iu uante peruenit. Hectore fumis portātē.hoc more priscorum cada uera efferebantur:felixque ille quodammodo habebatur:cui hæc cō tigissent: sic legimus illatum rogo.Q. Metellum Macedonicum a quattuor uidelicet filiis:uno prætore:tribus consularibus: duobus triumphalibus uno censorio. Et ruit ante arā summi iouis. hercei iouis:de quo Lucanus.
Herceas monstrator ait non respicis aras.
Sed torua canino latrauit rictu. hecuba priami uxor post mortem Polydori filii:quē per fraudem simul & uim: excecato polymnesto re ulta fuerat furens abeuntes græcos latratu insectata est. Vnde in canem conuersa fingitur. Regem transeo ponti. per poeticam pa ralipsim calamitosum finē mithridatis pōti regis tetigit: qui ueneno tentato cum parū illud procederet filiū in cædem suam īpulit. Et croesum. croesi itē lydorū regis miserandū casum delibat: ad quē cū Solon exul patria diuertiss& explicatisq; opibus quæ maximæ erāt an foret felix quæsiuisset. Respondit sapiens iustius phasianum & pauonem uarietate plumarent sibi placere subiunxitque neminem felicem appellari dum uiueret. Quādo ultima dies de uita iudicaret. Quare expugnatis sordibus direptoque thesauro omni regio per cy

Peleus

Bis naufragus ulysses

Lōga dies

Mos funerādi

Hecuba

Calamitas croesi

Solon

tum: in rogum iubente uictore iniectus crœsus recordatus tunc sententiæ Solonis exclamauit: Solon: Solon Qua uoce audita: existimans cyrus deum aliquem in auxilium uocari per internuntium quæsiuit quid acclamatio solonis uellet. Cui respondit: quæ Solon sibi iactanti felicitatem dixiss&. Quod ubi accepit Cyrus misericordia motus: simulque fragilem rerum humanarum statum contemplatus uitam illi remisit: Sed cum ardente iam rogo morti eripi uix poss& implorata deorum ope: demisso subito imbre defesus fuit. Exilium & carcer. scilla uictore pulsus Marius minturnis in priuata mulieris custodia: quam olim dote mulctauerat detentus est: tum fugiens in paludibus delituit: nauique in Aphricam delatus mendicato pane uictitauit. Victa carthagie. id uidetur tetigisse Iuuenalis quod Plutarchus scribit exulantem in Aphrica Marium: in ruinis carthaginis aliquando consedisse: fortunæ ludum contemplantem: Seque excidio tantæ urbis solantem: quam rem & Lucanus innuere uidetur: cũ ait.

Liberat' ĩbre crœsus

Solatia fati Carthago mariusq; tulit:

Solatiũ Marii

Teutonico uellet descẽdere curru. de cimbris & teutonibus simul triumpauit Marius. Prouida pompeio dederat campania febres. Pompeius post triumphum: quem duxit ad tertium calendas octobris. M. Pisone: &. M. Messala consulibus affinitate facta cum Iulio Cæsare Iuliam uxorem per conuentus: urbes & oppida Italiæ ducẽs in febrem grauem & periculosam incidit: cuius desperata salute publica uota suscepta fuere: unde a morbo conualuit: Tum aborto ciuili bello: in campis philippis deuictus ad Ptolemæum ægypti regem confugit: cuius iussu sub oculis uxoris & liberorum: reciso capite peremptus est. Insuetum enim erat (Vt scribit Iunior Plinius) caput recidere: ad quod alludens poeta dixit.

Cn. Põpeius

Seruatum uicto caput abstulit. Fanum ueneris. aut genitricis ueneris fanum dixit: aut cluacinæ ueneris. Vsq; ad delitias uotorum Quæ sint delitiæ uotorum exprimit Persius cum ait.

Delitiæ uotorum

Et spem macram supplice uoto:
Nunc licini in campos: nunc crassi mittit in ædes:
Nunc optent generum rex: & regina puellæ.
Hunc rapiant quicquid calcauerit rosa fiat.

Pulchra gaudet latona diana. ad illud Virgilii allusit.
Latonæ tacitum pertẽptant gaudia pectus.

Lucretia. tarquinii collatini uxor: cui sextus tarquinius uĩm ĩtulit.

Virginia. uirginii filia quam Appius decẽuir per libidinẽ cliẽti iure uindiciarum adiudicare uoluit: in iudiciumq; uocatam arrepto Lanii cultro pater uirginius iugulauit. Rapuit nero loripedem.

Virginia

Non loripedem: sed sporum stuprauit Nero: quem excisum in mu
liebrem sexum transformare conatus est. Strumosum. struma ut
ex celso colligimus: extantia quædam intergo. Gibbus uero in pecto
re habetur. Astromartis. quem cum Venere retibus in adulterio
Vulcanus comprehendit. Quosdam & mugilis intrat. hoc suppli
cio deprehensi mœchi affici solebant: cui non erant absimiles rapha
ni: quibus apud Athenienses adulteri in anum receptis cruciabantur
uulsis primum circa inguina pilis: quo nomine apud græcos prouer
bium est ραφανειλειν: Vnde Catullus. Ah tum te miserum ma
lique fati quem attractis pedibus patente porta: percurrent mugi
lesque: raphanique Nisi forsan accepit mugilem pro pene. Legimus
enim apud Apuleium comprehensum cum uxore mœchum: coactū
fuisse a marito muliebria pati in pœnam uidelicet criminis: sed mu
giles latine ii pisces dicuntur: quos græci cephalos appellant inimici
tiasque graues gerunt cum lupis. Tuus endymion. a luna ferunt
poetæ endymiona amatum fuisse. Hic uenator egregius in monte la
tinio delitescens: surgente luna inuenationem prodibat: primusque
tradente Plinio meatus: & motus lunæ deprehendit: & ob id amore
eius captus fama traditur. Seruilia. ad bruti matrem Seruiliam:
qua cum licentius dictator Cæsar consuescebat: respiciēs poeta hoc
nomine adulteram quālibet notauit. Hippolyto. apud maritum
theseum nouerca phedra priuignum Hippolytum: falso de adulte
rio accusauit. Quid bellerophonti. bellerophontes cum astheno
bea uxore preti. de coitu interpellatus esset; ueritus hospitalis iouis
iram: lasciuam fœminam reppulit. Vnde exardens repulsa mulier
uiro innocentem hospitem accusauit: qui hospitii iure motus: illum
domī interficere non sustinuit: sed datis codicillis ad Iobatem soce
rum: illum in lyciam misit: lectis ergo codicillis Iobates in ultionem
criminis: ad chimeram: & solymos domandos bellerophontem misit
ut sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Sed chimera & soly
mis deuictis laudem rettulit maximam. Illud addendum arbitror de
clinari bellerophontes: & bellerophon in tertia declinatione. Sthe
nobea. hanc alio nomine Homerus Antheam uocat. Cui nubere
Cæsaris uxor destinat messalina Claudii Cæsaris uxor (Vt plurimi
tradunt historici) in. C. siliū iuuentutis romanæ pulcherrimū ita exar
sit: ut Iuniam syllanā nobilē fœminam matrimonio eius exturbaret:
Vacuoque adultero poteretur. Ergo non furtim: sed multo comita
tu domum eius uentitabat opes & honores largiens: & dum sacrificii
causa hostiam Claudius profectus ess&. Cuncta nuptiarum solen
nia celebrata fuerunt. Nam Silius designatus consul: cum uxore

Struma
Gibbus
Mœchorum pœna
Prouerbium
Mugiles
Latinus endymion
Seruilia
bellerophōte
Sthenobea
Iobates
Solymi
Chimera
Nubit messalina
Solēnia nuptiarum

principis prædicta die: adhibitis qui obsignarentur: uelut suscipien dorum liberorum causa conuenit: ubi illa auspicum uerba audita sunt subierunt: sacrificarunt apud deos: interq; conuiuas discubitum est: & nox denique licentiæ coniugali acta fuit: Quod dedecorosum & audax facinus: Callistus: Narcisus: & Pallas: Tres liberti Cæsaris exhorrẽtes subornarunt calphurniã & cleopatrã concubinas cæsaris: ut messalinã Claudio accusarẽt: quibus deferrẽtibus ubi nupsisse u xorem silio cognouit: conuocatis amicis: & de securitate: & de uindi cta deliberauit: Tandẽ impudicã mulierẽ: quæ & eadẽ marito molie batur perimere iussit: missisq; centurionibus: & tribuno in ortos luci lianos ubi fusa humi messalina iacebat: assidente matre lepida trãsfi xa fuit. Flamedo diminutiua forma a flameo: quo caput nouæ nu ptæ uellabatur. Genialis: proprie lectus qui nubẽtibus puellis ster ni solet. Ritu decies centena dabuntur antiquo. ad formam dotis antiquo ritu dixit datã: aut ad numerũ rettulit. Nã auctoribus Pedi ano & Plinio: non erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaq; hoc est hodie multiplicatũ: ut decies centena milia: aut sæpius dicantur. Vnde Horatius grãdẽ pecuniam significaturus ait. Decies centena dedisses: huic parco. Cum signatoribus. nuptialiũ tabula rum: quos adhibitos fuisse supra diximus. Auspex. nuptiæ nisi ca ptatis auspiciis fiebant Virgilius. Primisq; iugarat omnibus. Et Lu canus de martia nubente Catonis. Contentiq; auspice bruto. Ante lucernas. lucernarum apud priscos plura fuere genera. Nam alia lu cerna fuit cubicularia: de qua Martialis. Dulcis conscia lectuli lucer na. Quicquid uis faciam licet tacebis Alia dimyxos. i. duarum nariũ & polymixos plurium narium: de qua idem Martialis.

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis:
Totq; geram myxos una lucerna uocor.

Sic enim exponit pollux: ubi de naso: & quo nomine eius meatus ap pellentur scribit. Præbenda est gladio tam pulchra & candida cer uix. silius flagitii aut periculi nescius erat: sed certo si abnueret exi tio: & non nulla fallendi spe simul magnis premiis operiri futura: & presẽtibus frui pro solatio habebat. Vnde merito dixit poeta. Interea tu obsequere ĩperio: si tãti uita dierũ paucorũ. Nil ergo optabũt. homines si consilium uis paraphrasticos sententiam eam: quam Va lerius Maximus scribit fuisse Socratis. Poeta nunc uersu explicauit. Nihil enĩ ultra arbitrabatur Socrates petẽdũ a diis ĩmortalibus: q̃ ut bona tribuerẽt: quia ii demum scirent: quid unicuiq; esset utile. Nos autem plerumq; id uotis expetimus q̧ non impetrasse melius foret.

Nos animorũ impulsu & cæca magnaq; cupidine ducti. Idẽ Vale rius. Et. n. dẽsissimus ĩuoluta tenebris mortaliũ mẽs: ĩ quã late patẽtẽ

Liberti claudii

cædes messalinæ

Genialis

Summus numerus pecuniæ

Dimyxos
Polymixos

Silius

Socratis sentẽtia

errorem cæcæ precationes tuas spargis. Coniugium petimus: Idē splendidis coniugiis iniicis manus At hæc ut aliquando illustrāt: ita non nunq̄ funditus domos euertunt. Cādiduli diuina tomacula. Tomacula edulia: quæ fere ex iecore & pulmone porcino fieri consu euerunt: solebantq; confici in galliis: & Romā apportari: auctore Var rone. In libris rerum rusticarū: a quo tomacinæ appellantur: quæ hic tomacula: & Martialis tomacla protulerunt. Insubres galli: nostris tē poribus tomacellas dicūt. Alii uero murtata: sed de murtatis alio lo co plura dicemus. Crandum est ut sit mens sana in corpore sano hoc uersu significauit prima illa naturæ: in quibus adhibita uirtute philosophi paulo rectius sentientes, summum bonum in uita posuere: quod sæpius Cicero in academicis commemorat. Ab hoc enim uno fonte defluit omnis ratio diserendi de finibus bonorum & malorū. Sunt autem prima naturæ ea quæ in homine præstantissima habēt. hoc est integritas membrorum & sensuū. Sed quia hæc sola nō suffi ciunt: uirtutem uoluerūt adhiberi: quæ nec seruiret: nec par esset: sed potius imperaret. Vnde merito subiunxit poeta. Semita certe trāquil læ per uirtutem patet unica uitæ, utpote coniungens prima illa natu ræ cum uirtute domina. Nullum numen abest si sit prudentia. Vt nulli certe addictus sectæ. Imperiū a fortuna tollit: secutus Salustiū: qui ait. Fortuna cum moribus immutatur: & illud sui cuiq; mores fin gunt: omnipotens fatum esse desiit. Alibi uero fortunam rerum do minam dicit: ut. Si fortuna uolet fies de consule rhetor. Et item.
Plus & enim fati ualet hora benigni.
Quam si te ueneris cōmendet epistola marci.

Tomacula
Murtata

Prīa naturæ

In academicis & de finibus

In quibus felicitas hoīs

Mores fortunā fingunt

Enarratio Vndecimæ Satyræ.

a Tticus eximie si cœnat lautus habetur. Persicum ad frugalem cœnam: & quæ haud magno constet impendio inuitat: quo nomine eos acerrime corri pit: qui undique preciosos cibos conquirentes: pa trimonia ampla plerunq; deuorant lauticia mirū ī modum oblectati. Lautus habetur. lautus dici tur: tum in uictu: tum ī ueste: cui opponitur sordidus: ut ex Horatio colligere possumus: ubi ait.

Lautus
Sordidus

Sordibus a tenui uictu distabit ofello Iudice.
Et hic est sensus. Atticus quia diues quæsitissimis epulis laudem re portat. Cōtra autem rutuli luxuriam obiurgamus: quia supra cēsum id faciat. Pauper apitius. pro apitio: hac in parte quicunque gulo sus accipi uidetur: quando apitius (auctoribus Seneca & Martiale) uel moriens centum sextertia habuerit: quam summam summis uo tis multi expetūt. Scripturus leges & regia uerba lanistæ. Ironicos mordet apitium: qui præcepta de condiendis obsoniis tradidit: cum militare corpore robusto & uirenti ætate poss&. Lanistam autem nō pro eo in cuius domo instituebantur digladiaturi in arena accipere hic uidetur. Sed pro lanio & coquo qui itidem ut gladiatores corpo ra dilaniant. Egregius cœnat. uel nomen pro aduerbio posuit: uel magis ut priscianus ait: aduerbium est ut sit egregius magis egregie

Arcessere. preoccupare: uel ante tempus distrahere. Ad miscela nia ludi. miscelania a mixtura indiscreta rerum dici significare uide tur Gelius in ultimo noctium atticarum ubi ait. Quia uariam & mi scellam: & quasi confusaneam doctrinam conquisiuerunt: eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderūt: at de legibus sumptuariis scribens a misero per diminutionem deducit lex ait fa nia lata est: quæ ludis romanis. Item ludis plebeis & saturnalibus: & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris īsumi cōcessit Hanc Lucilius poeta signat legem: cum dicit. Fauni centussisq; misel los. hicq; erit sensus per inopiam multi ueniunt ad id parsimoniæ: quod lege fania cautum erat. Apuleius tamen in metamorphosi. Mi scelaniam turbam: confusam uelut ex colluuione omnium gentium accipit his uerbis. Nec mora cum uaria irruptione patefactis ædibus magistratibus eorum qui ministris turbæ miscelaniæ cuncta comple ta. Ferrata distet ab arca: sacculus. numorum receptacula uariis nominibus (auctore Asconio) appellata fuere. Nam ut sacci: sacculi sacelli: & crumenæ: & scorteæ: & māticæ: & marsupia. Ita fisci fiscinæ: fiscellæ. Spartea sunt utensilia ad maioris summæ pecunias capiēdas Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ q̄ priuatæ: ut ꝓ censu priuato ærariū dicitur pro loculis & arca thesauri: pro sacello fiscus. Vnde fiscus pecunia publica & confiscari dici solet. Ergo arcam po suit pro magna pecunia: Sacculum uero pro numorum summa.

E cælo descendit. γνῶθι σεαυτόν cognosce te ipsum. Quod dictum in templo Apollinis Delphici scriptum e cælo descendisse ferunt: Quanquam Plinius Chiloni hoc ascribat & fuisse consecra tum in eodem templo: in quo (Vt Dion scribit) Sapientissimorum uirorum sententiæ annotari & proponi consulentibus deum sole bant: Vt scilic& tam prudentium uirorum præceptis q̄ oraculis

Sordibus
Lanistæ
Miscelania
Miscella
Sacculus
Fisci
Spartea
Fiscus

iuuarentur. Loricam poscit achillis Tersites. de armis achillis quæ post filii mortem thetis: in medium protulit certarunt Vlysses: & the lamonius aiax. Nam Tersites græcorum uilissimus. Gobio tantũ in loculis. Martialis gobium dixit.

Gobius

In uenetis sint lauta licet conuiuia terris:
Principium cœnæ gobius esse solet.

κωβιος hoc est gobius mutatis litteris: quidã græci maxime laudãt albos. Et digito mendicat pollio nudo. oppignerato anulo: quem eques gestabat in digito. Qui uertere solum. cædẽtes urbe siue ob decoctam creditoribus pecuniam: siue ob exilium: uertere solum dicebantur: Liuius tertio ab urbe condita. Collegæ eorum: exilii causa solum uerterunt. Morantur. pro remorãtur: & retinent: Priscianus exponit. Laudem siliquas. siliquæ non solum in tegumenta leguminum dicuntur: sed & arbor prædulces siliquas creat: quæ a græcis κερατια harum cortex (scribente plinio) manditur: digitorum homĩs longitudo illis: & interim falcata pollicari latitudine. Ganeo. qui lustra frequentant: ganeones dicebantur a ganeo: quod antiqui locũ abditum: & uelut subterraneum dixerunt. Hæc Festus. Plinius tamẽ fœmĩno genere declinauit: uideturq; innuere esse popinas: in quibus unctiora ædulia conficiebantur. Ait enim de porco: neq; ex alio animali numerosior materia ganeæ: quæ significatio conuenire uidet huic loco. Pultes. pulte non pane uixisse longo tempore romanos manifestum esse doc& Plinius: ex hoc maxime q pulmentaria: inde dicantur: de pultibus Martialis.

Vertere solũ

Siliquæ

Ceratia

Ganeo

Ganeã

Pultes

Imbue plebeias clusinis pultibus ollas
Vt satur in uacuis dulcia musta bibas.

Placenta

Placentas quæ delicatiores pane ipso sunt: nedum pulte. Fit autẽ placenta ab accusatiuo græco πλακουντα: cuius nominatiuus est πλακους: Sed quo pacto placentæ fiant docet Cato senior ĩ libris de agricultura: & nos cum Plautum exponemus de generibus placẽtarum: multa explicabimus. Habebis euandrum. Euander Nicostratæ filius hospitio excepit herculem cũ bobus gerionis ex hispãia redeuntem: Tum æneam troia profugum: qui cum Turno apud inimicum amné pugnans: in eum decidit: nec postea apparuit: relatusq; in deos dictus est Iupiter. Flammis. hercules in monte œta igne hominem exuit: & astra petiit. Salicti. rei rusticæ magistri: salictũ docent esse locum salicibus consitum: Vnde miror Seruium dicere speciem esse arboris salictum. Edulus. Martialis idem paruus.

Salictum

In his una ponetur cœnula mensa.
Edus in humani raptus ab ore lupi.

Montani asparagi. crassa littera in tenuem mutata asparagus fit.

Nam græce ασφαραγοσ:& herba eſt in totum ſpina. Vnde hæc pollux: καιτο ακανθον αποφυομενον βλαστημα ασπαραγοσ. Et Martialis. Mollis in æquorea quæ creuit ſpina rauena
Non erit incultis gratior aſparagis.

Aſparagus

Montanos autem dixit: quia ſunt qui ormeni: hoc eſt mõtani appellantur. Plinius eſt & aliud genus: incultius aſparago: mitius corrudo paſſim & in montibuſ naſcens: refertis ſuperioris germaniæ campis: non infaceto Tiberii Cæſaris dicto herbã ibi quandam naſci ſimillimam aſparago torto feno. Martialis idem. Sed tuta feno curſor oua portabat: Et ſeruate parte anni quales fuerant. ĩ uitibus uuæ: aut olares uuas accipere debemus: de quibus Statius. Olares rogo non licebat uuas mollis. n. ſine noxa ſeruari poſſe uuas docet Columella. Et nenuculam uuã ollis aptiſſimam ſcribit Plinius. Vnde Horatius. Venucula conuenit ollis aut penſiles uuas. De quibus idẽ Horatius. Cum penſilis uua ſecundas ornabat menſas. Signinum ſyriũque pirum. Celſus inter pira quæ reponuntur maxime commendat tarẽtina atq; ſignina. Dicitur autem ſigninum pirum a ſignia: ſyrium uero a ſyria nomen traxit (auctore Plinio) Sed Columella tarentina ſyria uult eſſe. Nam enumerans pira ſic ait. Signina tarentina quæ ſyria dicuntur. Emula picenis & odoris mala recentis. puto hæc eſſe poma tiburtia: de quibus Horatius.
Picenis cedunt pomis tiburtia ſucco. Nam facie præſtant:

Ormeni aſparagi

Olares uuæ

Venucula

Penſilis uua

Signinum Syrium Pirum

Poma tiburtia

Compede foſſor. apud antiquos foſſores compediti opus peſagebant: quod & ĩ Plauto: & in Catonis opere legimus. Qui meminit callide ſapiat quid uulua popinæ. & ſi hunc locũ in eo libello ĩ quo errores Galeoti coarguimus ſatis enarrauerimus: tamẽ quæ ad præſentem expoſitionem pertinent repetemus: de uulua ĩtelligit porcina quam Plinius eiecto partu meliorem q̃ edito habitam fuiſſe ſcribit. eiectitia uocatur illa: hæc porcaria primiparis ſuis optĩa: contra effœtis a partu: præter q̃ eodẽ die ſuis occiſæ liuida ac macra. nec nouellarum ſuum præter primiparias probatur: potiuſq̃ ueterum: nec dum effœtarum: nec biduo ante partum: nec poſt partum: aut quo eiecerit die: proxima abiectitia eſt occiſæ uno die poſt partum. De huiuſmodi uuluis tale habemus diſtichon.
Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca.
Me materna magis de ſue uulua capit.
Et hic erit ſenſus. Meminit foſſor compeditus uirginem an matrem uulua in popinis cõdita ſapia: græci μητρωαν υοσ: hoc eſt porci uuluam cõmendant: quã priſci in fine apponebant. Iuniores uero in prĩcipio epularum uuluam dabant. Natalicium. quo natali die quẽ miro impẽdio colebant ueſci ſoliti fuere. Lardum. ut Macrobius

Vulua Porcina Eiectitia Porcaria

Lardum

tradit quasi large aridum lardum dicitur: unde & laridū lectum est.

Censoris mores &. etiam collega timeret: hoc dixisse uidetur pro pter claudium Neronem & liuium salinatorem: qui districtā cēsurā simul egisse traduntur a Valerio. Nam cum equitum centurias reco gnoscerent ipsi propter robur ætatis: etiā nunc eorum essent e nume ro: ut est apud poliam uentum tribum preco lecto nomine salinato ris citandum nec ne sibi ess& hesitauit. Quod ubi intellexit Nero ci tari collegam & equum uendere iussit: quia populi iudicio dānatus ess&: salinator quoq; eundem Neronem sequutus est: adiecta causa ꝗ non sincera fide secum in gratiam rediiss&. Qualis ī oceani flu ctu testudo nataret. testudinum putamina secare ī laminas lectosq; & repositorium his uestire. Carmilius pollio īstituit prodigi & saga cis ad luxuriæ instrumenta ingenii portentosis autem ingeniis prin cipatu Neronis quæsitam in mari testudinem: ī hoc secari ut pigmē tis perderet se: plurisq; ueniret imitata lignū: & sic lectis precia quæri his uerbis plinii respondent hæc Senecæ in libris de beneficiis contra luxuriam scripta. Video elaboratam scrupulosa distīctione testudi nem & fedissimorū pigerrimorūq; animaliū testas ingentibus preciis emptas: in quibus ipsa illa quæ placet uarietas subditis medicamētis in similitudinē ueri coloratur. Farraca. cibaria ex farre: Tusco catino. aretina uasa hoc ī loco significat quæ apud priscos romanos in precio fuisse docet Martialis hoc disticho.

Aretina nimis ne spernas uasa monemus:

Vox nocte fere media mediāq; audita per urbē. quo anno camillo dies dicta fuit. M. ceditius de plebe nunciauit tribunus se ī noua uia ubi nunc sacellum est supra ædem uestæ noctis silētio audisse uocē clariorē humana: qnæ magistratibus dici iuberet Gallos aduentare: id ut fit propter auctoris humilitatem spretū: & ꝗ longinqua: eoque ignotior gens erat: pulsis autem gallis & uictore camillo expiationis gratia eius mentio facta iussūq; tēplū in noua uia locatione fieri: hæc Liuius. Cicero in secundo de diuinatione aium loquentem deum ap pellat: cui in noua uia cōsecrata fuit ara ex eo quod monuerat ut pro uiderent: ne a Gallis Roma caperetur. Fictilis iuppiter. plinius tra dit primum in urbe iouem fictilem fuisse. Nam tūc magis pie ꝗ̄ ma gnifice dii colebantur. Latos nisi sustinet orbes grande ebur. cōtra īsania mēsarū clamat: & orbes: hic pro mēsis accipe citreis: quæ preci osissimæ fuerunt: ut in naturali historia sæpe legitur: quāuis censo res quidam pro citro cedrum posuerunt: ut in alio opere notauimus Sustinebantur autem citreæ mensæ a dētibus elephantinis. Lucanus in decimo.

Dentibus hinc niueis sectos atlantide silua

Districta cē sura

Testudo

Seneca

uasa aretina

Denūciatur aduētus gal lorum

Aius loquēs

Citreæ men sæ

Lucanus

Impoſuere orbes quales ad cæſaris ora
Non capto uenere iuba. Et Martialis de citreis pugilaribus. Citrei pugil
Secta niſi intenues eſſemus ligna tabellas:
Eſſemus libyci nobile dentis onus. Et alibi.
Grandia taurorum quæ portant corpora quæris:
An libycas poſſint ſuſtinuiſſe trabes. Et rurſum.
Tu libycos indis ſuſpendis dentibus orbes. Orbes
Seneca non ceſſat declamare in hãc luxuriam dicens. Video iſtic mẽ Libya
ſas & æſtimatum lignum ſenatorio cenſu: eo precioſius quo illud ĩ Seneca
plures nodos arboris infelicitas torſit. Sublimis pardus. factus ex
ebore. Porta ſyenes. in fine æthiopiæ ſyene ita uocatur peninſula
mille paſſuum ambitu: in qua caſtra ſunt latere Arabiæ: & ex aduer Siene
ſum inſulæ quattuor pylæ: ideſt portæ. D.C. poſt nili fiſſuram. Ergo
porta ſienes erit: qua ex ægypto in Arabiam tranſitur: elephãtis præ
terea inſula eſt infra nouiſſimum cataracten mille paſſus milia & ſi Elephantis ĩ
enem ſupra ſexdecim: in qua elephantos naſci conſtat qui itẽ ĩ Mau ſula
ritania & india generantur. Nabateo belua ſaltu. Nabatei Euſta
thio tradente Arabiæ gens eſt: cuius regio populoſa & fertilis habet Nabatei
huius metropolis eſt petra feruntur prudentes Nabatei & adeo patri Petra
monii ſeruatores: ut qui rem paternam diminuerit publice dãnetur:
contra augẽti rẽ premium poſitum eſt: ſeruos admodum paucos ha Mos nabate
bent. Nam mutuis cognatorum miniſteriis uiuũt. Iam nimios ca orum
pitique graues. elephantis (Vt in naturali legitur hiſtoria) uel caſu a
liquo: uel ſenecta decidere dentes ſolent: quos ipſi defodiunt: & hoc
ſolum ebur eſt: cetero quoque & in iis qua corpus intexit uilitas: hic Ebur
iam niueos capitique graues dixit. Teſſellæ. quibus in alueolis lu Teſſellæ
ditur: quæ alio nomine qnadrantalia dicuntur: græce uero cubi inde Cubi
cubicum corpus: Sed q̃uis alibi ex ſententia Euſtathii: quid teſſera:
quid talus ſit expoſuerimus: breuiter tamen hic repetemus teſſeram Talus
ſex habeť latera: quibus ſeptenaria fit per puncta ut cunq; ea ſteterit
oppoſitio: talum uero quattuor eſſe laterum: & pro uario iactu ua
ria puncta dare. Dicitur autem talus græce aſtragalus: inde ἀστρα Aſtragalus
γαλίζω talis ludere: quam rem confirmat Plinius de polycleto ſta
tuario hæc ſcribens: duoſque fecit pueros item nudos talis ludentes.
qui uocantur aſtragalizontes: & ſunt Titi imperatoris atrio. Cal Calculus
culus. is eſt quem latronem: & per diminutionem latrunculum anti Latrunculus
qui appellarunt: Iuniores autem ſchacum uocitant. Martialis de ta
bula luſoria:
Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto:
Calculus hic gemino diſcolor hoſte petit. Et item.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum.
Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit.

Structor

Iubas

Trapezocomus

Peior gallina ſecetur. ſecandarum gallinarum autem olim fuiſſe magnos ſecuti auctores ſupra tradidimus. Nec structor erit. inuenio iubam in ομιοτησιν tradere apud Romanos ſtructorem eum dici: quem græci trapezocomon dicunt. Martialis quoq; hæc ait.
Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ.

Pergula

Cui cedere debebat omnis pergula. non ſolum pergula in uitibus dicitur: ſed & ubi præceptores diſcipulos erudiebant: uel alii artifices opera ſua uelut in propatulo habebant. Suetonius de Craſſitio Tarentino grammatico: deĩde in pergula docuit Plinius de appelle; idẽ perfecta opera proponebat in pergula. Plautus in pſeudulo. Cras pheni phænicio corio inuiſes pergulam. Triſeri doctoris; in urbe doctores erant qui ſcindendi obſonia præcepta: ut ait Seneca tradebant

Pygargus unde

pygargus lycophron parim pygargum appellat ab aquilæ genere: cuius cauda: ut Plinius ait albicet. Vnde nomen nã πυγη anum ſignificat αργοσ uero album. Sed de hoc genere aquilæ haud crediderim intellexiſſe Iuuenalem: immo de quadrupede potius. Nam idem auctor in octauo ſic ait de ſemiferis. Sunt & dammæ & pygargi & ſterpſicerotes: multaque alia haud diſſimilia. Et ſcythicæ uolucres.

Phaſiani

phaſiani a phaſide fluuio ad nos traducti. Martialis.
Argoa primum ſum tranſportata carina.
Ante mihi notum nil niſi phaſis erat.

Phœnicopterus

Et phœnicopterus ingẽs. quãuis Plinius ſcribat phœnicopteri linguam optimi ſaporis eſſe dixiſſe apitium & Martialis.
Dat mihi penna rubens nomẽ: ſed lingua guloſis
Noſtra ſapit. Declarat enim appetitam fuiſſe huius auis linguam: & unde factum ſit nomen: tamen Ariſtophanes in fabula: quæ inſcribitur ορνιθεσ: hoc eſt aues. De phœnicoptero hæc refert paluſtrem eſſe auem & rubeſcentibus pennis: ſic ουτοσ αυτων ηθαδων των δων ορωθυμεισ αει αλλα λιμναιοσ βαβαι χαλοσ γε χαι φοινικιουσ ελικοτωσ χαε γαρ ονομα αυτω εστι φοινικοπτεροσ. Sunt.n. uerba upupæ enarrantis piſthetero & euelpidæ quæ foret auis illa inſueta: quæ deuolaret ad cantum: dicitque auem eſſe inſolitam & paluſtrem atque phœniceam iureque uocari phœnicopterus.

Ariſtophães

Oryx

Ariſtoteles

Et getulus oryx. oryges ſoli a quibuſdam dicti contrario pilo ueſtiri ad caput uerſo. Ariſtoteles in libro tertio de partibus animalium orygẽ ſcribit eſſe unicorne & bifidæ ungulæ. Idem refert Plinius. Sed orygem perpetuo ſitientem Aphrica generat ex naturali loco potu carẽtem cum mirabili modo ad remedia ſitiẽtium; Nãq; getuli latrones

eo durant auxilio: Repertis ĩ corpore earum salubertimi liquoris ue scitis. hæc plinius: Qui item scribit feram quam orygem Aegyptus appellat in exortu caniculæ contra stare & contueri: ac uelut adorar. Quod idem tradit Plutarchus de hac fera. Martialis.

Religio orygis

Matutinarum non ultima præda ferarum.
Seuus oryx constat quod mihi morte canum.

Nam in spectacula matutina edebatur uenatio orygis. Quidam orygem esse hystricem putant: sed falso. Capreæ. siluestrem capram capream appellat Martialis.

Hystrix

Caprea

Pendentem summa capream de rupe uidebis.
Casuram speres decipit illa canes.

Afræ nouit auis. afram auem gallinam numidicã interpretamur de qua Martialis

Afra auis

Ansere romano quis fatur annibal esse&
Ipse suas nnnq̃ barbarus edit aues.

Numidicæ gallinæ

Hæ & meleagrides dicuntur a sororibus Meleagri in eas conuersis: & gutteæ ꝙ guttis illitæ uideantur. Iuuenalis horatium secutus afrã auem dixit. Nam in epodo legitur: non afra auis in uentrem descendat meum: has nunc uulgus gallinas pharaonis appellat. Ofellæ. ab offa offulam formauit Apuleius in demonio Socratis. Alii offulam protulere: abiecta funa & constabat ex carne fere porcina offa. Vnde offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant: Ofellæ præterea saliende præcepta tradit Cato. Plebeios calices. hos Martialis audaces appellat. Non phrix aut lycius non a mangone petitus. Ex phrigia & lycia plerunque habiti pueri ad cyatum statuebãtur: & hic mihi eos tangere uidetur: in quos declamat Seneca ad lucilium. Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta: ut eadem omnibus leuitas sit eadem primæ mensura lanuginis: eadem species capillorum: ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur. Ergo commode poeta subiunxit.

Meleagrides gutteæ

Offa

Offula

Offella

Calices audaces

Pueri ad cyatum

Seneca

Idem habitus cunctis tonsi rectiq; capilli:
Atq; hodie tantum propter conuiuia pexi.

A mangone petitus. Mangones dicti quia manu agones: & erãt puerorum formæ magistri & mentiendi coloris artem probe callentes: hinc mangonizare uerbum formauit Plinius qui oratam scribit primum pensiles inuenisse balneas ita mangonizatas uillas subinde uẽdendo: & in. xxiiii. de succo brioniæ cutes teneritas mangonizat. Est enim mangonizare colorem fuco & uerum robur inani sagina mentiri: quãquam uenuste ad alia transferatur: Nam & hodie mangonizãtur panni: siue lintei: siue lanei: & instrumentum: & res ipsa nomen

Mangones

Mãgonizare

Purpura

Seneca

Guttus

Puella gadi tana

Mappā ī ar co

Pesinus

Honorarii ludi

Factiones cir cēsiū ludorū quattuor Cassiodorus

seruat:quin & equos mangonizatos uenire uidemus. Ardens pur pura uestit. prætextatos hic intelligit pueros prætexte enim auctore Macrobio purpura prætexebantur. Vnde dixerim scripsisse plinium purpuram pro maiestate puericiæ esse:ut iam diximus. Nec pugi lares. ad pugilli formam. Raucus. uox ut alio loco docuimus ado lescentibus post usum ueneris demutatur qui & interim raucescunt.

Vellendas præbuit alas: scribit Seneca ī balneis fuisse alarum uul sores: qui maxillis natos pilos uellerent non raderent: atque subinde clamare cogerent. Gutto. uase oleario quo in balneis utebantur: ut supra docuimus. Gaditana. lasciuæ cuiusdam licentiæ & impu dici motus puellæ fuere gaditanæ. Martialis. Nec de gadibus impro bis puellæ Vibrabunt sine fine prurientes. Et idē de puella Gaditana Tam tremulum crissat tam blandum prurit ut ipsum Mastrubatorem redderet hippolytum.

Qui lacedemonio pitismate lubricat orbem. saltatio uidetur lace demoniæ gentis esse pytisma & ī orbem circūacta: quāquam de hoc nihil adhuc legerim: nisi apud pollucē: qui saltationum genera enu merans tradit πηδημα lacedemonion: hoc est saltationem esse lace demoniam. Interea megalepsiacæ. ludos significat megalenses in honorem cybeles magnæ deorum matris dictos απο της μεγαλης μητρος: hoc est a magna matre. Mappæ. hanc mappam scribit Cassiodorus lætitiæ signum circensibus dare: atque ostensa mappa certa uidebatur promissio futurorum circensium. Tranquillus item refert uniuersorum se oculis in circo maximo præbuisse aliquo liber to mittente mappam unde magistratus solēt. Idæum solēne. idest phrygium: nam uexante italiam Annibale datum est oraculū ad pro speriora speranda oportere matrem deum romam deuehi: quæ a pe sinunte oppido phrygiæ accersita fuit. Similisque triumpho pre do caballorum prætor sedet. sedente prætore ludi fiebant: qui & ho norati dicebantur. Vnde Suetonius scribit honorarios ludos triginta amplius dies occupasse: & honoratus prætor in fastis nominatur. Et ius honorarium ab honore prætoris. Euētum uiridis quo colligo panni. in expositionem huius loci omnis circensium ludorū consue tudo explicanda est: nisi enim totam nouerimus historiā sensus poe tæ cognosci minime poterit: quantum ex idoneis scriptoribus colligi mus factiones erant quattuor circēsium ludorum a panni coloribus denominatæ: & perinde discretæ. Suetonius de Domitiano duas cir cēsibus græcorum factiones aurati purpureique panni ad quattuor pristinas addidit: colores autem ipsos Ioanoes Cassiodorus sic enu merat. Nam per eius tempora theodorico rem romanam gubernāte

ludi theatrales & circenses in urbe adhuc fiebant: colores autem inui cem temporum quadrifariam diuisione funduntur. Prasinus uirēti ueri: roseus flāmæ æstati. Venetus nubile hyemi: albus pruinoso au tumno dicatus est: his quattuor factiōibus per colores uniuersus po pulus prout libuisset studebat: nec solum plebs studiosa ludorum a gitatoribus fauebat: sed & cæsares ipsi dediti erāt. Legimus enim cal ligulam ita addictum & deditum prasinæ factioni: ut cœnaret in sta bulo assidue: & maneret agitatori scythico cōmessatione quadam in apophoretis uicies sestertium contulit incitato equo cuius causa pri die circenses ne inquietaretur silentium uicinie indicere solebat. Et item Neroni plurimus sermo: quāquam uteretur: de circensibus erat & condam tractum prasini agitatorem inter condiscipulos quærens: obiurgante pædagogo de hectore se loqui ementitus est. Vitelium idem tradit Tranquillus quosdam de plebe ob id ipsum ꝙ Venetæ factioni clare maledixerant: interemisse de plebis autem insano ac in terim pernicioso studio: hæc cassiodorus: illic supra cætera spectacu la feruor animorum inconsulta grauitate rapitur: transit prasinus: pars populi mœret præcedit Venetus: & totius turba ciuitatis affligi tur: nihil proficientes feruent: insultant nihil patientes grauiter uul nerantur: & ad inanes contentiones sic descenditur. tanꝗ de statu peri clitationis patriæ laboretur. Martialis quoq; cum multis in locis pra sini & Veneti mentionem faciat: tū maxime illo disticho de lacernis coccineis hunc plebis fauorem significat.

Prasinus
Venetus
Roseus
Albus

Calligula: & nero prasine addicti

Vitelius uenetæ faue bat

Si ueneto prasino ue faues qui coccina sumis
Ne fias ista transfuga ueste uide.

Nam coccinatus pro transfuga iure habitus fuisset: utpote qui relic tis prasino atq; Veneto: ad purpurei panni factionem abiisset Dion de calligulæ studio ī prasinam factionem idem quod Suetonius tra dit: hoc autem leuissimum studium in tot milibus uirorum tam pue riliter spectantibus currentes sine arte homines & equos Plinius ad Caluisium admiratus quodammodo his uerbis damnat: nunc fauēt panno pannum amant: & si in ipso cursu nō mediocri certamine hic color illuc ille huc transferatur studium fauorque transibit: & repen te agitatores illos: equos illos: quos procul noscitant quorum clami tant nomina relinquet: tanta gratia: tanta auctoritas in una uilissima tunica: sed quorsum tam late conquisita spectant: nempe ad hoc ut sine dubio affirmare debeamus per euentum uiridis panni factionis prasinæ exitum significari. Prasinus enim uiridis latine interpretatur per fragorem uero quo aures suas percuti ait plausum & clamorem spectatorum qui agitatoribus fauebant carpit igitur plebem quæ in

Dion

Plinius

Prasinus uiri dis

re inani frigida & assidua tam insaciabiliter ĩ circo desideret. Nã si deficeret, congruenter & uere Priscianus hoc ĩ loco deficeret exponit pro uinceretur & succumberet is cui plebs suo clamore uictoriã ꝑmittit. Mestam atonitamque uideres hanc urbem. hic manifeste id tangitur quod idem Cassiodorus dixit: ita solicitam esse urbẽ Romam de uictoria agitantium equos: adeoq; inter se contendere: ac si reipu. summum discrimen adess&: mesticiam igitur urbis parem illi dicit poeta si uinceretur prasinus: qua olim affecta est urbs roma accepta clade apud cannas Apuliæ uicum paulo & Varrone cõsulibus cum pene omnis Romanus exercitus ab annibale pœno deletus fuit.

Clamor, plaudentium & fauentium. Audax sponsio. i ludis circensibus de uictoria sæpius sponsio fiebat. Martialis. Sed cum sponsio fabulæq; lassæ de scorpo fuerint & incitato. Cultæ decet assedisse puellæ, plerũque in spectaculis iuuenes studiis puellarum obsequentes ut consensu pari amorem pararent iuxta illas sedere solebãt quod sic præcipit Ouidius dum loquitur.

Sponsio

Tangitq; manum poscitq; libellum:
Et quærit posito pignore uincat uter.

Quin auctore Plinio nonnũquam grandi sponsione facta añulos deponebãt. Vnde est illud Martialis. Dum donas Mater anulos puellis Desisti mater anulos habere. Cuticula, ãte penultimam produxit contra naturam. Nam huiusmodi desinentiæ diminutiua ãte penultimam corripiunt: quãquam poetæ per licentiam illam producant: Persius. Scire erat in uoto damnosa canicula quantum Raderet. Martialis.

Productio syllabæ

Parua tibi in magna craticula sudat ofella.

Vernum solem. tepentem legimus apud Senecam & pliniũ hũc morem tenuisse priscos: ut in balneis oleo perungerentur: tum ad solem expositi colorarentur. Solida hora superfit ad sextam. sensus non pudeat ad quintam horam descendere in balnea: quod tempus laboribus alioquin impendi solet Martialis.

Colorari qd

Sexta hora

In quintam uarios extendit roma labores:
Sexta quies lassis septima finis erat.
Post sextam igitur licebat saluo pudore deposita toga lauari.

n Atali coruine die mihi carior hæc lux. uota diis red dit quorum benignitate catullus grauissimam tem pestatem in mari effugerat: & ne discedat a lege Sa tyræ: in eos inuehitur qui pro salute periclitantis a mici uota suscipiunt; & plerũque persoluunt: magis uelut uultures cadauer expectantes & hæreditati in hiantes: q̃ uero amore adducti. Cespes. herba recisa cum terra: ex qua ara fere struebatur. Reginæ iunoni. cui se facturum ait alba agna. Pugnanti gorgone maura. palladi ĩ cuius ægide stabat gor gonis caput. quam ultimã mauritaniam inhabitasse poetæ finxerũt. Sed procul extentum petulans quatit hostia funem. hostiæ ante tempus sacrificiorum ligabantur. quæ in ipso sacrificio solutæ erãt: atque piaculum committebatur si tunc religatæ fuissent (Vt Seruius ait. Frontemq; coruscat. aut concussione & uibratione cornuum coruscare dixit frontem aut magis quia cornua maioris uictimæ in aurabantur: ut supra diximus). Vnde Ouidius. Congestaq; flãma:

Vbi gorgones

Thura liquefaciunt indutaq; cornibus aurum.
Victima uota facit quem iam pudet ubera matris.

Aurum ĩ cornibus

Idem Virgilius: Caput cum matre ferentem. hoc est ut exponit Serui us æqualem matri nundum patri. Vexat robora. quia in uictimis ætas est consideranda clitumni pascua: clitumnus amnis faliscorum in cuius ripis pascentes tauri albi erãt: & a triumphantibus delecti io ui capitolino ĩmolabantur Virgilius.

Clitumnus

Hinc albi clitumne greges & maxima taurus.
Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos:

Tauri albi

Decidere iactu. decidere est negocio & liti finem imponere. Vnde Horatius.

Decidere

Et post decisa negocia campo: pictores

Quis nescit ab iside pasci. isidi naufragi uota liberati periculo sol uentes uotiuã tabellã in eius ede ꝓponebant. Imitatus castora. ca stores græce: latine fibri pontici dicũtur. Hi ut in naturali traditur hi storia: sibi ipsis ãputãt testiculos piculo urgẽte: ob hoc se peti gnari castoreum id uocant medici: alias animal horrendi morsus arbores iuxta flumina ut ferro cædit: hominis parte comprehensa non anteq̃

Castor
Fiber
Castoreum

fracta conctepuerint ossa morsu resoluit:cauda piscium his cætera species lutræ:utrũque aquaticum utrique mollior pluma pilus:Nec solum se castrat fiber:sed & fel suum euomit ad multa medicaméta utile item coagulum ad comitiales morbos ob ea se peti prudẽs uulgo nunc fiber barbare beuer appellatur. Quarum generosi graminis ipsum Infecit natura pecus. lanam bæticam suæ pulligines significat.quam potus aquæ in oue prosemĩabat:quam rem his uersibus Martialis notat.

Fel fibrorum

Lanæ bæticæ

In tartesiacis domus est notissima terris:
Qua diues placidum corduba bætin amat.
Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo:
Et linit hesperium bractea uiua pecus.

Tradunt itaque scriptores esse fõtes:& flumina quorum potu pecora quãuis sint alba aliis locis procreent uellara leucophea aliis locis pulla aliis coracino colore ita proprietas coloris:ut ait Victruuius cũ init in corpus progenerat intinctam sui cuiusque generis qualitatem Igitur quod in campis troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophea nascuntur:ideo flumen id ilienses Xanthum appellauisse dicuntur:bætis fluuius est ulterioris hispaniæ: a quo & hispania bætica dicitur:præterfluit autem hispalim:quæ urbs nunc uulgo sibilia dicitur:& flumen riuus sibiliæ. Lances parthenio factas.ab artifice laus. Sitiente pholo. pholus centaurus fuit qui herculẽ suscepit hospitio hunc uini cupidum scribit Theocritus. Bascaudas. inter uasa numeratur a Mart.bascauda hanc britanni mittebant: Vt hoc disticho idem poeta docet.

Leucophea
Victruuius

Cur xanthus

Bætis hispalis
Pholus

Bascauda

Barbara depictis uenit bascauda britannis:
Sed me iam mauult dicere roma suam.

Mille escaria: uasa ad escas de quibus plinius in .xxxvi. de uitro ex gener obsiani ad escaria uasa totum rubens uitrum atq; nõ trãslucens & in ultimo:abacis etiam escarii sq; uasis:inuenio tamen hac dictione græcos usos. Cælati liberat quo callidus emptor olynthi: Philippus amynthæ filius olynthum thratiæ urbẽ ab lasthane emit: quam rem per transitum tetigisse Virgilium:cum dixit. Vẽdidit hic auro patriam notat Seruius. Reticulis.quibus panẽ ferebant hæc græce λυκτιλια dicuntur.Horatius.

Escaria

Olynthus
Philippus

Reticulum panis uenales inter onustos
Forte uehas humero. Et uentre lagenæ.lagena uas ad uina ferẽda. Martialis. Spoletina bibis uel marsis condita cellis:
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ.

Reticulum

Lagena

Hæc multũ for.au. a uẽto ĩ naturalibus quæstiõibus hoc difere ait

Seneca:ut aura sit leuior uehementior uentus. Tum gratus iulo: albanum montem significat.in quo cōdidit albam iulus æneæ filius relicto lauinio nouercæ:dicta autem est alba longa a nomine porcæ. quam ī Macedonia uelut alii in epirro amissam: in italia Aeneas cō perit triginta foetus enixam. Mirabile sumen: si ex uberibus foetæ porcæ optimum sumen fit:quæ triginta peperit potuit sumen confi cere mirandum. Tyrrena per æquora moles. baianū expressit por tum:quem iulius Cæsar extruxit: Vnde Virgilius.

An memorem portus lucrinoq; addita claustra
Atq; indignatum magnis clamoribus æquor
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso.

Tyrrenāmque pharon. ad differentiam alexandrinæ phari dixit tyrrenam:ubi notandum turres:quæ per noctem lumine nauigantiū cursus regunt:uadaque & portus prenunciant:pharon appellari ab ea scilicet turri:quam ptolemæus in insula pharo portum obtinente A lexandriæ fecit: hanc eandem tradit octingentis talentis constitisse: magno sane regis animo qui Sostrati gnidii Architecti nomen in ea permiserit inscribi:huiusmodi turres pluribus ī locis extructas fuisse atque lumina per noctem habuisse:apud historicos legimus:& in pri mis apud Suetonium:qui tradit claudium in porto hostiæ cōgestis pilis superposuisse altissimam turrim in exemplum Alexādrini pha ri:ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Longeque re linquunt italiam. claustra significat portus: quæ molibus nixa in lō gum protenduntur in mare:ac quodammodo relinquere italiam ui dentur. Vertice raso. quemadmodum serui accepta libertate raso capite pilea accipiebant:& rei absoluti iouem tōsi salutabant:sic nau tas elapsos periculo rasis capitibus in solatium mali commemorare quæ passi forent accipere debemus. Linguis animisque fauete. Plinio auctore cum maxima uis uerborum sit in sacrificiis unum a liquem præponebant qui fauere linguis iuberet:quod uerbum Sene ca exponens ait. Non ut plerique a fauore trahitur: sed imperatur si lentium:ut rite peragi possit sacrum nulla mala uoce obstrepente.

Farra imponite cultris. mollam intellige:quæ ex sale & fruge hor na & aqua fiebat: ea enim cultri & frons uictimæ:ut Seruius tradit. a spergi solebant. Coronas.coronæ ut tradit Plinius deorum honos erant & lariū priuatorū publicorūq; hinc lares coronatos p̄sæpe legi mus ī historiis. Glebāq; uirentē.cespitē iubet extrui. Oēs uiolæ ia.co. tres uiolarū colores tradit Pli.purpureæ luteæ sūt & albæ. Co lumella quoq; de duobus generibus hæc ait.

Tunc quæ pallens humi quæ frondes purpurat auro.

Alba:
Sumen
Baianus por tus
turres phari
Sostratus Gnidius
Claudius
Serui raso capite lilie
Quid fauere linguis
Mola
Coronati la res
Violæ colo res tres

rat auro; Ponatur uiola. Et alibi. Candida leucoia: idest alba uiola;
Operatur. operari est diis sacrificare. Virgilius. Lætus operatus in herbis. Tam sterili. ironicos dixit & ostendit se soluturum uota non spe hæreditatis: quando catullo adsint hæredes; Sed ueræ beniuolentiæ gratia. Galita. orba mulier diues quidem cuius mentionem habemus apud Tacitum. Coturnix. auis ea est: quam uulgus qualeam uocat græce dicitur ortyx: de quo nomine si quispiam addubitauerit adeat plinium abs quo uerissimam hanc nostrã interpretationem discet. Tabellis. eorum qui uota susciperent & nuncuparent. nam in porticibus deorum tabellæ suscipientium & nuncupãtium uota affigebantur: ut apud Plinium & Suetonium legimus.

Coturnix
Ortyx

Hecatomben. sacrificium centum boum: hecatombe dicitur a numero uidelicet uictimarum: uel quia (ut auctor est Eustathius) cẽtũ peloponnesi urbes id faciebant: & a numero sacrificãtiũ composita est dictio. Furua gente petita. ab æthiopibus indis atque mauritanis. Arboribus rutulis & turni pascitur agro. existimo hæc dixisse Iuuenalẽ; quoniam in Italia suo tempore elephanti generabantur: quod ne incredibile cuippiam uideatur: columellæ uerba subiungã india perhibetur molibus ferarum mirabilis: pares tamẽ in hac terra uastitate beluas progenerari quis negetur: tamen intra menia nostra natos animaduertamus elephantes. Annibali. qui secundo bello punico elephantes in Italiam duxit. Regique molosso. pyrrho epirotarum Regi: cuius bello primum italia uidit elephantos: & boues lucas appellauit: in lucanis uidelicet uisos anno urbis (ut Plinius scribit. cccclxxii Vnde Ausonius ut lucas boues olim resumpto prefероces prælio: fugit iuuentus romula. Illud ebur. pro elephanto ebur posuit contra elephantum: pro ebore dixit Virgilius.
Altera candenti perfecta nitens elephanto.

Hecatombe

Elephãtes ĩ italia nati
Columella

Luca bos
Ausonius

In prælia turmam. legimus in historiis elephantes in pugnam gestasse turres cum pugnatoribus. Nouiũ & histrum. captatorum nomina. Diis captatorum. neq; enim alia uictima captatores deos propiciare debent: ut magnam hæreditatem assequantur. Imponet uittas. quia imolanda hostia uittis ligabatur Virgilius.
Vittæque deum quas hostia gessi. Iphigenia domi. sensus filiam uouebit pro salute amici orbi: quam & sacrificabit exemplo Agamẽnonis: qui filiam ad placandam Dianæ iram iussit imolari: Dea uero pro puella ceruam supposuit Sophocles in tragœdia: quæ inscribitur Electra: quam alii iphigeniam dixerunt iphianassam nominat; Sic & Euripides. Ergo quanuis captator non speret filiam saluari: Tamen illam sacrificaturus est. Libitinam.

Iphigenia

Sophocles

Libitina

in templo libitinæ ad funus necessaria parabãtur. Vnde & libitinarii: ut supra diximus. Carcere nassæ. ut Festus tradit nassa piscatorii uasis genus: quo cum intrauerit piscis non potest exire. Plautus. nũq̃ ex illa nassa hodie escam petam: & est familiaris poetarum metaphora: ut pisces pro orbis ponant. Martialis.

Nassa
Plautus

Et piscatorem piscis amare potest.

Horatius.

Pelliciantq; senes quos in uiuaria mittant.

Nam & in uiuariis clauduntur pisces. Mycenis. gentile nomen forma patronymica factum. Rapuit Nero. tradit Suetonius Neronẽ iam exhaustum & egentem calumniis: rapinisque intendisse animũ: & primum multorum testamẽta ad fiscum pertinere uoluit: ac læsæ maiestatis reos perquisiuit: & cum delegaret officium: semper adiiciebat. scis quid mihi opus sit: & hoc agamus ne quis quicquã habeat: ultro templis compluribus dona detraxit: simulacraq; ex auro uel argento fabricata conflauit.

Rapinæ Neronis

Enarratio Tertiædecimæ Satyræ.

E Xemplo quodcunque malo cõmittitur ipsi Displicet auctori. Ostendit nocentiũ mentes occulto semper supplicio cruciari: & si plerunque sceleris gratia doloso hominũ iudicio fiat. Nam ut ille dixit: conscientia mille testes. Solatur autem his rationibus qui impatientissime ferebat abiuratam pecuniam. Cõmittitur. male agitur peccatur. Auctori. factori. Prætoris uicerit urnam. Seruius exponẽs illud Virgilii. Quæsitor minos urnam mouet tractum hoc esse ait ex more romano: Nam tempore quo causæ agebantur: conueniebant omnes: unde & concilium ait. Et ex sorte dierum ordinem accipiebant. Vt post diem trigesimum suas causas exequerẽtur: unde est urnam mouet. Et Iuuenalis ĩproba quis gr̃a fallacis prætoris uicerit urnã: ex quo sẽsu colligimus præto

Caluinum

Mos Ro. In iudiciis

Pedianus

Quæsitor
Sortitio
Reiectio
Cognitio

Fonteius

Pyxis celia
na

Thebæ

Dictare
Sportulam
Bulla

rum fraude quorum arbitrio iudicia fiebant:causasque quæ sortito egrediebantur differri solere:& crimina plerunque ignosci. Pedianus uero aliter Virgilianum illud enarrat secundum aliam iudiciorum consuetudinem. Nam Virgilius inquit. Minoem iudicem apud inferos tanquã si prætor sit rerum capitalium quæsitorem appellat: Dat ibi sortitionem:ubi urnam nominat. Dat reiectionem iudicum: cum dicit cõcilium uocat. Dat cognitionem:cum dicit uitasque & cri crimina discit:ex quibus Pediani uerbis elicietur hic sensus: cum in urnam iudices missi essẽt:permittereturque accusatori: & reo ex illo numero ut reiicerent:quos putarent:aut sibi inimicos: aut ex alia re incommodos fore:reiectiõe facta subsortiebatur alios prætor: ut scilicet legitimus numerus compleretur: non nunquam fraude prætorũ supponebantur iudices qui corruptissimi iudicarent: id quod in sortitione iuniana accidit:ubi iunii prætoris dolo(ut fama erat)damnatus fuit opianicus. Ergo quãuis prætoris gratia in iudicum sortitiõe urnam uicerit:tamen nemo nocens absoluitur. Fonteio consule: fonteium quendam habemus:cuius causam egit Cicero apud Tacitum plinium & Suetonium legimus consulem fonteium sæpe fuisse: sub cuius cõsulatu natus sit caluinus haud facile dixerim Victrix fortunæ sapientiæ. sic Virgilius. Et fato rerum prudentia maior: atq; secundum eos loquutus est qui uolunt aduersos casus instãtes atq; iminentes nostra prudentia posse uitari & ĩterim superari. Pyxide: ueneno in pyxide condito:ut apud Quintilianum in illa pyxide celiana:hoc est qua celius accusatus fuit uenenum parasse clodiæ: Vt extat apud Ciceronem in oratione pro celio: Quæ uerba deprauata sunt a correctoribus. Nam pro pyxide apodixe legitur. Thebarũ portæ. boetiæ thebæ septem habuisse portas traduntur. Vnde dictæ επτα πυλει: idest septem portarum ad differentiam Aegyptiæ thebæ fuerunt: & thebæ υποπλακιοι: a quibus imperauit getion Andromaches pater quæ thebeis a patria denominata fuit. Diuitis. hostia nili:septem nili hostia legimus apud Geographos: Diuitis quia secundum Virgilium.

Viridem ægyptum nigra fecundat harena.

Nona ætas agitur. adeo creuerunt uitia & scelera: ut illa diuisio ætatum per metalla iam desierit:inueniendumq; sit nouum metallũ uel potius noua appellatio ꝓ sceleribus hominũ. Vocalis sportula:quã distribuentes uoce magna ad nomina & dãda & uocãda utebãtur id quod Quintilianus affirmare uidet uituperãs quorũdã ꝓnunciationẽ q ad librarios suos ita respiciunt ut sportulã dictare uideãt.

Dignissime bulla. q ætate senex dignus tñ bulla uideris qua pueri

decorabantur: ut illorum ætas significaretur: eam ætatem alterius regendam consilio. Peieret. falso iuret: a per & iuro: abiecta r & u longa in e breuem conuersa fit peiero: Indigenæ. hi sunt quos græci αυτοχθονεσ uocant. hoc est indegenitos: nec aliunde uenientes: Vnde Virgilius.

Peiero

Indigena

Hæc nemora indigne fauni. Saturnus fugiens. pulsus a filio ioue saturnus: depositoque regno Italiam naue petiit: exceptusque a iano uites colere docuit: unde & uitisator dictus. Nec puer iliacus. Ganymedes quem aquila raptum mensæ ministrum iuppiter fecit. pulsa hebe iunonis filia & Herculis uxore ΗΒΗ græce: latine pubertas interpretatur. Vulcanus. in primo iliados legimus Vulcanum diis pocula ministrare: risumque excussum conuiuiis ministro claudicãte: Claudus enim fingitur Vulcanus & ĩ lypara officina habuisse ĩ qua fulmina ioui fabricaretur. Triste imperium profundi. maris quod Neptuno per sortem datum obtigit. Sicula cum cõiuge pluto. ex Sicilia pluto proserpinam raptã abduxit: quam postea uxorem sibi esse uoluit. Nec rota. ixionis supplicium. Furiæ. alecto tisiphone & megera. Saxum. quod sisiphus uoluit in summum montem.

Saturnus

Ganymedes

Hebe

Vulncanus minister deorum

Vulturis. ticii iecur uultur apud inferos per diem depascit. Sacræ. lanugo senectæ senectuti semper maximos habitos fuisse honores scribit Valerius. Tuscis libellis. quia a tuscis artem didicerunt prodigiorum procurandorum. Lustrari. expiari. Coronata. aut uitata: aut coronis impedita: Bimembrii prodigi. loco bimembres pueros habitos & iussu haruspicum sæpe in ĩsulas deportatos tradit Liuius. Piscibus inuentis. & enim prodigiosum hoc fuisset. Foetæ mullæ. mullæ quod sint tertium genus non pariunt in annalibus: tamen Romanis mullas sæpe peperisse lectum est: sed semper in portentum lapides effuderit. Imber. Liuius & Valerius maximus sæpe referunt pluisse lapidibus. Longa uua. ostenta faciunt apes: ut Plinius ait: priuata ac publica uua dependentes in domibus tẽplisque sæpe expiata magnis euentibus. Casini examen apum ingens in foro consedisse tradit Liuius. Gurgitibus miris: ceretes quoque is auctor est tempore secundi belli punici aquas sanguine mixtas fluxisse fontemque ipsorum Herculis cruentis manasse sparsum maculis.

Bimẽbres deportati

Vua apium

Prodigia

Tarpeia flulmina. ioui qui in arce tarpeia colebatur fulmĩa attribuebantur. Framea. teli genus. Cirrei. uatis apollinis qui ĩ cirra colebatur. Pater egei. hoc dicit quia Neptunus (ut fabnlæ ferunt) Egei pater fuit. Armamentaria. repositorum armorum & fere naualium armamentarium dicitur ab armamento deductum nomen. Plinius armamentario mille nauium confecto. Sinciput elixi. sinciput (Vt alio loco declarauimus) est semi caput quotiens esui

Armamentaria

Sinciput qd

paratum est:& fere de porco sincipũt legitur. Plinius sincipita uerri
na Macrobius sinciput aprugnum: obtestatio est ad ius iurandi fidẽ.
Phariocꝫ ma.a.acetum. ægyptium siue niliacũ non in postremis

acetũ phariũ

habitum fuisse docet Martialis hoc disticho.
Amphora niliaci non sit tibi uilis aceti.
Esset si uini uilior illa fauet.

Sistrum

Irato feriat me.l.sistro. sistro isis utebatur quæ irata uariis mor

Persius

bis peierantes atticere solebat:& in primis oculos lædere Persius.
Tum grandes galli & cum sistro lusca sacerdos: Incussere deos inflã

Vomica

tes corpora. Phthysis. morbus quo tabescit pulmo. Vomica.tu
mor est excrescens saniem frequenter emittens. Vnde & apud Pliniũ
metaphoricos lapis legitur uenis: cuius uomica liquoris æterni argẽ

Plautus

tum uiuum appellatur:& apud Plautũ festiue satis: crumenã a collo
dependentem & pecuniis repletam ferens seruus sagaristio ĩterrogã
ti texilo quid hoc in collo tibi tumet respondet uomica est pressare

Anticyra

parce. Nam ubi qui mala tetigit manu dolores corruũtur. Anticyra

Eleborus

insula est in qua eleborus olim tuto sumebatur: eratcꝫ duplex albus
& niger. Vnde quotiens insanum hominem significare uoluerunt an
ticyra egere scribunt ad remediũ insaniæ. Horatius.
Si tribus anticyris caput insanabile nunq̃
Tonsori licino cõmiserit. Et Persius Anticyras melior sorbere mera

Olympiõicæ

tas. Pisææ ramus oliuæ. olympionices hoc est uictores ĩ olympiis
qui ludi iuxta Pisam & elim ciuitates arcadiæ fiebãt: oleastri corona
donatos legimus: cursucꝫ potissimũ certabant. Vnde uelocis gloria

Stentor

plantæ. Vt stentora.u.p: stẽtor ab Homero ĩducitur uocalissimus
cuius tantus erat uocis sonus: quãtus aliorũ quĩquaginta: ut hoc uer
su habetur ςεнτορι εισαμενι μεγαλητορι μεγαλοφωνω:
οσ τοσον αυδησασ χοσοη αλλοι πεντηκοντα.

Eustathius

Quod exponẽs Eustathius ait stẽtora quidã arcada sunt qui thracẽ
fuisse scribant:& cũ Mercurio de magnitudine uocis certasse:& ab eo
interfectum. Inuenisse traditur ex choclea tincturam: uel ut alii uocẽ
per chocleam in pugnis: dicitur & ςεντοριοσ λογοσ: idest sermo stẽ

Mars

toris sonantissimus. Vel.p.q.gr. homericus. Mars accepto uulnere
a diomede tam ingẽti uociferatione exclamauit pro dolore: ut ĩ quĩ
to iliados legitur. Quanta nouem decem ue miliũ hominũ pugnam
ineuntium ess&: ita ut græci simul ac troiani territi contremiscerent
Recte igitur exclamantem caluinũ cõparat stentori & marti qui su
pra omnium hominum uires exclamarũt. Labra moues. finxerũt
poetæ iouem hominibus iratum solere acclamationibus uti. Persius

Omentum

at sese non clamet iuppiter ipse. Omẽta. omentum (ut plinius ait)
Est illud tenue pingue: quo integũtur uentriculi: atcꝫ ĩtestina omniũ

animantium: præterq̃ oua gignentium. Alba. uel proprium omeri epitheton: uel ad illud respexit quod supra dixit: cãdiduli diuina to macula porci: Statuamq; bathylli. in samo ionia: quæ insula mo dica in mari icario conspicitur: ante Iunonis aram bathylli statua fu it a policrate tyranno dicata: qua nihil unq̃ effectius cognitum fuit: describitur autem ab Apuleio uerbis per pluribus effigies habitus & status citharedici adolescentis: quem quidam ab anacreonte amatũ ferunt: & de hac statua intellexisse poetam affirmamus: quando in templo deæ staret. Stoica dogmata. quæ græci dogmata di cunt Cicero Seneca & Apuleius latine scita decreta placita atq; cõsul ta interpretantur. Vnde miror quosdam ex nostris accipere dogma ꝑ doctrina siue disciplina. Fit autem a græco Δεκω: hoc est sentio: Sũt igitur dogmata: (Vt supradicti auctores scribunt) uniuscuiusque sectæ decreta: quæ ut Ciceronis est sententia prodere scelus est: non minus q̃ patriam. Vnde Laertius ait: sectam eam non appellari: quæ dogmata non habet: nec infestiue hoc nomine Martialis papilum no tauit sic ab eo quærens.

statua bathyl li

Apuleius

quid dogma lat.

Laertius

Tu qui sectarum uires & pondera nosti:
Dic mihi precidi papile dogma qnod est.
Idem quoq; auctor alio loco ait.
Quod magni thraseæ consumatiq; catonis
Dogmata sic quæris: uiuus ut esse uelis.

Hic addendum uidetur omnem de moribus uiam atq; ratione in par tes duas distribui dogmaticam & paraneticen: ut ĩ libris ciceronis di ligens lector conspicere potest. A cynicis tunica distãtia. Augusti nus ĩ libris de ciuitate dei tradit ex Varrõis philosophia se collegisse dogmata fuisse solo habitu inter se diuersa. Quidam enim summũ bonum in uirtute sola ponebant quales cynici: in quorum habitu di scretio erat. Vsi autem sunt duplici pallio: quam ueste primũ gessit Antisthenes: uel ut alii Diogenes: de quo hæc Horatius.

Dogmatica parenetice

Philosopho rũ differẽtiæ in habitu

Contra quem duplici panno patientia uellat:
Mirabor uitæ uia si diuersa decebit.

Quod exponens Seruius pro duplici panno abollam ĩtelligit: & recte quidem. Nam & Martialis. Cynico dat abollam. sic Cerea quẽ nudi tegit uxor abola grabati: Cui dat latratos obuia turba panes. Et hic erit sensus audi præcepta consolationis meæ: quæ non de dogmatis philosophorum: sed de usu communis uitæ habentur. Epicuri. pri mus epicurus athenis intra urbem hortos habere instituit: nam usq; ad eum: moris non fuerat haberi rura. Plantaribus. plantare dicit quod in planta est: uel planta quæ cum ipsa terra transfertur. Vel discipulo. c. phi. malum tuum non est adeo graue: ut prudentissimi

Abolla

Plantare

Philippus A lex. medicus

Syngrapha Chirographum

medici remedia poſcat. ſed uel a diſcipulo philippi curari poteſt: & reſpondet ſuperiori ſenſui de philoſophorum præceptis quibus non ſit ſanandus dolor caluini. De philippo Alexandri medico ĩtellexiſſe arbitror Iuuenalem: cuius cura magnus Alexander ſæpe ſanatus eſt huius quoq; fidei committere tunc corpus auſus eſt: cum ab eo cauẽdum eſſe per litteras amicorum cognouiſſet: Chirographa: inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc ĩtereſſe tradit Pediãus: quod in chirographis tantũ quæ geſta ſunt ſcribi ſolent. In ſyngraphis etiã contra fidem ueritatis pactio uenit: & non uumerata quoq; pecunia: aut non integre numerata pro temporaria uoluntate hominũ ſcribi ſolet: Sardonicus lapis. de quo multa ſupra dixĩus illud addimus nomĩatiuum latinum: & genitiuo græco factum: qui eſt ſardonicos.

Cuſtoditur. ãnulus quo priſci ſignabant cum dabatur ut res rara & ad iniuriæ uſus indigna: uelut ex ſacrario promebatur (Vt in naturali hiſtoria legitur: uocabaturq; ſignatorius ãnulus. Loculis eburnis. de quibus hæc legimus.

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet: argentum uilia ligna ferunt.

Grãdia templi pocula. in templis (ut in hiſtoriis legimus) pie & religioſe ſeruabantur dona a regibus uel populis miſſa: quibus opulẽtiſſima habebantur templa. & ea in primis ubi edebantur oracula: unde theſauros ingentes legimus fuiſſe in templo delphici Apollinis & iouis hãmonis. Bracteolam. aurũ & cætera metalla primo cudẽdo in laminas craſſiores diſtenduntur: tũ in bracteas tenuantur: quibus inaurari ſimulacra & alia ſolebant: ſed unguibus plerũque auferebatur bractea. Martialis.

An magis aſtuti deraſa eſt ungue miniſter.

Bractea apud Suetoniũ inuenimus ſeruum qui bracteã deraſerat fuiſſe dãnatum. Cuſtos gallicus: hic quæſitor fuit rerũ capitaliũ ĩ urbe: in cuius domo de criminibus inquiſitiões fiebãt. Quis tumidũ gu. m. in al. alpinæ quædã ſunt gentes: quarũ gutur intumeſcit aquarum: quæ potentur uitio (ut Plinius tradit. Meroe. ægypti pars interioris: quã uelut ĩſulã nilus ambit in hac ſupramodũ mãmoſas fuiſſe mulieres geographi tradunt: & ĩ primis Mella põponius. Cerula quis ſtupuit germani. germanorũ lumia cerula eſſe & comas flauas eoſdẽq; cirratos quotidie uidemus. Cornua. ꝓ capillis cornua poſuit ſecutus Homerũ. Cirrus. capilli depẽdẽtes: atq; perinde criſpati quales picus martius & grues in capitibus gerũt. Thracũ uolucres. grues ꝙ ſtrymona flumẽ thraciæ frequẽtẽt thracum uolucres appellãtur. Pygmeus bellator. ex plinio habemus ĩ extrema parte mõtiũ indiæ pygmeos habitare ternos dodrãtes nõ excedẽtes ſalubri

Tumor gulæ
Mãmoſæ mulieres
Cirrus
Pygmæi ubĩ

cælo semperq; uernante: mõtibus ab aquilone oppositis: quos a grui bus infestari homerus quoq; prodidit. Fama est insidentes arietũ: ca prarumq; dorsis armatos sagittis ueris tempore uniuerso agmine ad mare descendere: & oua pullosq; earum alitum conficere: ternis eam mensibus expeditionem confici: aliter futuris gregibus nõ resisti: ca sas earum luto pennisq; & ouorũ putaminibus construi aristoteles ĩ cauernis pygmeos uiuere tradit: Pede altior uno. hæc mẽsura græ ce spitame dicitur: hoc est dodrãtes tres. Quorũ precordia. de uir gilio sumpsit qui ait.

Spitame

Sin has non possim naturæ accedere partes
Frigidus obstiterit circum precordia sanguis.

Thaletis. unus ex septem sapientibus thales. Dulciq; senex ui cinus hymeto. socratem dicit athenis natum: qui hausto suco cicutæ periit. Dulci hymeto allusit ad mel hymettiũ: de quo Martialis.

hymettus

Hæc tibi thesei populatrix misit hymetti:
Pallados a siluis nobile nectar apis.

Hymettus uero mons est atticæ. Accusatori. socrates duobus ma xime accusantibus Melito & anito dãnatus est. Pythia uates. hoc exẽplũ quia de Herodoto sumptum est: ut apud ipsũ historicũ legit: ita referet. Glauco epicidis filio qui ĩter oẽs ætates illius iustissimus habebatur cõsulenti an horco. i. iureiurãdo pecuniã prædaretur: quã apud se depositã a quodã milesio filii eius reposcebant: his uersibus Pythia respõdit. Glauce epicidides equidẽ expedit ad breue tempus sic horco uicisse interuertisse numos: deiera & euorcũ quoniã manet exitus idẽ: Ast horci natus qui noĩe: qui manibus: qui nullis est pedi bus rapide aduenit usq; adeo dum cõuoluẽs oẽm prodat prolẽq; do mũq; cũ sobole euorci: melius sed postea agetur: his auditis glaucus ueniã sibi eorũ quæ dixisset ut daret deũ obsecrabat: cui pythia ĩqt idẽ pollere tentare deum & facere tunc glaucus accitis milesiis hospi tibus pecuniã reddidit glauci nunc nulla superest: neq; soboles: neq; domus quæ illius censeatur: Sed & sparta radicitus extrita est: ita bo num est nihil aliud de deposito cogitare: q̃ ut repetẽtibus reddatur.

Hymettium mel

Pœna cogita ti sceleris

Adyto. secretior & penitior delubri locus adytum græce dicitur: quasi inaccessibile. Albani ueteris. albanum uinum preciosũ sẽp est habitum. Sacra & maior imago. Idẽ Virgilius de creusa: Et no ta maior imago. Nõ quasi fortuitus. fulmina quæ fortuito descẽ derent & nihil significarent bruta dicta fuisse scribit Plinius: & uana utpote quæ nulla eueniãt rõne naturæ hispercuti montes: his maria oẽsq; alios irritos iactus. Sed iratus cadat ĩ terras. fatidica hæc ful mina ex alto quæ ueniũt statutisq; causis: & ex suis syderibus. La teris cũ febre dolorẽ. dolor lateris latine dicitur morbus: quem græci

Adytum

Brutafulmĩa

Fatidica fulmĩa:
Dolor laterũ

pleuresim appellat. Vnde & pleureticus apud Plinium: quo modo ra ptum fuisse Crassum oratorem egregiũ: Scribit Cicero in tertio de o ratore. Attrita de fronte. Sic Martialis.

Perfrica fron tem

At cum perfricui frontem posuiq; pudorem
Hinc natum prouerbium perfrica frontem. Et Pli. in prologo na. hi: Perfricui frontem & nihil perfeci. Quintilianus perfrica frontem. & dic te erubescere non posse. Maris ægei scopulos. ægeũ mare plu rimis insulis consperfum: cui nomen dedit scopulus inter æntium & chium uerius q̃ insula: & nomine ac specie capræ: quæ a græcis ita ap pellatur repẽte e mari exiliens. hæc plinius. Tyresiam. nõ dixeris cæcum qualem poetæ scripserunt fuisse tyresiam cui irata iuno ocu los ademit.

Vnde mare ægeum

Enarratio Quattædecimæ Satyræ

P Lurima sunt fuscinæ. Docet in hac satyra parẽtibus imputandum esse si filii minus probi fuerint: quos nuptiis & uotis quæsitos: nũc malis præceptis: nunc indulgentia nimia corrumpi sinunt: quãdo (ut terẽ tiana est sententia) ut quisq; suum uult esse: ita est. Eadem mouet arma fritillo. fritillus uel capsula est in qua tali & aleæ seruantur: uel ipse alueolus: in quo tesseræ uel tali iactantur. Martialis. Hæc est mihi cartha fritillus. Arma autem acci pit instrumenta ludi. Et eodem iure natantes mergere ficedulas. fi cedula auis a ficu nomen trahit. de qua Martialis.

Fretillus

Ficedula

Cum me ficus alat: cum pascar dulcibns uuis:
Cur potius nomen non dedit uua mihi?
Hæ per autũnũ mutant colorem & formam: uocãturq; Melãcoriphi: auctore plinio: adeo placuit hæc auis tradẽte Gelio: ut essent qui ne garent ullam auem præter ficedulã totã comesse oportere: dicitur fi cedula græce sycalis: eodem autem iure quo pater mergebat: sed hac in parte ex sententia Varronis pauca subiungenda sunt de eduliorũ ratione notata. Primum maiores nostri assam carnem comederunt. Secundo elixam. Tertio e iure cõditam: & perinde iucũdiorẽ. Quod genus Cornelius celsus iurulentum appellat his uerbis. Tũ res eadẽ magis alit iurulenta q̃ assa: magis assa q̃ frixa. Apuleius autẽ iussulẽ

Melãcoriphi

Assum
Elixum
Iurulentum
Cor. cel.
Apuleius

tum formauit in apollogia magiæ sic de Ennio scribēs ostēdit qua
liter quisq; piscium assus aut iussulētus optime sapiat. Tribus itaq;
nominibus distinguebatur asso elixo & iurulento: & erit sensus eodē
iure natātes nō assas neq; elixas: sed iurulentas hoc est iure conditas.

Nebulo

Cana gula. patre canescente atq; gulæ dedito. Nebulone parēte
nebulo dicitur qui nebulam obiicit: uel qui leuis est & inanis ut nebu
la. Culina. idem quod coquina. Præcipit. legendum est non pre
cipitat. Syrena. accusatiuus græcus: tres fuere syrenes campaniæ
littus incolentes parthenope lygia & leucosia. Antiphates. lestrigo
num Rex qui in Sicilia in campis leontinis olim fuisse leguntur: uel
ut alii in campania lestrigonum sedes habita est: hi immanissimi fue
re: socios enim Vlyssis uerubus trāsfixos atq; igni assos: ut scribit ho
merus comedere. Poliphemus. cyclops & hic terribilis & immanis
qui item Vlyssis socios dentibus assumpsit: Tortore uocato. ut su
pra diximus: tortores erant publici qui in cædendis seruis operā suā
præstabant. Ardenti ferro. cauterio quo notæ imprimūtur & mor
bi alioquin insanabiles muri solent: Inscripta ergastula. ubi notis
inusti serui & compediti opus faciebant. Orbita. signum decurren
tis rotæ. Brutus. qui morte cæsaris patriā libertatem uindicare ten
tauit: hic ex seruilia catonis uticensis sorore genitus fuit. Vētosa
cucurbita. apud celsum legimus cucurbitam: & per diminutionem cu
curbiticulam eam appellari: quæ nunc uulgo uentosa dicitur: hac utū
tur medici ad sanguinem leui sacrificatione educendum: & item ad
humores diuertendos & erant cucurbitarum genera duo æreū & cor
neū: nec solum ex his duobus generibus: sed etiam ex quolibet alio
recte conficitur hæc cucurbita. In hoc autē latini græcos imitati sunt
apud quos σικυια sicyia utrūq; significat: & cucurbitam quam nunc
anguriam uocamus: & instrumentum medicinale: quod apud Deme
trium phalerea sub ænygmate: Quidam πυριχαλκον pyrichalcon
appellauit in hæc uerba ανδρα ειδον πυριχαλκον επανερικολ/
λησαντ: hoc est uirum uidi cucurbitam uiro cōglutinantem quippe
æream cucurbitam & accensam per pyrichalcon significans. Vasa
aspera. sculpta quæ & anaglypta græce a plinio & Martiale dicuntur
Nec mensis anaglypta de secundis. Semodio scobis. sine r scobis
legēdum est: ut sit nominatiuus scobs: & est scobs id quod ab aliqua
materia minutissimum decidit: dum uel per serram secatur: uel per
terebram perforatur: nec non ex atritione laterum scobs habetur qua
frequenter ad metalla & pauimenta tergenda seduli ministri utun/
tur. hoc idem signat Horatius in sermonibus. cum dicit.
Vilibus in scopis in mappis in scobe quantus.

Syrenū noīa
Antiphates
Lestrigones
Cauteriū
Ergastulū
Cor. cel.
Cucurbita
Cucurbiticu
la
Sicyia
Auguria
Demetrius
Pyrichalcon
Anaglypta
Scobs quid
Horat.

Consistit sumptus neglectis flagitium ingens.
Ten lapides uarios lutulenta radere palma..

Heliogaballus
Scobs auri
Scobinam
Discobiatus

Legimus item heliogaballum scobe auri porticum strauisse. Varro comici cuiusdam haec uerba enarrans. Scobinam ego illum ac tutum adrasi: scobinam a scobe: quae limatura est factum dicit. Hic nonius discobinatis interpretatur pro sauciis & abrasis & defectis. Priapus quoque apud Virgilium in puellā horridam & pallescentē haec ait.
Nemo uiderit hanc ut expuentem
Quam pro sanguine puluerem: scobemq;:
In uenis medici putant habere.

Scobīa fabri

Plinius nouissimam asperitatem stomachi appropinquantis uentri per decrescentes crenas scobine fabri comparat: est autem scobina fabrile instrumentum: quo arcus praecipue leuantur seruatque adhuc nomen priscum: Sed idem auctor quod graeci πρισμα dicunt semper scobem interpretatur.

Ciconiae honor
Vultur

Serpente ciconia. tantum honorem ciconiis serpentium exitio tradit Plinius: ut in Thessalia capitale fuerit occidisse ciconiam: eadem poena quae in homicidia: Vultur iumento. uultures maxime cadauera appetunt: diuinare item uidetur: & triduo ante aduolare: ubi cadauera futura sunt: ut tradunt Aristoteles & Plinius. quam rem tetigit Plautus in truculento. Iā quasi uulturii triduo prius praediuinant: quo die esuri sient. Famulae iouis. aquilam iouis armigeram consuetudo iudicauit: quoniam haec alitum sola fulmine non exanimetur filios rapto & praeda generose pascit: Nam siquid praedae superfuerit depasto filio id abiicit. haec Plinius.

Caieta

Curuo littore caietae. urbs campaniae caieta ab nutrice aeneae dicta: uel ab καιειν: idest urere quod illic classis Aeneae usta fuerit. Est autem curuum caietae littus. Vnde & nomen urbi: curua enī omnia: Vt Strabo tradit: caietas apellauere lacones. Tibur. in montibus situm est tibur.

Marmor uiri de Lacedem.

Graecis longisq; petitis. marmoribus e laconia petebatur marmor uiride & preciosum: quod scribit Plinius cūctisq; hillarius. Ex Armenia quoque & Aegypto uectum est marmor: atq; e caristo. Graeca ergo erunt marmora lacedemonium atque caristiū: longe petita Armenium & Aegyptium. Fortunae. Romani auctore Plutarcho in eo libro qui inscribitur περι της των ρωμαιων τυχης: hoc est de romanorum fortuna: ut fortunae uelut auctori & dominae atque custodi tanti imperii gratiam referrent: aedes diuersis appellationibus erexere: hinc fortis fortunae muliebris fortunae & reliqua tēpla facta sunt: sed de quo fortunae templo hic itelligit: haud facile dixerim: nisi forte templum fortunae reducis significat: quod Domitianus magnificentissimum extruxit: Idque hoc Martialis epi

aedes fortūae
Fortunae reducis

grammate colligere possumus.
Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late
Templa nitent foelix area nuper erat.

Herculis ædem. hic sine dubio ædem intelligimus herculis quam magno impendio idem ædificauit Domitianus. & ubi se pro deo coli iussit. Vnde idem poeta.

æædes herculis

Herculis in magni uultus descendere Cæsar.
Ad quod respiciens Statius in siluis.

Statius

Et facti modo diuitis molorchi.

Posides. hic claudii Cæsaris libertus in tantas opes euectus est ut ædificiorum magnificentia insanas reliquorum sustructiones superaret: quin auctore Plinio balneas extruxit ī baiano littore: quæ possidianæ uocatæ fuerunt: accepto nomine ab eodem Claudii Cæsaris liberto. Capitolia nostra. aut Romana: aut ad sui temporis capitolium respexit: quod uiteliano bello succensum magnificentius domitianus Cæsar instaurauit. Metuentem sabbata patrem. arguit eos qui superstitionibus iudæorum filios imbuebāt. Nam deuictis iudæis: euersisque hierosolymis iudæa gens profuga: atque in multorum odium & contemptum nata: multos Romæ in sectam suam conuerterat. Qui ut ait Suetonius: uelut professi iudaicam intra urbem uiuebant uitam: Metuentem sabbata. lingua hebreorū quies sabbatum dicitur: quem diem seruātes. Martialis sabbatarios appellauit. Vnde illud quod ieiunia sabbatariorum. Nil præter nubes & cæli numen adorant. Taciti uerbis hic locus enarrandus est. Iudæi mente sola unum tantum numen intelligunt prophanum: qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingat: solum illum & æternum neque immutabilem: neque interiturum pompeius item Romanorum primus iudæos domuit: templumque iure uictoriæ ingressus est inde uulgatum nullas deum effigies uacuam sedē: & inania arcana: hinc merito a Lucano Incerti iudæa dei dicta est.

Posides

Possidianæ balneæ

Vita iudaica

Sabbatum
Sabbatarii

deus sine imagine

Suilla. a sue formata dictio. Suillam enim carnem iudæis interdixit Moses. Arcano uolumine moses. legendum est Moses: non Moyses: quem nō solum sacræ nostræ litteræ: Sed Diodorus & Strabo: legis iudaicæ auctorem & ducem gentis fuisse: cum in iudæā migrarent hebrei: tradunt: huic deus leges dedit: quæ seruabantur in arcanis. Preputia ponunt. hoc est circūciduntur: preputium accipit pro pelle qua glans uirilis membri obducitur: inde circuncisi iudæi ab horatio apellæ & a Martiale recutiti dicūtur. Eadē nisi sacra coleti. transgressis in eorum morem atque legem. Verpos. recutitos

Moses legūlator

Iudæi apellæ recutiti

Verpi

dixerim:& appellat uerpos:utpote decorticatos & pellem non habentes. Virgilius in priapeis.
Nocte uiros peregit una:
Tot uerpas tibi dedicat saligras.
Septima quæque fuit lux ignaua. per septimam quāque lucem sabbatum intellige:quod adeo superstitiose iudei seruabāt:ut irruēte Tito per sabbata arma noluerint attingere illud hic addam diem: quem iudæi sabbatum in circulo ebdomadis appellant latinos saturni diem dixisse. Frontinus in stratagematis diuus Augustus Vespasianus iudæos saturni die:quo nephas eis est:quicquam serie rei agere adortus superauit. Fallit uitium specie uirtutis. ex Ciceronis sententia:uirtus quælibet finitimum hab& uitium: non oppositum. nam auaro liberalis opponitur parcus uero finitimus auaro liberali prodigus. Hesperidū serpens qui peruigil poma aurea in ortis hesperidum seruabat. Ponticus. serpens item quē custodē aurei uelleris in cholchis poetæ tradunt. Incude assidua. perstat in metaphora. nam quia dixit crescant patrimonia fabris:subsequitur commode īcude & camino. Est enim incus ubi aliquid cudimus. Ire uiā. Virgilius Incomitata uidetur ire uiam:& est græca loquutio. Modio castigat iniquo serius quot mensibus dabatur unde uiuerent: quod a mensura demensum dicebatur Terentius demenso de suo. Iniquo. iniusti ponderis aut mensuræ. Persius.
Fregerit eminas areti ædilis iniquas. Mucida. mucore læsa & corrupta. Parte lacerti. hic piscis idoneus ad salsamenta conficienda: seruatq; usque in tēpora nostra nomen priscū:de hoc pisce Martialis
Cum saxetani ponitur tibi cauda lacerti:
Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est.
Minutal. genus edulii quod Persius minutum dixit Papare minutum possis. Conchen. legumenti genus concha uidetur non absimilis lenti:dicebaturq; concha caryca:de qua Martialis.
Si spumet rubra conchis tibi pallida testa
Lautorum cœnis sæpe negare potes.
Græci in masculino genere proferunt hoc legumentum hic conchus: & per diminutionem conchion. Signatam. ut reliquiæ tutius seruarentur. immo a fraude seruorū uindicarentur: signari uasa solebant annulis. Vnde Cicero sicut olim matrē meam facere memini:quæ lagenas etiā inanis obsignabat:ne dicerentur inanes aliquæ fuisse:quæ furtim essent exsiccatæ. Aliquis de ponte. ad pontes mendicare solebāt:ut supra diximus. Phrenetis. legendū est:non phrenesis:& est

Sabbatū dies saturni
Frontinus
Incus
Demensum
Lacertus
Minutal
Conchis
Conchus
Conchion
Signare lagenas
Phrenetis

morbus lædens mentē:& ad insaniam deducens. Quātū sub tatio. tatius cum Romulo regnauit:quo tempore bina iugera sufficiebant in præmiū. Gladiosq; molossos.epiroticos dixit post exactos re/ges iugerum mensura plebi assignata fuit:& ut Columella ait:caius Fabritius & curius dentatus alter pyrrho finibus italiæ pulso: domi/tis alter sabinis acceperunt;qnæ uiritim diuidebantur septem iugera

Septē iugera

A scrobe uel sulco.redeuntibus a fodiendis uineis & arādis agris. Nam fere scrobe effossa feruntur uites:semina uero sulco: q̄q̄ & sul co uites seruantur. Pultibus. ante usum panis(Vt diximus)pulte uictitarūt prisci. Grassatur.furit sæuit: sed proprie dicūtur grassa ri latrones uias obsidentes:gradi siquidē ambulare est. Vnde tractū grassari est:ab ī petu scilicet gradiēdi:hinc uelut honesto uerbo usus est Salust.in præfatione lugurthini belli:qui ubi ad gloriam uirtutis uia grassatur. Indomiti. magni. Marsius. Marsi ultra picenum agrum populi sunt samnites uersus. Hernicus. in sabinis populus a saxis appellatus:quæ hernica sabinorum lingua dicuntur(Vt sentit Seruius)de his Virgilius.Hernica saxa colūt. Sed Macrobius a noīe hernici pelasgi:qui dux fuit eorū.dictos hernicos tradit: quātū ex hi gino cognouit. Vestinus.uestinos cascum laudatissimum Romā misisse memoriæ proditū est.Martialis.

Grassari qd

Hernici ūde

Vestini

Hæc tibi uestino de grege massa uenit.

Perone. calciamētum est pero: Virgilius.Crudus tegit altera pero Peregrina.Seruius exponēs illud in nono Virgilii. Ingēti murice.sic ait.Hāc purpurā uitio fuisse:& dedecori apud maiores constat Iuue nalis.Peregrina ignotaq; uobis ad scelus:atq; nefas quecūq; est pur/pura ducit. Media de nocte.uel noctu:ut est illud Horatii.

Purpūra ui/tiosa

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Aut post mediā noctē. Rubras maiorū leges.apud priscos: quod & in nostra tempora durauit.tituli atq; capita legū rubrica notabāt. Persius. Præsertim siquid masuri rubrica notauit. Post finem au tumni. quo tempore uigilabat.q̄q̄ a uulcanalibus(Vt scribit iunior plinius) uigilare inciperent:ut de plinio lectū est. Aut uitē posce li bello.sensus post libellos legū:aut si legibus discēdis dare operā no/lueris:pete cēturionatū:uel tribunatū militū.Nā ut supra diximus tri buni militū atq; cēturiones uitæ desides:& segnes milites castigabāt.

Rubrica

Initiū uigilā di

Vitis

Caput intactum buxo.hoc est negligētiore cultu corporis te robu stū militē existimet Lelius. Buxo .i.pectine:Martialis:

Pecten

Quid faciet nullos hic inuentura capillos:
Multifido buxus quæ tibi dente datur?

Grādes alas.i.pilos subalaīs:quos uolsellis tolli sepe moliores hoīes

Volsellæ

Attegiæ
Jubebant. Maurorum attegias. attegiæ uidentur esse munimenta: & propugnacula maurorum: & est barbarum uerbum: quẽadmom mapalia & magalia. Castella brigantum. brigantes populi brita/
Brigantes
niæ: contra quos bellum gestum est grauissimum post mortem Ne ronis. Vnde Iulius quidam briganticus est dictus. His tunc imperita bat Regina Catismanda: quæ claudii triumphum instruxerat. Lo
Aquila
cupletem aquilam. aut auream dixit. Nam aquila aurea post Ma rium in exercitu semper usi sunt Romani consules & duces: Aut lo cupletem propter opes bello partas: Soluunt tibi cornua uentrem. Nam multis alioquin fortibus: & duris militibus clangore tubarum
Depsere
uenter soluitur Ablegãdæ tiberim ultra. hortatur ut quacũq; mer ce rem augeat: uel pellibus depsandis: uel corio præparando: quãdo odor lucri ex quacunque re fuerit nares non infester. Nam & Vespa sianus ipse reprendenti filio ꝗ uestigal etiã urinæ commentus ess&: pecnniam ex prima pensione admouit ad nares: interrogans an odo
Lotio
Trãstiberim
re offenderetur illo: neganti: Atqui inquit: tibi es lotio est. Tiberĩ ultra. confectores pellium: trãstiberim officinas habebant: quã rem & hic & Martialis significat. quum ait.
Et detracta cani transtiberina cutis.

Cereris tangens. hoc modo iurabant aram contingentes & pedem diuæ. Metisq; relictis. in plurali numero dixit metis: quia circum septem metas incitabantur equi (Vt Cassiodorus refer. Deciorũ. nota historia. Hi enĩ pro republica se deuouerunt. Dilexit thebas.
Philostratus
Menœcius
si uera est fama: Menœceus philostratus ρυ τοισ ει κο σι: hoc est in imaginibus describit imaginem Menœcei adolescẽtis: qui quum co
Thebæ
gnouisset per tyresiam uatem thebas semper liberas fore: & nunquã capi posse: si illic ipse occubuiss&: ubi cauerna & cubile dracõis erat: libens gladio incubuit clam patre: ut morte sua libertatem patriæ da ret. In thebano agro satis draconis dentibus: ut ferunt fabulæ: armati
Mathematĩ
cus
Genethliacus
homines surrexerunt. Nota mathematicis. prisci mathematicos Chaldeos & genethliacos eosdem esse dicebant: & hi hominum nati uitates contemplantes de uita prædicebant. Tardas expectare co los. ad fata respexit: quæ stamine uitam nostram sortiuntur. Cer uina senectus: cerui uiuaces sunt natura: eorũque uita in confesso: Vt ait Plinius: longa: post centum ãnos aliquibus captis cum torqui
torques ĩ col
lo ceruorum
bus aureis: quos Alexander magnus addiderat adopertis in cute ma gna obesitate: ex his uerbis cõfictum puto id quod de cæsaris cerua ĩuẽta dicitur: ĩ cuius collo torquis erat cũ his litteris. Noli me tãgere: quia Cæsaris sum. Græci uero longam hominis uitã: quotiens signi

ficare uolunt:hoc loquuntur modo υπερ τασ ελαφοισ βεβιωκωσ: hoc est qui ultra ceruos uixit. Quod Mithridates. Rex ponti Mithridates confectionem Antidoti excogitauit: Vt supra notauimus: contra uenena efficacissimam. Ficum atque alias tractare rosas. per ficum autumnum: per rosas uer intellexit: sed alterum annũ significat. Ad uigilem ponendi castora nummi. In foro Romano templum erat castoris: quod ut ex Plauto colligimus: & mercatores: & qui foenore pecunias locabant frequentare solebant: ibique pecunias. quo tutiores essent deponebant: quem morem seruandæ pecuniæ nunc uideo Venetiis seruari. Mars ultor galeamque perdidit. Cæsar Augustus postea quam cædem Iulii Cæsaris ultus est: templum erexit martis ultoris: quod per Iuuenalis tempora a sacrilegis expilatum fuit. Vnde ueluti per iocum ait poeta non esse committendas pecunias marti ultori. Omnia floræ. ludos florales significat iocosos & licentiæ atque lasciuiæ plenos. Martialis.

Nosses iocosæ dulce cum sacrum floræ.

Cereris. cerealia festa. Et cybeles. megalesiacos ludos accipe in honorem cybeles magnæ deorum matris. Iactata petauro corpora: petaurum genus ludi: in quo homines per aera rotarum pulsu iactabantur: fitque a græco ταισ αυρ αισ: hoc est uẽtis & spiritibus: & πετασθαναι uolare: græca est dictio. Vnde Græci exponunt petaurum esse laqueum & asseres quibus domos tegunt Iulius itẽ polux petaurum dicit esse asserculum: in quo uernaculæ galline recubare solent. Pompeius Festus petauristas scribit a Lucilio appellatos a petauro scilicet: cum ait. Sicuti mechanici cum alto exiliero petauro. Elius quoque stilo quod aere uolenr petauristas proprie appellatos a uerbo græco petaurizo. Sed Nonius Marcellus de petauristis sic loquitur. Petauristæ a ueteribus dicebãtur: qui uel saltibus: uel scænis leuioribus mouerentur. Martialis.

Quod si per graciles uias petauri
Inuitum iubeas subire ladam.

Et alio loco.

Quam rota transmisso totiens impacta petauro.

Coricia pupe. idest cilica. Est enim coricus oppidum ciliciæ. Vnde & coricium antrum & coricium crocum legimus. Sacci mercatur olentis. cyminum significat. Persius.

Et olentis grana cymini. Passum & municipes iouis aduexisse lagenas. Passum fit ex uua: quæ in uite retorto pediculo aliquid passa est. Vel quia lectæ uuæ: uitiosisque reiectis acinis super cannas ponantur in sole: per noctem tectæ ne irrorentur: ubique

Tẽplũ castoris

Venetiæ

Mars ultor

Petaurum

Petaurista

Coriciũ crocũ

Passum

exaruerint: acina decepta in dolium congerūt cum musto optimo submersa ubique: combiberunt uuæ seque impleuerunt sexto die in fissellam conferunt & prælo premunt passum tollentes. Hoc genus passi olim laudatissimum: quéadmodum & nunc a creta habebatur. Martialis.

Passum creticū

Gnosia minoe genuit uindemia cretæ

Hoc tibi quod mulsum pauperis esse solet.

Municeps

Municipes autem dixit iouis conterraneas ꝙ in ida monte Cretæ genitus & educatus fuerit iupiter. Est enim municeps eiusdem patriæ: quo nomine tam poetæ q̄ oratores utuntur. Ancipiti fingens uestigia planta. & funambulum & petauristā ītelligere possumus. Carpathium. ab insula carpatho: quæ media est inter rhodum & cretā: carpathium mare dicitur ad ægyptum uergens: cum olim in hanc insulam illatus fuisset lepus: adeo creuere lepores: ut ab iis læderentur ualde omnes īcolæ insulæ: ex quo natum est prouerbium: Vt scribit Eustathius lepus carpathius. Getula. libyca a getulea parte libyæ

Carpathos

Lepus carpathius

Calpe relicta. metæ laborum herculis tradūtur fuisse Abilla africæ in parte: calpe uero Europæ: claustra scilicet utrinꝗ in ipsis faucibus impositi montis: corripuit ultimam huius nominis sua auctoritate Iuuenalis. Herculeo stridentem gurgite solem. legimus apud Strabonem possidonium tradere uulgo dici solem in finitimis oceani litoribus maiorem occidere ingenti cum strepitu perinde ac eo ī profundum incidente in illo restinguendo pelagus efferuescat: quā opinionem sequitur hic & Statius ī genetliaco Lucani. Fœlix heu nimis & beata tellus. Quæ pronis hyperionis meatus: Sūmis oceani uides in undis: Stridoremꝗ rotæ cadentis audis. Tenso folle. pleno marsupio. Tumida aluta. idem pene est quod tenso folle: hoc est turgēti sacculo: Est sane aluta mollior pellis a cuius similitudine piscem alutarium nominat plinius. Oceani monstra & iuuenes uidisse marinos. Scribit plinius Tiberio Cæsari nunciasse legatos olisiponensium ob id missos uisum auditūque in quodam specu concha canentem tritonem. Præterea non esse falsam nereidum opinionem: & morientis Nereidis cantum tristem auditum fuisse: & in oceano gaditano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine ascendere nauigia nocturnis temporibus statimꝗ degrauari qua insederit parte: & circa littus Lugdunensis prouinciæ trecentas amplius bestias miræ uarietatis & magnitudinis reciprocans destituit oceanus: Similiter in santonum littore & arietes & elephantes ac nereides uisas fuisse. Hic itaque erit sensus: ab occidentali oceano rediens hæc monstra a se uisa narrabit. Non unius mentes agitat furor.

Abilla

Calpe

Stridor solis occidentis

Aluta

Mōstra oceani

hoc est multa perhibentur furoris & insaniæ genera. Inde orestes matricida diris agitabatur in ultionem cædis maternæ: & uel in manibus sororis iphigeniæ a qua expiatus tandem atq; liberatus fuit surrepto dianæ simulacro: quod in italiam detulerunt. Hic boue percusso mugire agamenona credit. aiax thelamonis filius cum achillis arma græcorum ducum sententia Vlyssi adiudicata forent: furore correptus: passim per exercitum armenta cædebat existimans græcos esse: duos uero eximios tauros domi alligatos scutica percutiebat: quorum alterum ulyssem: alterum uero Agamemnonem dictitabat de cuius facti nomine tragædia inscripta est a Sophocle αιασ μαςυγοφοροσ: hoc est aiax scuticam ferens. Cornelius Celsus Aiacem morbo correptum insaniæ tradit: ut imaginibus non mente falleretur. Nam duæ sunt furoris species. Quidam imaginibus non mente falluntur qualem insanientem Aiacem: uel Orestem poetarum fabulæ ferunt. Quidam animo descipiunt imagines fallunt. Curatoris eget. insanis aut male rem patriam perdentibus curatores a prætoribus dabantur. & iterdum bonis interdicebatur. Sed familiaris est poetarum sermo de insano hæc dicere. Horatius. Nec curatoris egere.

Concisum argentum: periphrasticos nummos expressit: qui cum titulis facies minutas habent impressas. Nil fascia nigra minatur. Fasciam pro nube posuit in fasciæ modum cælum percurrente. Iulius polux scribit Romanos appellare fasciam quam ipsi περιζοςρα uocitant. Martianus uero quinque Zonas melius a nostris fascias dicit appellari. Pactolus. fluuius lydiæ ducens harenas aureas. Picta tempestate. naufragorum morem expressit: qui naufragio stipem ad uitam emendicabant. Dispositis prædiues hamis. tollitus s cum uocali: hamos autem appellat uncos quibus suspendebant uestes. Electro. est electrum naturale ab arboribus defluens: est & artificiosum: quod fit addito argento in aurum. Quanquam aucto re plinio: id aurum ubi quinta est argenti portio electrum uocatur.

Phrygiaque columna. idest de marmore phrygio: quod preciosũ erat. Horatius. Quod si nec phrygius lapis: nec purpurarum sydere clarior delinit usus. Dolia nudi non ardent cynici. Diogenes cynicus contemptis omnibus in dolio recumbebat: quod ad solis cursũ reuoluebat: accedentemque Alexandrum rogauit ne sibi apricanti a sole obstaret. Comissa. coniuncta compacta. Virgilius.

Portam quæ ducis imperio comissa manebat.

Inde comissura iunctura ipsa. Quãtũ epicure tibi paruis suffecit in ortis. Epicurus & si ĩ uoluptate sũmũ bonũ ponebat tñ tenui uictu cõtentus fuit: Vnde quidã dixere uoluptatẽ animi eum quæsiuisse.

Furit orestes

Furor aiacis

Duæ furoris species

Curatores q bus:

Fascia
Martianus

Electrum

Phrygiũ marmor
Diogenes
Alex.

Comissura
Voluptas epicuri

Socratici

Narcissus

Dion
Egregium factū Narcissi

Quātum socratici cæperunt. Laertius diogenes scribit discipulos qui successere socrati socratici appellatos fuisse primo socraticos: quorū nobilissimi fuere Plato Xenophon & antisthenes: deinceps facti fuere academici & cynici. Quā lex dignatur othonis. Roscius otho qui legem de quattuordecim gradibus & quadrīgētis sestertiis tulit. Duos equites. duplicem censum equestrem: hoc est octingēta sestertia. Crœsi fortuna. quem ditissimum lydiæ regū constat. Nec diuitiæ narcissi. hic ditissimus libertorum Claudii fuit: & ut scribit Plinius: Claudii principatu tres seruitute liberati diuitias īgētes possederunt Pallas Calistus & Narcissus: Paruit imperio. cum post Messalinæ nuptias cū Silio Pallas atq; calistus ignauius & timidius accusationem peragerent: narcissus perstitit: impulsisq; pellicibus: quæ Mesallinam deferrent claudiū perpulit: ut adulterā uxorē morte mulctaret. Sed cū languesceret ira claudii: & rediret in cōiugē amor. ueritus ne pernitiem in accusatorem uerteret: Narcissus prorūpens necem properari a centurione iussit. Ergo huius iussu mulier pempta fuit. Dion uero Narcissum potentissimū inter omnes homīes apud Claudium fuisse tradit: possedisseq; ad quadragies centum sestertia: huic urbes & Reges parebant. Cum uero post claudii mortē iussu Agrippinæ iugulandus foret egregium opus patrauit. Nam ut custos & dispensator epistolarum Claudii erat: ita illius secretas literas ad agripinam: & ad alios priusq̄ iugularetur omnes cremauit.

Enarratio Quintædecimæ Satyræ.

q

Vis nescit uolusi bithinice qualia demens Aegyptus portenta colat. Ostendit ī ægyptiis duo inuicem pene repugnātia esse: hoc est molles animos ex quibus inanis deorum cultus & superstitio feda nascit: & ediuerso tantam inesse illorum mentibus feritatem & rabiosam iram: ut per odium humana carne uescantur in ultionem: uidelicet inimicorum. Sed cum iure parum credibile uideri possit tam inhumanos: & crudeles: alioquin molles populos fuisse: se testem atrocissimi facti perhibet. Crocodilon adorat pars hæc. Crocodilus animal est quadrupes Nili peculiare: terra pariter ac flumine infestum. Vnum

hoc animal terrestre liguæ usu caret: quod hichneumon debellat. nã per fauces ĩmissus hiantes erodit aluum: sed cur colatur Crocodilus hãc refert causam. Diodorus quod nõ solum fluuius ægyptum mu niat: sed præ timore crocodilorum non audeant arabes atq; libyci la trones fluuium tranare. Alii uero referunt quẽdã antiquũ regẽ: quẽ minã dicebant: cũ proprii canes insectarentur: profugisse ĩ paludem meridis: tũ inopinato assumptum a crocodilo ĩ ulteriorẽ ripã delatũ fuisse. Quare ut gratiã pro salute referret ciuitatem iuxta constituit quam crocodilorum appellauit: Tradidit autẽ indigenis ut pro deis hæc animalia colerent: paludẽ uero ipsam in alimẽtũ obtulit. Strabo hæc scribit. ĩ præfectura arsinotica crocodilus colebat̃ & sacer erat ĩ lacu quodam seorsum nutritus: & sacerdotibus mãsuetus: suchusq; uocabatur: nutriebatur autẽ pane: carne & uino quæ a peregrinis affe rebantur ad eiusmodi spectacula uenictibus. Saturam serpẽtibus ibin. ibis peculiaris est ægypti auis a qua didicerũt medici per clyste rem egrotantium aluum repurgare: est autem duplex: nam altera Ci coniæ non est absimilis. altera tota nigra. Inuocant ægyptii ibim con tra serpentium aduentum quam sacrã habent: quia eos interimit: nec non locustas atq; campas. Cercopitheci. in simiarũ genere cercopi theci ponuntur caudas habent: quæ sola discretio est inter ipsos & si mias. Vnde Martialis.

Crocodilus nili

Cur colatur crocodilus

Vrbs Crocodilorum

nutritur Crocodilus

Ibis unde clyster

Cercopithecus

Callidus emissas eludere simius hastas:
Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Nomen est græcum factum ex duabus dictionibus κερκοσ cauda: πιθικοσ simia. Dimidio magicæ resonãt ubi memnone cordæ. ĩ inferiore ægypto quæ in Arabiam uergit haud longe a thebis mẽno nium fuit: ubi colossus memnonis ita fabricatus erat: ut splendente die crepitum emitteret: uelut sponte auroram salutans strabo tradit se una cum elio gallo & amicorum ac militum multitudine: qui cũ eo erant: circiter horam primam sonitum audiuisse: siue a basi: siue a colosso: siue a circunstantibus de ĩdustria factum. Plinius scribit in tẽplo pacis ab imperatore Augusto Vespasiano dicatũ fuisse bassal tem lapidẽ ferrei coloris atq; duriciæ adeo magnũ: ut. xvi. liberi circa luderent. nec absimilis illi narratur: in thebis delubro serapis: Vt pu tant memnonis statuæ dicatus quẽ quotidiano solis ortu cõtactũ ra diis crepare dicũt. Dimidio autẽ memnone: quia ex duobus colossis: ut ait Strabo alterius superiores a sede partes corruerũt fractæ ut fa ma est terremotu: & hic is fuit qui semel ĩ die sonitum quẽdam ictu haud magno efficebat: quod cum præter naturam fieret: uelut ludẽs magico ministerio fieri dicit. Vetus Thebæ. sunt & Aegyptiæ thebæ totæ olim pensiles. Vnde exercitus armatos subito educere

Crepitus a memnone

Bassaltes

Thebæ

Diospolis

soliti reges essent:nullo oppidanorum sentiente. hæc urbs diospolis uocitata est.de qua Homerus.Quis centum portæ portarũ quãq; du centi.Sublimes ĩ equis homines & curribus errant:Et alibi.Nec quot diuitias ægyptia theba recondit. Illic ceruleos.maris pisces ceru leos dixit:sed ad explicationem huius sensus:paucula ex Strabone sumpta subiungemus.Quædam animalia sunt quæ ægyptii uniuer si colunt:quemadmodum ex terrestribus tria:bouem canem felem: ex uolatilibus accipitrem atq; ibim:ex aquatilibus duo lepidotũ pi scem & oxyrinthũ:Sunt alia quæ quisq; seorsum colit:ut saitæ & the bani ouem:latum uero qui oiscis quidam est in nilo latopolitani:lu pum lycopolitani cynocephalum hermopolitani cepum babilonii q sunt iuxta memphim:cepus faciem habet satyro similem cætera ĩter canem atq; ursum:& in æthiopia nascitur:aquilam thebani:leonem leontopolitani capram & hircum mẽdesii:murem aranium atribitæ.

Quæ anima lia colant æ gyptii

Latus piscis

Cepus

Fluminis.nili in quo permulti sunt pisces:sed maxime noti oxy rinthus ledidotus & latus:quin præfectura est oxyrinthus:ubi tẽplũ est oxyrinthi. Oppida tota canem uenerantur:q̃uis uniuersi ægy ptii canem pro deo colerent:tamen cynopolitana præfectura erat:& canum ciuitas:in qua anubis colebatur:& sacer quidã cibus canibus constitutus erat.Diodorus uero siculus his de causis potissimum ab ægyptiis coli canem tradit ꝙ sit ad custodiam utilis:atq; ad uenatio nes idoneus.Vnde & anubin quem pro deo colunt canino capite scri bunt:utpote designãtes ꝙ corporis tutor sit & custos.Alii uero dicũt ꝙ quærenti isidi maritum Osyrim canes duces essent:feras:& occur rentes alios abigentes:& beniuolentia quadam affectos gementes si mul quæsiuisse osyrim.Vnde decretum fuit:ut in põpa isidis canes præcederent. Porrum ac cepe.legimus in naturali historia aliũ ce pasq; inter deos in iure iurando habuisse ægyptios:Sed.A.gelius tra dit Plutarchum scribere in quarto in Hesiodum commentario cepe reuirescere & congerminare decedente luna:contra autem inarescere adolescente eam causam esse dicunt sacerdotes ægyptii cur pelusio tæ cepe nõ edant:quia solum olerũ omnium contra lunæ aucta atq; damna uires minuendi & augendi habeat cõtraria. Lanatis anima libus abstinet omnis mẽsa.saitarum subaudi & thebanorum q oues uenerantur:propterea quod bis parerent & lanis integumẽta corpori lacte uero & caseo alimenta præstarent. Fœtum iugulare capellæ apud mendesios quibus hircus & capra sacri. Narraret ulyssis al cynoo bilem.Vlysses cum eiectus fuisset in littus corcyreum:excep tusq; humanæ ab alcynoo Rege pheacum super mensam astantibus primoribus corcyrensium quæ passus fuiss& in mari narrauit:hoc ẽ quemadmodum per Scyllam & charybdim nauigasset:tum ad lestri

Canũ ciuitas

Anubis

Cur canis co latur

Alium

Cepe

Cur cepe non comedant pe lusiotæ

Ouis sacra

Vlyssesapud alcynoum

gonas deuenisset atq; cyclopas. Mendax Aretelogus. uirtuté tum suam: tum alienam iactans mimus atq; fabulosus Aretelogus dicit: Quod genus hominum Augustus Cæsar cœnis suis frequentius interponebat porphyrion exponés illud Horatii Crispini scrinia lippi: Hæc plotius crispinus philosophiæ studiosus fuit: idé & carmía scripsit: sed tam garula: ut aretelogus diceretur. Concurrentia saxa cyanes. in bosphoro thratio intra ponti fauces duo scopuli uisuntur: quos olim concurrisse poetæ finxerunt: & in primis Pindarus atque Theocritus. Sed quod græci uno uerbo dicũt σινλρομηλασ cõcurrentia appellauit: quæ paruo discreta ĩteruallo ex aduerso ĩtrãtibus gemina cernebantur: paululũq; deflexa acie coeuntium speciem præbebãt: cyanes κυανον græce: latine nigrum dicitur. inde cyaneæ nigræ interpretantur. Plenos & tẽpestatibus utres. legitur apud Homerum æolum tradidisse Vlyssi utré: ĩ quo uenti inclusi forẽt: quos ex arbitrio & commodo suo emitteret: sed socii thesaurum rati resoluto utre uentis exitum fecerũt: quorũ uiolentia per maria iactatus est. Grunisse elpenora porcis. cũ post impetratos socios a Circe a qua tutus fuit auxilio herbæ molyos: quã a Mercurio acceperat Vlysses abiret. Elpenor unus ex comitibus q & ipse sus fuerat: ulyssem sequens casu scalarũ interfectus est: ad qué casum sic alludit Martialis de philostrato.

Pene imitatus obit sæuis elpenora fatis:
Preceps per longos dum ruit usq; gradus.

Percussum uerbere circes. non solum ueneficiis circe hoĩes demutabat: sed & ictu uirgæ. Vnde.

Aurea percussum uirga uersumq; uenenis
Fecit auem circe. Temetum deduxerat. uinum ebiberat deducere diminuere est uino olim temeto nomen fuit. Vnde & cum uerecũdia temulentia appellata est. Consule iuno. quo consule gesta sit res: notauit ad ueritatem. f. facti & non ess& admodum alienum credere: sub hoc in ægypto militasse Iuuenalé. Calidæ referemus mœnia copti. in tentyritica præfectura atq; in ulteriore ægypto coptus ciuitas posita est ad mare rubrum uergens: in quam ut Strabo refer: totũ indicum arabicum æthiopicũq; tributũ: & quod ab Arabico sinu uehebatur: uelut in commune emporium deferebatur. Plinius ait præfecturam fuisse coptiten qui item auctor tradit iuxta oppidũ copton insulam esse sacram isidi: quam ne laceret amnis: hirũdines muniunt opere: incipientibus uernis diebus palea & stramento rostrũ eius firmantes: continuatis per triduum noctibus: tanto labore: ut multas in opere emori constet: ad quod auium opus insulæ munimentum. Papinius in siluis allusit.

Aretelogus

Cõcurrentia saxa

Cyaneæ

Vẽti in utre

Elpenoris casus

Temetum
Temulentia

Coptus

Opus ĩcõditum

Cecropium
Apuleius

Cur uada desidant & ripa cohereeat undas
Cecropio stagnata luto. Et Apuleius in secundo metamorphoseos ꝓphetam scribit ægyptium hoc prefamine opem isidis implorantẽ miserere per cælestia sydera: per inferna numina: per naturalia elemẽta: per nocturna silentia: & adepta coptitica: & per incrementa nilotica:

Adepta coptica

adepta coptitica id appellat quod labore irundinum insulæ accedit. Nullus apud tragicos populus facit. in tragœdiis patres leguntur ꝓprios filios comedisse: aut alium humana carne pastum: sed hanc rabiem fuisse populorum nusquã lectum est. Combos. ciuitas ægypti in qua crocodilus colitur: ut Helianus tradit. Timent enim admodum combitæ hanc feram. quam infestant tentyritæ: qui accipitrẽ colunt: unde in eorum odium combitæ accipitrem crucifigunt: ut scilicet crocodilorum hostes contristent. Igitur merito dixit: numina uicinorum odit uterq; locus. Tentyra ciuitas est inferioris ægypti: unde & præfectura tentyritica dicta est: q̃q̃ plinius uelit insulam esse a Nilo circundatam: in qua habitent homines: qui crocodilos non timeãt imo soli aduersum ire audeant: quin & flumini innatant: dorsoq; equitum modo impositi hiãtibus resupino capite ad morsũ: addita mox claua dextra ac leua tenentes extrema eius utrinq;: ut frenis in terram agunt captiuos. Hanc historiam quidã parũ respicientes: ut ad chronicum iam fere sexenium scripsimus plinii uerba atq; sensum inuerterunt. Blesi. in sermone tardi. Nigro tibicine. ethiope. Odiũ genuinum. naturale a genuino deductum nomen. Nec hunc lapidem qualis se turnus & aiax. Turnus ut apud Virgilium legimus.

Combi
Helianus

Tentyra

Tentyritæ

Virgilius

Cum ænea pugnans: saxum circunspicit ingens:
Saxum antiquũ ingens campo qui forte iacebat
Limes agro positus litem ut discerneret aruis
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent
Qualia nũc hominum producit corpora tellus.

Aiacem item scribit Homerus ingẽtis magnitudinis lapides emisisse & item diomedes æneam percussit lapide: quẽ uix sex homines ferre possent: sed quia supra ueritatem & uires humanas dictũ uidetur θεραπεῖαν: hoc est lenimen subiunxerunt poetæ: cum dicunt. Qualia nũc hominum producit corpora tellus: palmæ: iuxta tentyra auctore plinio palmeta fuere cariotas palmulas ferrentes: decoxit in totum coxit alibi uero creditam pecuniam absumpsit unde & decoctor

Cariote
Decoctor

Domestica seditione. signate loquutus est. Na seditio proprie est intra urbem: & in eadem gente dicitur: quando dissidẽtibus uoluntate & studiis ciuilibus saxis & fustibus potius q̃ telis pugnatur: qualis fuit gracchorum drusi & reliquorum seditio extra urbem uero. & cũ legionibus bellũ ciuile erat: at cũ alienigenis bellũ. Raptũ de parte

Seditio

Ciuile bellũ

prometheus. prometheus ignem ferula surripuit ioui: quem postea mortalibus diuisit: sed iuppiter missa pandora in munus epimetheo ultus est furtum promethei. Nam opera fœminæ aperta est arca: in qua inclusæ stabant uirtutes statim a terra aufugientes relictis mortalibus. Vascones. Vascones populi ulterioris hispanie: quæ ĩ gallicum & britanicum uergit oceanum ĩ cantabrica regione positi: hos in graui obsidione carnibus humanis sustentatos memoriæ proditũ est: quæ tamen feritas ignoscenda fuit ꝙ defecti cunctis alimentis & in egestate diuturnæ obsidionis per famem aliena membra mãderẽt. Esse. comedere. Zenonis præcepta. præcepta dixit ad differẽtiã dogmatum. Fuit autẽ Zeno stoicæ sectæ princeps: & de officio multa præcepit: & in primis quæ pro uita ciuiliter degenda & facere & pati oportere: Cantaber. idest uasco. Nam uasconum saltus in regione cantabrorũ locatur. Antiqui præsertim ætate metelli. aut Metello consule hæc passi fuere uascones: aut ipso metello eorum urbes obsidente quo tempore missus est in hispaniam ad sertorium debellandum. Gallia causidicos docuit facunda britannos. in gallia nobilissimi fuerunt rhetores Vatienus & Statius tolosanus: & hic erit sensus iam ad penitissimas & immanes gentes græcorum artes penetrarunt: quando britãnorum filii in gallis agendarum causarum discant rationem & præcepta. Saguñthus. hispaniæ ciuitas amica & socia populi Romani: quæ obsidente Annibale cũ extrema pateretur: nec nisi per uim capi posset: ciues congestis in publicum bonis igniq; incensis: semet in flammas iniecerunt: ne scilicet hosti quicquam post expugnatam urbem superesset. Meotide sæuior ara. iuxta meoticam paludem templum dianæ tauricæ: ad cuius aram uiui homines ĩmolabantur: sed crudeliores probat ægyptios: qui sine exemplo cæsos homines deuorarent. Taurica. cheronessus taurica magna est figura & magnitudine par peloponesso adhærens hostio meotidis: ĩ colitur a scythis qui tauroscythæ dicuntur a monte tauro qui illic ẽ quam rem & Herodotus in historiis tradit: sed illud sciendum hunc montem taurum alium esse ab eo tauro: quem orientis montem geographi tradunt. Terra mẽphitide. memphis ægypti ciuitas: a qua sæpe uninersa ægyptus nomen trahit. Inuidiam. indignationẽ ad irritandum Nilum. Nolenti surgere nilo. quo inundante ferax fit ægyptus: idcirco accolæ fluminis scelere & inhumana aliqua crudelitate solebant ad incrementa & inundationes irritare: quod diri sacrificii genus primum busyridi: qui regnauit ĩ libya traditum fuisse docet Ouidius in arte amandi.

Dicitur ægyptus caruisse iuuantibus arua:
Imbribus atque annos sica fuisse nouem:

Prometheum
Pandora
Vascones
Zeno
Rhetores galli
Saguñthina clades
Ara dianæ
Taurica
Tauroscythæ
Taurus mõs
Ouidius

Cum trasius busyrim odit monstratq; piari:
Hospitis effuso sanguine posse iouem:
Illi busyris fies iouis hostia primus
Inquit & ægypto tu dabis hospes aquam.

Terribiles cymbri. immanes ac feroces fuisse cymbros in commẽtariis belli gallici legimus: hi per inopiam coegerunt gallos corporibus eorum: qui ætate ad bellum inutiles uidebantur uitam tolerare. Britones. galliæ populi. Sauromatæ: qui & sarmatæ scytharũ gens immanissima. Agathyrsi. populi sunt septẽtrionis: qui partes eas istri incolunt: quæ maxĩe ad boream uergunt: dicti sunt agathyrsi: uel ab agathyrso filio herculis: uel a thyrsis quos ferebant ĩ festis liberi: hæc Eustathius. Hæc nostri pars ultima sensus. ultimã partem lachrymas appellauit: quas pro motu animorum fundimus. Iudices quoq; sæpe ita perturbantur tum oratione dicentis: tum squalore rei: tum fletu pupilli ut a lachrymis non temperent. Dare uela. nilum ut magni tradunt auctores: nunc flictili: nunc plicatili naui gant cymba: utpote ex corio siue papyro facta. Fasellis. nauiculis. Virgilius.

Cymbri

Agathyrsi

Et circum pictis uehitur sua rura fasellis.

Ora puellares faciunt incerta capilli. sic Horatius de gige. Quem si puellarũ insereres choro mire sagaces falleret hospites: Discrimen obscuro solutis crinibus ambiguoq; uultu. Et face dignus archana. in festis cereris non solum matronarum pudicitia exigebatur sed etiam integritas uiri. Nam qui currentes facem tenebant integerrimi & ab omni uicio mundi elligebantur. & maxime in misteriis que silẽtio precipue colebantur: mutorum brutorũ & irrationalium. Tantum animas nobis animũ quoq; hoc interest inter animum & animã: q; anima est qua uiuimus: animus quo sapimus: unde per rationem mutuus & socialis nascitur affectus: ex quo ea parãt quæ ad societatem humani generis necessaria sunt: & ĩ unũ homines cõpulsi relictis siluis & nemoribus domos extruere urbes incolere: demumq; uitã mitiorem atq; ciuilem degere cæperunt. Migrare uetusto de nemore. scribunt poetæ priscos homines primũ habitasse nemora & siluas: tum ut tutius uiuerent urbes muro cinctas: & turribus munitas incoluere. Sed iam serpentũ maior concordia paraphrasticos sensũ plinii expressit: cuius scriptoris uerba sub ũgemus leonũ feritas ĩter se non dimicat serpentium morsus nõ petit serpentes: nec maris quidẽ belluæ ac pisces nisi in aduersa genera seuiũt: at hercule homini plurima ex homine sunt mala. Produxisse cudendo extẽdisse: nescierũt legendum est correpta e contra naturã. sic Virgilius. Obstupui steteruntq; come & alibi. Matri longa decẽ tulerunt fastidia menses

Animus
Anima

Indulsit non omne legumen. Pythagoras samius non solum parcendum brutis iussit: sed nec fabam esitauit. Nam ut Cicero auctor est. Faba corpus inflat: & quærentibus tranquilitatem mentis cōstat esse contrariam. Plinius in naturali historia: fabam dicit hebetare sensus existimatam fuisse. Insomnia quoq; facere ob hoc pythagorica sententia damnatam: ut alii tradidere quoniam mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando utiq; absumitur. Varro etiā ob hoc flaminē ea non uesci tradit: & quoniam in flore eius litteræ lugubres reperiantur. Aulus tamen Gelius sententia Aristoxeni fretus cōtra sentit de faba ꝙ eam præcipue in legumentis pythagoras approbauerit.

Faba pythagoræ

Enarratio Sextædecimæ Satyræ.

q Vis numerare queat felicis premia galle militiæ. Quæ sint militantium cōmoda: & quanta illorū libertas ad gallum scribit. Sed illud ante omnia prefatur militi necessariam esse syderis benignitatem: & fati clementiam: sine qua nec gloriosa: nec utilis militia habetur. Et samia genetrix: martem scribit Ouidius ex Iunone genitum contactis deæ genitalibus flore: quē zephyrus uim generandi habere ostenderat Chloridi uxori quam latini floram uocant: Samia arena. Samon ioniam significauit: ī qua nuptias cum ioue fecit. Vnde hāc supramodum dea amauit: ubi pie in templo opulentissimo colebatur. Est autem insula in mari icario: ex aduersum miletos: ad occidentem eius sita: cuius ager (Vt Apuleius scribit: cum frumento piger sit: aratro irritus: fecundior oliueto nec uinitori: nec oleri scalpitur. Ruratio omnis in sarculo & surculo: quorum prouentu magis fructuosa est insula q̄ frugifera: ex hoc puto a poeta arenam samiam appellatam: quippe significaturo per arenam sterilitatem insulæ. Togatus. ad differentiam sagati & armati. Nam domi toga: belli uero sagis utebantur. Et nigram in faciē tumidis liuoribus offam. hoc dixit quia offæ siliginiæ non modo cōmendabant faciem: sed & sugillatis prodesse feruntur. Bardaicus iudex. hunc magnarum uirium hominem intelligere licet: qui militum iras: atq; minas contemneret: quem clamosum & uehementem ī agendis causis. Martialis notauit.

Vnde mars natus

Samos ionia

Ruratio

Toga sagum

Bardaicus

Lassi bardaici os quod aduocati.

More camilli. camillus instituit: ne milites extra uallum litigarēt: ut semper mandatis consulis contra hostes pugnaturi præsto essent. Cognitio. militum causas centurio uelut præfectus & prætor cognoscit. Omnesq; manipli. manipli proprie militū dicuntur & erāt

Manipuli

in legione manipuli triginta. Dictus est autem manipulus quod im perante Romulo manipulo pro signis uterentur ĩ exercitu: Vnde nobilis poeta in fastis.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Vnde maniplaris nomina miles habet.
Corde uagelli. & hunc improbum: & declamantem rabulã hĩc colligere possumus. Vt qui milites non uereretur animositate sua quæ a corde proficiscitur. Caligatos. a militari caliga caligatus: Vnde dictum est in iure a caligato milite: & caligatum militem accipere debemus. Milia clauorum. claui militari caligæ suffigebantur: ut in historiis legimus: unde supradixit. Planta mox undiq; magna.
Calcar & in digito clauus mihi militis hæret.

Caliga

Claui militares

Absit ab urbe. ab urbanitate ciuili more quippe temerarius & impudens. Pilades. amicus: ut pilades horestem dilexit: Paganũ. rusticum a pagis dictum: unde & pagatim aduerbium apud Liuium per singulos pagos in bel o macedonico. Sacramentorum. eorum militum qui religione auctoritati militaret: & erant hi iusti milites. Nã alii dicti sunt tumultuarii: quando trepidante Italia uicino ĩmo irruente hoste ad arma concurrebatur. Alii fuere euocati qui cõsulẽ sequebantur quotiens diceret Quicũq; uult rempublicam esse saluã me sequatur. Aut sacrum effodit medio de limite saxum. terminũ significat: de quo hæc Tibulus.
Nam ueneror seu stipes habet defossus in agro.
Seu uetus in triuiis florida serta lapis.
Huic sacrificabant agno. Horatius. Aut agna festis cæsa termĩalibus Et in fastis.
Spargitur & cæso cõmunis terminus agno:
Coronatum autem (ut idem poeta ait) domini duo de parte diuersa frugibus: hoc est mola: & concisis fauis aspergebant. Qui lites incohet annus. Seruius in Virgilium sic enarrat propter multitudinem uel tumultum festinantium causæ in ordine dicebantur. Vnde oportebat litigantes annum agendarum litium expectare. Mille tedia. quæ litigantes quotidie patiuntur. Sed militantium causæ extra ordinem agebantur abscisso nempe & celeri iudicio: Totiens subsellia. subselia erant auctore Pediano tribunorum triũuirorũ quæstorũ & huiuscemodi minora exercentiũ iudicia: qui nõ ĩ sellis curulibus: nec tribunalibus: sed in subseliis considebant. Ponente lucernas seditio. magnitudinem actionis significat: quæ per diem peragi nõ poss&: sed ad lychnos accensus audiretur orator: & causa cognoscere tur: aut ut Tertulianus: quia læti ob uictoriam: aut aliam causã diẽ lucernis infringebant: quod nunc Ceditius: ceu plane uictor præparat

Tria militiæ genera

Annus litiũ

Tertullianus

Fori puguamus harenā. metaphora a gladiatoribus qui ī harena di gladiabantur. Et enim qui litigant ita se componunt in pngnā forēsē: quēadmodum gladiatores in harena. Lenta. quia non statim sen/tentia fertur. Res atteritur. patrimonium absumitur. Sufflami ne. mora & inhibitione quadam. Sed hac in parte Iuuenalis comperē dinationem & ampliationem tangere uidetur: per quas in longū cau sæ trahebantur: & de quibus hæc Asconius. Comperendinatio est ab utrisq; litigatoribus inuicem sibi denuntiatio in perendinum diem. Nāq; cum rem aliquam agerent litigatores & pœnas sacramenti pe/terent: poscebant iudicem qui dabatur post trigesimum diē: quo da/to. Deinde inter se comperendinum diem: ut ad iudiciū uenirent de/nunciabant. Quo cum esset uentum anteq̄ causa ageretur: quasi per iudicē rē exponebant: quod ipsum dicebatur causæ coniectio: quasi causæ suæ in breue coactio: alii sic. Inter comperendinationem & am pliationem hoc interest: quod comperendinatio ex una tantum re pe titur: cum ante iudex non intelligeret: & omnino suadebatur iudici/bus bona causa: absoluebant eam: si mala non statim damnabāt: sed hac excusatione parcebant. Nam cum nota condēnādi esset. C. absol uendi. A. ampliandi signum. N. L. dabant: quod significabat non li/quere unde ampliatio nata. Hinc apud Liuium legimus reos multos ampliatos. Et Valerius maximus tradit: interdum octies causas am pliatas fuisse. Non esse in corpore census. peculium hoc castrense dicitur: cuius filius patre uiuo: ius & arbitrium per leges habet. Vnde merito coraunum stipendia merentem pater captat. Castrorūque æra merentem. hoc est militantem: Nam merere: militare est. Luca/nus: Cere merent paruo. Suetonius. Prima stipendia meruit: Vt læ ti phaleris. phaleræ ornamenta militaria: alio uerbo græci dicunt p/methopidas: quibus frons equorum ornatur: declinātq; numero plu rali τα φαλαρα genere neutro. Torquibus. milites item torqui/bus aureis donatos sæpissime legimus. Nā & apud Vegetium. Tor/ques aureus solidus uirtutis premium fuerat: quem qui meruissent præter laudem Interdum duplas consequebantur anonas.

Cōpēdinatio

Causæ cōie/ctio

Ampliatio

Peculium ca strense

Merere

Torques au reus

SATYRARVM IVVENALIS ENARRATIONES A GE/ORGIO MERVLA ALEXANDRINO EDITAE: NO/MINATIMQVE DICATAE FEDERICO DE MON/TEFERETRO VRBINI DVCI INVICTISSIMO.

GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI ADVERSVS DOMITII COMMENTARIOS PRAEFATIO AD MARCVM ANTONIVM MAVROCENVM EQVITEM PRAECLARVM.

c VM ex belgis legatione illa Magnifice: ac prudentissi/me obita in patriã reuersus esses: atq; a publicis negotiis paulo ociosior: studia potius remissa q̃ intermissa repe/teres: petiuisti: Vt quædam ĩ epigrãmatis Martialis tibi parti ignota: partĩ obscura: explicarẽ: ut scilicet arguti & docti poetæ sales atq; ueneres aliquando perciperes: qui ut ex fabula historia & ĩterpretatione dictionis plerũq; trahuntur: ita sine grammaticis percipi & placere uix possunt. Ego q̃q̃ tibi & pro nostra amicicia: & pro iniuncto munere morem gerere debui: tamen ꝙ in summa tunc occu/patione & studiorum: & professiõis essem: ad domitii commentarios Marcum Antonium remisi: ut ex his id intelligeret: quod per me ex/planari uolebat. Nostro igitur consilio librum emisti: quem cum ita legeres: ut ea demũ disceres: quæ cognoscere desiderabas: siue quod pluribus in locis obscurior sit ĩterpres q̃ epigrammata: siue quod ea silentio pretereat: quæ tu exponi cupiebas: quãuis subridens in hoc meo de Chalderino iudicio diligentiam: In consilio uero dato fidem requisiuisti: quippe dicens dum laborem detrecto: te ad eos commẽ/tarios missum fuisse: quos nescias interprete magis an emendatore ĩdigeant: quæ sane uerba uix credidi. Propterea quod hominem ipsũ olim haud multum obtuso ingenio: nec admodum indiligẽtem per/spexissem: huc accedebat quod Romæ uiueret in librorum frequen/tia: & eruditorum hominum concertatione assidua: ut difficillimas quasq; poetarum quæstiones sicut licentius promittit: ita eruditius soluere poss&. Sed dum illius explanationes te poscente transcurro: plurima falso enarrata in multis ita interpretem nugari: ut non latẽ/tes sensus explanare: sed potius aliquid ostentare uoluerit: interim uero uix sibi constare offendi. Quare si te pigebat eius laboris: quem in perlegendis commentariis cæpisses: non minus me consilii studioso patricio dati pœnitebat. Veniam autem petenti te non alio pacto errati gratiam facturum respondisti: nisi quotiens aliquid ob/seruassem: quod ad expositionẽ epigrãmatũ cõduceret: Id annotarẽ

quam rem me facturum tantisper recepi: dum uel ocium superess&: uel casus iuuaret. Ergo cum pauca quædam ex uaria lectione: tam græcorum q̄ nostrorum scriptorum collegerim: ex quibus tacita fe/stiui uatis eruditio. & felix illa iocorum argutia deprehendi ualet ea ad te commode hoc tempore mittere existimaui. quod in Cremensi ista prætura quãuis breue: paulo tamen tranquillius ocium habes. Vt enim magis laboriosum est causas cognoscere: q̄ patriæ consule/re. Ita minus sollicitum atq; anxium habetur: iura populis reddere: quam dum patres regantur: in frequenti senatu sententiam dicere: Sed ut honestius aliena coarguamus: priusq̄ rem aggrediar: ea defē denda sunt: quæ in quibusdã nostris annotationibus: meo suppresso nomine leuissimus homo maligne reprehenderit. Vale. Venetiis. .xii. Kalendas Martias. M.cccclxxvii.

q VID IGITVR PETVLANS ET NIMIAE LI centiæ litterator primum damnat? Nempe ꝙ Fran/ciscum Philelphum in Sapphus uita declaranda: ceu græca ignorē sequutus fuerim: sed quod mihi uitio obiicit id laudi maxime duco: neq; enim gloria sua defraudandi sunt præceptores nostri: quotiens uera docent. Sed minime miror si omnium ingratissimus eius me accusat in quo se plerunq; iactare solet. Quid quod plane hic ignorat quor/sum Francisci philelphi testimonium spectet: illud etiam deprehen/disse se dicit ꝙ filiam: nō filium ex charaxo sappho genuerit: me ue ro pro filia filium scripsisse: quasi non hoc sit frequēs impressorum uitium: qui modo preposteras & inuersas: modo alias pro aliis litte ras collocent: Quam hominum indiligentiam & interim insciciam: uix diligens præfectorum & corrigentium cura emendare potest. Vnum tamen est: quod uelut ignotum: atque abstrusum cognouisse atq; eruisse dictitat super his uersibus.

Franciscus Philelphus

Nec mihi pierides subeunt dryadesq; puellæ.
Nec me thespiadum cætera turba iuuat.

Hoc est triplicem causam dicendi: cum aut furore poetico ageretur aut eum relaxans animum: in siluis sine curis uagaretur inter drya das & hamadryadas: aut cum pueris: quos amabat blandiretur: qui sibi thespiadum & musarū instar erant. Nūc inquit nec pierides

ideſt furor poeticus. Nec dryades: ideſt relaxatio animi in ſiluis inter dryadas prouocant me ad carmen:nec cætera turba theſpiadū: nec amicæ: quæ tertia & reliqua carminis cauſa erant me delectant. Ne litterator egregie de penitiſſimis: ut aiunt muſarum antris hunc ſenſum eduxiſti: dic quæſo an non plena ſunt huiuſmodi dearū appellationibus carmina: ex quibus in tales allegorias quicquam trāſferre: ut ab Euſtathio traditum eſt: parum conueniens ſenſit ariſtarchus: quam nimiam grammaticorum diligentiam: utpote odioſam Seneca & Quintilianus in didymo damnauerunt: porro q̄ contentioſe & inſulſe oppugnas ſuper hos uerſus interpretationem noſtrā.

Aristarchus

Seneca

Quītilianus

Didymus

Et uariis albæ iunguntur ſæpe columbæ:

Et niger a uiridi turtur amatur aue.

Nam quum uim huius comparationis ex præceptis Varronis excuſſerim: hoc eſt per uarias aues: genus illud agreſte columbarum accipi: quod fere eſt albo uario: niteris per abſurde nimis atque illepide probare: per uarias aues pauonem intelligi: parum conſyderans: ſi de columba & pauone intelligeretur a puella inſipidam & parum efficacem comparationem fore. Quippe quæ nec ſupiora: nec rem ipſam: de qua agitur reſpiceret: illud ſane duplex illa comparatio breuiter docet diſpares formas: & diſparia auium genera: ui amoris plerūque copulari: nec deformitatem: aut impar genus amantes a ſe ipſis auertere. Quid enim uult exemplum Perſii & Andromades: aut columbarum diuerſitas: niſi formā in multis haud magni momenti eſſe: īmo hercule cōtra mulierem ſtaret ſua comparatio: Si formoſæ aues quales albæ columbæ: & pauones habentur iungi hac in parte traderētur quod uero ais amicos eſſe inter ſe pauones & columbas: ut naturales ſcribunt: ad præſens negocium non pertinet: abſurde ni mirū omnia exponis: quemadmodum & illud.

Non agitur uento noſtra carina ſuo.

Vt ſub īterrogatione hæc dicat puella. quæ diſceſſu phaonis: & amiſſa omni ſpe potiundi quem amabat: in mare ſe præcipitare ſtatuat: cauillatur & illud.

Si niſi quæ facie poterit te digna uideri:

Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt.

Sic exponens: ſi nullam es amaturus: niſi quæ dignitate formæ tuæ conueniat. Nullam amabis: quaſi dicat: nulla eſt tam formoſa: q̄ tu: Nos contra ad delicias amatoris omnia referenda dicimus: Qui non contentus quotidiana forma: Perquam formoſam optet: in quo maior uis doloris puellæ oſtenditur: ꝙ is īpoſſibilia appetet qui ea ſpernit. Verior itaque eſt hæc ſſentētia teſtimonio

Ouidii confirmatã.

Forma dei munus forma quota quæq; superbit. quasi dicat rarã uel nullã es amaturus: hic ego aliquid subiũgã ex occultis græcorum cõmẽtariis sumptum: conduplicationem istam non tam ad emphasim esse factam ab Ouidio: q̃ ut geminando eadem uerba characterem sapphus demonstraret: quæ ut Demetrius phalæreus auctor est: gratiam suis carminibus εκ τησ ανα διπλωσεωσ quæsiuit. Nam ubi περι χαριτοσ λογου præcepta tradit: de characterẽ saphus: hæc scribit sermonis gratiæ: quæ per figuras fiunt: manifestæ & plurimæ sũt apud sapphon: quemadmodum anadiplosis: ubi nympha ad parthe niam ait: παρθενια παρτενια ποι με λιπουσα οιχη. Quæ respondent ad eam per eandem figuram ουκετι ηξω προσσε ουκετι ηξω: Maior enim gratia apparet q̃ si semel ess& dictum & sine figura: sed cum uir improbus nos insectetur: nostraque iniquo animo perlegat: non tam reddendæ sunt homni uices: ut eum suæ petulantiæ pœniteat: q̃ bonis ac studiosis iuuenibus consulendum: qui plusq̃ conueniat interpretationihus Domitii fidei adhibentes: in grauissimos errores incidunt: in refutandis uero & coarguendis erratis hic ordo seruabitur. Vt proposito de Martialis epigrammate loco subsequente Domitii expositione: statĩ subiũgatur quid nos aut refutemus: aut enarratius explicemus. Martialis.

Character Sapphus

Ordo in refutando

Assiduus iactet nec babylona labor.

Domitius de muris babyloniæ sentit: quos quidam tradidere per annum fuisse absolutos accersitis multorum hominum milibus. Georgius. non recte igitur exponis assiduum laborem multorum annorũ si per annum absoluti muri fuerunt sed potius de horto pensili babyloniæ sentimus: qui & ipse inter septem orbis miracula numeratur: ad cuius irrigationem (Vt Strabo scribit) multa hominum milia addicta erant: Vt merito assiduum illum laborem ad ministerium diuturnum respiciens assiduum dixerit. Martialis.

Hortus pensilis

Strabo

Nec triuiæ templo molles laudentur honores.

Domitius. Molles honores luxuriosi & asiatici. Georgius. imo molles honores accipimus in commendationem: tum artificum: tum statuarum: quæ in templo magnificẽtissimo stabant: qua appellatione æra & lapides frequenter commendari solent. Virgilius.

Molles honores

Excudent alii spiranria mollius æra.

Et Horatius.

Molles imitabitur ære capillos. Philostratus εν εικονεσι de porticu respiciente mare tyrrhenum hæc ηϛραπταμεν ουν και λιθοισ οποσουσ επαινει η τρυφη. hoc ẽ splẽdescebat ãt lapidibus quoscũq;

mollicies commendat. Verba uero quibus niti uidetur non sunt eius scriptoris: sed quæ ipse stulte excogitauit: & temere corrupit: hæc est enim uera plinii lectio: cætera eius operis ornamenta pluriũ librorũ ĩstar optinent: nihil ad speciem naturæ pertinentia: hoc est: ut ego sentio: in quibus nulla est species: aut maiestas rerum naturalium : quæ scribi debeant. Martialis.

Traducta est getulis nec cæpit harena nocentes.

Domitius. gætuli africæ populi. Georgius ausim ego affirmare mẽdosum codicem haberi: & p getulis: ut alias notauimus gethicis: aut gyaris legendum: quando in utrũque locum relegarentur nocentes: nam nimis licenter contra rationem græcam & usum latinorum primas syllabas poeta corripuisset nulla metri necessitate coactus: Est tamen qui corrigat tradita gætulis quam correctionem non improbamus: q̄q̄ ut uera sic frequens lectio sit traducta: nõ tradita. Martialis.

Non falsa pendens in cruce laureolus.

Domicius laureolus tragædia quæ ederetur in theatris de nominata a laureolo qui i eo introducebatur caligula egit laureatũ mimũ: Georgius in constantia loquitur hic interpres. nam si ad laureatum mimum hæc referuntur ut testimonio suetonii probare nititur, & ita esse nos sẽtimus dicat rogo quo pacto tragedia potuit eẽ? cũ mimus ut gramatici tradunt a tragedia plurimũ differat. sed magis insanit dicendo neuium scripsisse laureolum & leontem in carcere. cum in noctibus atticis legatur fabulas eum ĩ carcere duas scripsisse areolũ & leontem: nihilq; res neuii hanc enarrationem iuuet. sed ut a nobis dictum est in illud iuuenalis laureolum uelox ẽt bene lentulus egit iudice me dignus uera cruce. Iosephus iudeus necẽ caligule scribẽs mimum quem laureatum tranquillus appellat iudicem ait fuisse laureolũ. qui cruci suffixus fuit de quo facto mimus confectus est crebro in theatris representatus & potissimũ sub mortem caii caligule miror in super Myrinum gladiatoris nomen ab hoc exponi & eo magis cum testem nullum afferat. relinquit preterea senarium quo epistolam festiue poeta claudit in tactum. Martialis

Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Chald. producunt mentum & rostrum in tantam longitudinẽ pueri ac si esset cornu rinocerotis. Geor. pueriliter de naso puerorum hoc dictum est nam quo pacto mentum & rostrum in tantam longitudinem producere poterant pueri. ut cornu rhinocerotis assimularent: quin potius sic exponebat pueri crispantem nasum atq; repandũ ita formant in derisum uidelicet ut uideantur imitari rhinocerota. qui ut solinus tradit in nare cornu unicum & repandum habet. Martialis.

Gethæ
Gyaros

Laureolus

Nasus rhinoceros

Quod magni thraseæ consumatiq; catonis
Dogmata sic sequeris saluus ut esse uelis.
Chaldarinus. Dogmata disciplinam. Georgius. Si nostros scriptores paulo diligentius reuoluisset: didicisset profecto quid dogmata latini interpretentur: & in primis Cicero in academicis philosophorum decreta: conquirens atq; expendens ait: dogmata latine appellari decreta. Seneca in decimoseptimo epistolarum moralium: Cũ differre doc& decreta philosophorum a præceptis: dogmata latine interpretatur decreta sita consulta atq; placita. Vnde Plutarchus græce: quæ alii dogmata dicunt: ille τα αρεσκομενα: hoc est latine placita dixit Idem de dogmate platonis: & sentit & interpretatur apuleius. Sũt enĩ dogmata decreta quædam: quæ ut Cicero ait nephas est prodere: & quibus non stantibus philosophorum sectæ nec uim nec locũ seruãt ad quod alludẽs hic poeta grauiore morsu papilum lacerat hoc mõ.

Seneca
Dogmata
Decreta
Consulta
Sita. Placita.
Apuleius

Tu qui sectarum causas & pondera nosti:
Dic mihi precidi papile dogma quod est.
Solet enim festiuus poeta non nihil de philosophia sumptum ĩ sua epigrammata transferre: dicerem quo pacto differant decreta a præceptis: nisi alibi a nobis hoc tractatum foret. Martialis.
Sextiliane bibis. Et paulo infra. Aera nec a cuneis ulteriora petis.
Chaldarinus. Cuneus multitudo ĩ spectaculo: quæ ordine nõ sedet. Georgius Vitruuius cuneos suppositos cellis in theatro tradit ita ut non minus alti semipede sint: in ea parte quæ spectat ad scænam: Sũt que sedes in theatris: de quibus alibi idem sic ait. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur. Et Virgilius. Hũc plausus hiantem p cuneos geminatus enim Martialis. Sũmenianas cœnet inter uxores.
Chaldarinus. Sũmenium locus in urbe Roma ad circum unde meretrices sũmenianas uxores appellauit. Georgius. hoc ego nõ crediderim: atq; eo magis: cum nec auctorem afferat hæc dicentem: & menianum: unde dictionem componit a mænio deriuetur cuius prima producitur Horatius.

Cuneus

Mænius ut rebus maternis atq; paternis.
Et enim hic fuit ille mænius: qui post bona patris absumpta colũnã sibi reseruauit unde ludos spectaret: Martialis Vẽdit qui madidum Cicer coron. Ghaldarinus. cicer pro lupino posuit. Georgius. quasi non frequentissime in urbibus Italiæ madefactum cicer uendi uideamus: & non dicat Horatius Siquid fracti ciceris probat & nucis ẽptor Saltem aliquam historiam attulisset: qua fretus affirmaret cicer pro lupino intelligi debere. Martialis.

Cicer

Non cuicũq; datum est habere nasum.
Chaldarinus. Nasum ad iudicandum. Georgius. unico uerbo rem

subtilissimi & perquam subdoli ioci se explanar̃ putauit ĩdoctissimus iste domitius cuius ĩterpretatio non multum abest a sensu Galeoti Scurrae ĩpudentissimi qui habere nasũ p sagaci ĩtelligẽtia accipit nos uero sentimus habere nasũ eũ pprie dici q uenusta quadã & subdola irrisiõe aliũ derideat: nec unq̃ aliter nasũ & nasutũ scriptores usurpãt Apuleius ĩ metamorphosi cõtorta & uitupãti nare discessit Persius de hoř. Callidus excusso populum suspendere naso.
& item horatius. Naso suspendis adunco sed & in quibusdã ãnotatio nibus suis hic Dominicus uelut se correcturus adducit uerba plinii quae ĩ Galeotũ leguntur. & ita se ĩplicat ut manifeste cognoscat̃ errorẽ suum potius dissimulare quam deffendere uel magis ignorasse: quid salis habeat endechasyllabus ille nõ cuicunque datũ est habere na sum. Martialis: ludit qui solita procacitate nõ est testius ille sed cabal lus: Chal. Caballus scurra peritissimus fuit gratusque iocorum urba nitate & paulo ĩfra stolida procacitate ille qui impudenter iocatur nõ est testius sed caballus alludit cũ nomine caballi Brutumque hic acci pit testius ita habet codex antiquus caestius alii. Georgius adeo cõfusa est haec expositio ut facilius sit ex ipsis poetae uerbis quam ex enarra tione sensum aliquem aucupari. Nam ex uerbis ipsis hoc ellici potest qui incõmode & illepide iocatur: is non testius: sed caballus erit quasi ad hominẽ duorum nominũ alludat: q̃q̃ puto hic subesse historiã: ut in alio opere diximus sestii uidelicet cuius in uenusta dicta & in libro de oratore cicero carpit & ĩ epistola ad uoluniũ suis salibus ĩseri cõque ritur nisi forte magis ad cestium declamatorem atq; oratorem acerri mũ aspexit: qui sibi tantum arrogaret. ut orationes suas disertissimo rum uirorũ orationibus praeferret: adeoque sectabant̃ discipuli ut illi us declamationes ediscerent ciceronis uero orationes nõ legerent cui us scholam cũ olim Seneca ĩtrasset: atque ex cõsuetudine sua cestius diceret: si thrax essem fusius essem: si Pãtomimus essem: Bathyllus: si equus Melisson. exclamauit seneca: si cloaca esses: magna esses ergo ad hunc cestium referre possumus sententiam poetae: qui insipido io co utentem non uelit cestium appellari: sed caballum: ut pote alludẽs ad uerba cestii qui dixit si equus essem: Melisson essem: ĩ epigramate bis tibi triceni: Metam Chal. pro lacte coagulato accipit poeta a forma Metarum nam meta ĩ ludis instar columnae rotundae surgebant: in q̃ speciem lac coagulatum mitti uidemus: Georgius: non memini me legisse talem metam in ludis surgere preterea quis unq̃ dixit rotundã columnam quae fere oblonga manet. Sed & plinius figuram metalem mucrone semper defici & ĩ uerso turbini similem scribit qua forma e tiam aetate nostra rustici lac coagulatum in urbes deferunt: Martialis Aut imitata breues punica mala rosas.

Quid habe re nasum

Testius Caballus

Thrax Pãtomimus Seneca cloaca

Figura me talis

Chal. mala punica imitantur breues rosas uel quod cito occidant: uel quoniam minores rosæ maioris coloris sunt: uel quia ut rosæ erũ/ punt ex foliis: ita mala punica quæ optima imitescunt: aperiuntur. Georgius imitari mala punica rosas dixerim quoniam germinat oĩs ut scribit plinius rosa inclusa generoso cortice: quo mox intumescẽte & in uirides alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit ac se pan/ dit in calices medios: uix tantum complexa luteos apices: quem ordi/ nem atque morem dum florescunt mala punica imitantur mature/ scentia itẽ ruborem quodammodo rosarum referre uidentur: nec statĩ languescũt ut rosæ sed diutius durãt: Martialis & Tomus uilis: Chal.

Thomus

Tomus crassiores partes abscisse tomi appellant a greco uidelicet uer/ bo. Georgius tomon appellãt græci particulas librorum abscissas uelut uolumina qua inscriptione notati sunt hermogenis libri: hieronymus proprie tomos uolumina interpretatur: quare rectius dixerim tomum accipit pro particula libri q̃ pro crassiore papyri parte: Martialis emeri ta detiano meo. Chal. oppidũ hyspaniæ e merita quæ augusta diceret Georgius plinius citeriorem hyspaniam in cõuentus tres diuidit eme ritensem: pacensem: & scalabolitanum ĩ quibus essent coloniæ muni/ cipia & oppida ueteris latii: Emeritamque coloniam fuisse nec muni/ cipium nec oppidum: quando hæc inter se plurimum differant: Dion

Dion

uero tradit quo tempore cæsar augustus cãtabris & asturibus deuictis in Italiam rediret finito bello cantabrico: reliquisse milites qui supra etatem forent atque concessisse ipis: ut in lusitania augustam emeritã conderent appellatam a conditoribus & augusto. Scazon est Martialis

Vnde augu sta emerita

Si non est molestum in quo legitur leucopheatus. Chal. panni leuco/ phi dicebantur albi nullo medicamẽto coloris adhibito: Sed a lana ipsã albescentes: plinius cum de rubeta loquitur iecur eius ad alligatum in panno leucopho. Georgius ubi solers hominis ingenium? ubi illa litte/ rarum grecarũ cognitio qua se cæteros superare iactatur? ubi plurima illa & diligẽs lectio & assidua obseruatio: ex qua recondita & aliis igno rata se enarraturum pollicetur? an huic homini nõ suboluit dictionem esse græcam & compositam? non ne leucon græce album: phæon ue/ ro medium inter albũ & nigrum: ex quibus leucophæus fit: qua uoce

Vnde leuco phæus

utitur polux ubi colores enumerat hoc modo ξανθον φαιον φλογολε υκον λευκοφαιον λευκον μελον: hoc est xanthũ phæon phlogophæõ Leucophæũ album & nigrum est apud græcos hæc nõ obseruauerit? at plinius colorem quendã spinæ leucophæon appellat & Victruuius de iis coloribus scribens: qui Virtute aquarum in animalia progenerant hæc ait fontes & flumina sunt: quorũ potu pecora q̃uis alba sint aliis locis pcreãt uellera leucophæa: aliis locis pulla: aliis locis coracio colore ita pprietas coloris cũ init ĩ corpus progenerat intinctã cuiusq; generis

qualitatẽ igit̃ ꝙ ĩ cãpis troianis proxime flumen armenta rufa & peco ra leucophæon nascuntur ideo flumẽ id iliẽses xanthũ appellauisse dicuntur: ex his cognoscimus natiuum colorem esse leucophæum ex albo & obscuro: & illud plinii de trigesimo naturalis historiæ legendũ esse panno leucophæo non leucopho: Martialis

Cum te non nossem dominum regemq; uocabam.
Cum bene te noui iam mihi priscus eris.

Chaldarinus ludit in prisco nomine proprio quod iocando accipit ap/ pellatiuum: ait enim salutabam te antea prisce: & appellabam te do/ minum & regem nolens aliquid impetrare: quoniam nõ noueram te auarũ: nũc quod mihi es cognitus mihi priscus eris. i. te nõ colã & te ꝓ/ prio nomĩe appellabo. Georgius parũ erudite narratur hoc distichon. historiam enim latentem continet: scribit seneca ad lucilium: solitos fuisse priscos quotiẽs homini ignoto occurrerẽt: eum dominum & re/ gem appellare. ad quem morem respiciens poeta iocatur in priscum cuius nomen cum ignoraret non uulgari: sed honorifica appellatione dominum appellabat posteaq̃ autem eius nomen nouit iam priscum uocabit ĩnuẽs uidelicet honorabilius nomen eum amisisse: posteaq̃uã cognitus fuit non tamen negauerim latentem morsum aliquem con tineri qui tamẽ ab ea quam diximus consuetudine pendet. In prologo secundi libri legitur Epigrammata curione non egent. Chal. ministra epistola suorum sensuum curio ministrum significat. Georgius non satis expediuit sententiam poetæ: nam ministrum theatralẽ legimus apud eusebium cæsariensem interprete ruffino curionem eum fuisse qui ad populum iubente prætore aut alio magistratu aliqd uulgaret. cõuenitq; uerbis poetæ huiusmodi expositio quod scilicet epigrãmata non indigeant uoce aliena: sed per se ipsa se aperiant & manifestent. Martialis: Quid torus a nilo quid sindone cultus olenti.

Chaldarinus sindone purpura paulopost genus est lini sutilissimi: Georgius tibi nõ credo qui pleraq; omĩa uanissime effutis: nisi scripto rem dederis: qui hæc dicat: Inuenio apud scriptores græcos in primis apud libanium sindonem pro uelo subtilissimo accipit: ĩ quam signi ficationem uenit illud euãgelii: ubi narratur corpus domini inuolutũ sindone fuisse Martialis. Rufe uides illum subsellia prima terentem: Chaldarinus inter subsellia iudicum equites sedebant ut supra dictũ est: & plinius & strabo sũt auctores. Georgius: in subselliis quæ proprie ut pedianus ait minorum erant: cũ tribunalia maiorũ forent iudices sedebant trifariam aliquando diuisi: nã & ordo senatorius & equestris & item tribuni ærarii iudicabant aliquando tamen iudicia penes sena tores solos: interim penes equites fuere: cur autem ad explanationem primorum subselliorum inter subsellia iudicum equites sedere dicat

Xanthus

Dominus & rex

Curio

Sindon

Subsellia

Iudicia pe/ nes quos

non intelligo. ego autem dixerim: Subſellia prima terentem equitẽ fu
iſſe: qui iudicaturus prima ſubſellia mollis & ornamento molliore or/
natus frequentaret: Martialis: Splenia tolle lege, Chal. ſplenia erãt pã/
ni bombicini odoribus & ũguento perfuſi: Georgius: conficiã a Chal
darino: & commentitiam diffinitionem ſentio: utpote quæ nec ab ethy
mologia nominis procedat: nec uetere auctore nitatur: ſplenium tamẽ

Splenium

Plinius in naturali hiſtoria: ſcribens de medicina oculorũ ait: uenæ au
tem ſub ala ad hunc uſum inciditur: quoniã ſuo calore utilior eſt: ſup
imponi oportet ſplenium e melle decoctum: hic ſcriptor ſplenium non
innuit eſſe panem bombicinum odore & unguento perfuſum. ſed de
melle confici ſplenium docet. Ego contenderim ſplenium eſſe dictio/
nem græcam: Nam iulius pollux in ſecundo libro ſplenium tradit ap
pellari caput ſplenis pinguis: hinc ſplenia uelut per ſimilitudinem di
cuntur facta ex panno laneo: ſiue lineo: quæ ad curam corporis ſuper
imponi ſolent. Martialis.

Cum ſint crura tibi ſimul & quæ cornua lunæ
In rhytio poteras phœbe lauare pedes:

Chal. o phœbe ait: cum habeas curua crura tu potes lauari ĩ rythio: Nã
rythium geometricæ dimeſionis uas ab anguſto fundo ĩ oris latitudi
nem exiens: uel alludit ad phœbum & lunam. de hoc alibi dictum eſt
a nobis libet addere aliam ſententiam: imbricium canale eſt intectis.
quo aqua effluit: ut Feſtus ſcribit: iocãs igitur poeta ait: Cum phœbus
habeat uarra & obtorta in exteriorem partem crura: ita ut pedes coniũ
gantur: quod in huiuſmodi hominibus uidemus: eum lotio poſſe pe/
des abluere cõmode: appellat autem imbricium effluentem urinã tãq
ex canali: alibi. Incipit in medios meiere uerpa pedes: ita leges imbri/
cio poteras. Georgius in hac expoſitione ita uarius eſt: ut tum ſibi non
conſtet: tum poetæ mentem inuoluat: dum ſcribit nunc rhytium: nũc
imbricium legi poſſe: Ego autem quæ ĩuenerim atque obſeruauerim
a græcis ſcriptoribus dicta iam properam primũque dicam rhytiũ eſſe

Rhytion

legendũ: Eſt autem dictio græca & uaſis genus ſignificat: id quod Eu
ſtathius in. xxiii. iliados tradit enarrans κοτυληρρυτον ερρεεν αι/
μαν: inde rhyton: & per diminutionem rhytion dicit uas fuiſſe incur/
uum: & eſſe ſimillimũ cornu atque ab aliis κερασ. hoc eſt cornu ap/
pellari: Merito ergo Martialis phœbum: cuius crura cornibus lunæ per
q̃ ſimilia erant monet ut pedes in rhytio lauet Demoſthenes quoque cõ
tra midtam rhyti mentionem facit: mirorque hunc interpretẽ græcos au
ctores nõ adiuiſſe: ſed parũ diligenter de ui & ethymologia græcarum
dictionum hic loquitur: quẽadmodũ in hemitriteo facit: cuius originẽ
& ſignificationẽ diligentius hac ĩ parte excuterem. niſi alibi de hac fe/
bre diſſeruiſſem: Martialis. Raſam tu mihi mitte togam. Chal. duo ge

nera togarum altera ralla altera pexa dicebatur potes et accipere togã
pexam.i.rasam sed non placet.magis placet ut toga pexa dicatur uilli
crassioris unde pexati dicuntur hac toga induti: Georgius: tum dubia
tum pugnantia loquitur: & enim pexum maxime repugnat raso pre
terea quis nisi uanissimus diceret togã pexã sed uilli crassioris quãdo
toga illa dicatur confecta ex lana quæ pilum contexa non emitit qua
lem istria & liburni tractus progenerant: quæ cum lino proprior quã
lanæ sit pexis alienã uestibus eam tradit plinius & nostris quoq; tem
poribus uulgus eam uestem rasam appellat. Martialis.
Florida per uarios ut spargitur hybla colores.
Chaldarinus hybla mons. est thymo fertilis q̃ depastæ apes mel con/
ficiant optimum. Georgius Montem esse hyblam adhuc non legi au/
ctoremque. desidero qui id tradat: Martialis
Quæ faciat duo sunt irrumat aut futuit::
Chal. irrumare nõ tractũ est a rima sed a ruma q̃ significat mamillã
unde agni dicunt̃ subrumari quando rumas lingũt est auté mentulã
tanq̃ mamillam ori ĩserere: Georgius abeat directus hic expositor cũ
huiusmodi interpretatione turpissima ego q̃ rectissimis uerbis potero
Quid irrumare sit aperiam: a rima componi dícimus.i:in quĩque pro
pter cognationem soni immutata. excircunstantiis auté rem cogoscé
dam tradit poeta: Cum his uerbis thayda alloquit̃ Quid me thai sené
subinde dicis: Nemo est thai senex ad irrumandũ. Martialis Nil na/
sutius hac maligniusq; est. Chal. nasuti dicuntur qui habent iudiciũ
& astutiam. Georgius cur in xeniis cũ ait idem poeta Nasutus sis usq;
licet sis deniq; nasus ĩterpretaris nasuti dicũtur qui grauiore censura
subsanant aliena: simile monstro uidetur tam inconstanter precipere
Martialis q̃ nec carmine glorior supino. Nec retro lego sodaté cynedũ
Nusq̃ græcula q̃ recãtat echo: nec dictat mihi luculentus athys Mollẽ
debilitate galliãbõ: Chal. oratio cinedica originé habuit a cleomacho
pugile: Qui in cinædi cuius dã & ancillæ quæ a cinedo alebat̃: amo/
ré incidit cinedos mores & orationem est imitatur Sotades primus. ela
borauit hoc scribendi genus postea Alexãder ætolus sed hi pura tantũ
oratione postea lysias cantũ adhibuit énius hoc genus carminis usur/
pauit cyprio boui merendum: dictũ carmé a sotade auctore cinedum
ea de causa quã diximus de Cleomacho supra hoc carminis genus cũ
poeta damnet urbaniter iocat̃ se.s. nõ legere retro carmé cinedicũ. allu
dés quod cum cinedicum sit ante: non debet legi cinedicum sotadem:
idest non utor eo carmine: quo Sotades auctor orationis cinedice
usus est. Georgius. ebrii hominis uel in totum desipientis uerba ui/
dent̃ uix enim intelligo ad quid pertineat cleomachi pugilis sotadis &
alexandri ætoli de strabone repetita historia nec ité quæ sit urbanitas

Toga
Pexa
Rasa
Lana
Istriæ
Irrumat
Nasutus

aut quod ioci accumen. ſi hoc pacto iocatur poeta ſe non legere retro
carmen cinedicũ: alludẽs quod cũ cinedicũ ſit ante nõ debet legi: niſi
forte rem impudiciſſimam ſignificare uult hic interpres id quod tãtũ
abeſt a ſenſu poetæ quãtum: Chal. ab obſcæno ſermone nũq̃ abfuit.
Quod ſic eſſe iam docebo ex maximis & clariſſimis tã græcis q̃ latinis
ſcriptoribus: Quintilianus in nono oratoriarũ inſtitutionũ pleriq; enĩ

Quintilianuſ

ex commiſſuris eorum uel diuiſione pedes fiũt: quo fit ut iiſdẽ uerbis
alii atq; alii uerſus fiãt: ait memini quẽdã nõ ignobilẽ poetã ita luſiſſe
Aſtra tenet cælum mare claſſes: area meſſes: hic retrorſus fit ſotadeus:

Dionyſiuſ alicarnaſeuſ

Dionyſius: Alicarnaſeus de cõpoſitione ſcribns recieprocũ hũc uerſũ
ſotadicum ait: & docet uerſus quoſdam homeri poſſe recurrere: nũc in
ſe ipſos nunc in alios ſecũdũ poſitionẽ pedum. Diomedes grãmaticus
de ſotadicis ĩ hũc modũ tradit Trimeter heroicus ẽ reciprocus uerſus a

Sotadicuſ reciprocuſ

pud neoteros talis nolo liber tua p̃dicẽt acta acta p̃dicẽt tua liber nolo
uerſus ſotadicus eſt ex utraq; ſed durus ut poſſet ad recurſũ cõuenire
ſotadico reciprocus alter huiuſmõi ẽ: eſſe bonus ſi uis cole diuos optĩe

Diomedeſ

panſa. Panſa optime diuos cole ſi uis bonus eſſe. Hic ĩ p̱curſu Exame
ter eſt in recurſu ſotadicus reciproci generis metrũ inuenerunt otia cu

Seruiuſ

rioſa de quo uerſu idem plura Seruius in centimetris reciprocus hero
icus in ſotadicũ eſt quotiẽs in fine ſcanſionis ſotadicũ facit. Sotadicũ
cõſtat trimetro a catalectico trochaico ut eſt ire cupis ſi rus mala uites
ſõnia quæſo quæſo ſõnia uites mala rus ſi cupis ire. r̃ciprocus iãbicus
in elegiacũ eſt quotiens a fine ſcanſionis elegiacum facit: ut eſt micãt
nitore tecta ſublimi aurea

Aurea ſublimi tecta nitore micant.

Dicit ergo poeta ſe non ſcribere ſotadicos uerſus: qui procurrentes uni
us generis ſint: recurrentes uero aut retrouerſi diuerſum aut idem me
trum conficiant: Martialis: molem debilitate galiambum: Chal. in car
mine iambico magna eſt acerbitas quali uſus eſt bibaculus infenſus
in primis catoni grãmatico: archilocus eodem genere uſus eſt poſtea
fuit excogitatum a mollioribus poetis ut diffracto eo rigore iãbico alte
rum genus inſtitueretur quod iambicum erat: ſed fractum ũde dictũ
eſt choliambos claudus iambus Georgius hic imploro doctos omnes tã
græcos q̃ latinos ut illi ſuis uocibus: hi uero feſtiuo poetæ opem ferant
quãdo non peruerſa ſed ĩpudentiſſimæ falſa hic temerarius grãmati

Choliambuſ

cus in iacturã bonarum litterarum precipiat choliambus græce dicit̃
non excogitatus a molioribus poetis iambicus uerſus ſed ut epheſtion
auctor eſt quod in ultimo pede habeat exitum claudum: nam cum re

Rectuſ iambicuſ

ctus iambicus ſemper ultimam baſim iambo aut pyrrithio terminet &
tria tempora habeat choliambus & hipponacteus dicitur ſpondæum
ſumit: cuius temporibus uideatur ſuperabundantem baſim habere.

Sed hic attēdite diligenter studiosi quæ iam dicam: Cholliambon hac in parte minime legendum est: qui & idem scazon dicitur: & mordax est ut apud Martialē legimus: sed galiambon de cuius uersus genere grāmatici ita disseruerūt. Diomedes galliambon metrum quod apud Mecenatē tale est ades inquit o cibæle simile est illi uice ueris & fauo ni. Inferius comma superiori simile esset nisi amisisset ultimam sylla bam: galliambon aliud ex hoc ipso factum ei simillimum esset: nisi quod ut eneruatius fieret: & mollius secūda aut tertia ab ultima syl/ laba in duas breues geminata est: & factum tale latus horreat fla/ gello: comitū chorus ululet si esset sic comitū chorus ululet esset illi si mile fera montium dea: cæterū huic metro ꝙ eneruatū dicimus simile est illud neotericum quod est tale rutilos recide crines habitum cape uiri hoc est simile illi de quo pauloante disputaui quod fuit tale latus horreat flagello comitum chorus ululet: seruius de eodē: Galliambicō constat dimetro iambico achatalectico & anapesto uel spondeo cum duobus iambis: ut est: tenera recrispat aura tremulos sinus freti cōtra sententiā suā poeta diceret si choliambū legeremus: quando plurima epigrammata claudo iambo conficiat: uideaturq; respōdere peteri cla udio cur commata sotadica aut Galliambum molle & eneruatum nō conficiat cæcus ni mirum in hoc epigammate: Chaldarinus fuit aut magis insanissimus: Martialis:

Scazon

Galliambus

Seruius
Galliābicon

Circūlata diu mensis intrita secundis.

Chaldarinus scriblita legendum est & est placente genus de qua Ca to. Georgius quis te hoc docuit bone uir: hoc a nobis profecto impudēs plagiarie surripuisti? Nam in præfatione plautinæ correctionis in eos inuecti fuimus: qui ubi scriblitæ legebatur sublite fecerunt: Sed cum iam manifesto tenearis sententiam meam proferam: hoc est non mi/ nus uere & commode intritam hic legi posse q̄ scriblitam: quādo apud Columellam & Donatum intrita legatur ab interendo deductum no/ men: Vnde Terentius Tu te tibi hoc intriuisti totum exedendum est: Martialis: Dederas apici bis tricies uentri: Chaldarinus. apicius habe/ bat septem milia sestertium sex consumpserat luxu: & cum adhuc cē tum superessent ueritus ne posset explere gulam ea pecunia uenenū bibit. Geor. Seneca noster & Dion græcus historicus adeundi erant ab homine utriusq; līguæ, ut de se ipse iactat erudito ut luxuriosum hoc factum apicii certius & copiosius explanaret: Seneca ad elbiam matrē hæc ait. Apicius nostra memoria uixit: qui in ea urbe aliq̄do. Ex qua philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt scientiam po/ pinæ professus sua disciplina sæculum infecit: cuius exitium nosse o/ pere precium est: cum sestertium milies in culinam congessisset: cum

Intrita

Seneca
Dion

tot congiaria principum & ignes capitolii uectigal singularis comessa
tiones suasisset: ære alieno oppressus: rationes suas tunc primum coa/
ctus inspexit: superfuturum supra sestertium cencies computauit: &

Mors apicii

uelut multa fame uicturus: si in sestertio centies uixisset: ueneno ui/
tam finiuit: quanta luxuria erat: cui centies sestertium egestas fuit:

Dion

& quod alii uoto petunt: ueneno fugit. Dion fere eadem quæ Sene/
ca de morte apicii tradit: nisi quod ducentas & quinquaginta myria/
das superfuisse ei dicat: subductis rationibus ausimq; affirmare id eē
centum sestertia quod ducentas quīquaginta myriadas. Martialis ad
ligurinum.

Deposui soleas affertur protinus ingens.
Inter lactucas oxigarūq; liber.

Chal. origanum herba est: quæ post uigesimum diem pullulat: initio
mense dabatur. Georgius: hic ignorans quid esset oxigarum dixit & in
terpretatus est origanum: nec animaduertit quantitatem syllabæ: Nā

Nicāder

origanum græca est dictio: corripitq; primam: & secundam producit:
Vt apud Nicandrum legimus: cuius uersus de theriacis subiiciam.
ηυτε και ηρακλειον ορειγανον αμφενεπουσι
συν και ονου ποταλειγυ ορειγανον αρατε θυμβρησ

Oxygarum

Oxygarum uero acutum garum hoc est ex aceto confectum interpre
tamur: & in principio mense apponi solebat: Vt apud Atheneum legi.
Martialis.

Suggitur inciso mytilus ore mihi.

Chal. mytilus de genere polyporum est: non tantum seruit gulæ: est e/
nim nullius saporis: sed crassitudini gingiuarū & aliis sordidis ulceri/
bus medetur: auctor plinius: sumitur mytilus: idest comedo mytilum:
ore inciso: ac si haberem os incisum & ulceratum: inciso ore & os mihi
sumenti inciditur ob testæ duriciem: Geor. adeo secum hæc pugnant:
ut iam quotiens de repugnantibus exemplum proferendū sit ad Chal
darini commentarios recurramus: Polypos Aristoteles & Plinius inter

Mollia

mollia & sanguine carentia annumerant: quod uerū est: & longe diffe
runt ab iis: quæ testa duriore integūtur: ergo si mytilus de polyporū ge
nere habetur non ne absurdissime exponitur: inciso ore: & os mihi su/
menti inciditur ob testæ duriciem: quando ut supradicti scriptores tra

Mytilus

dunt: nihil eque aduersetur mollibus q̄ testæ duricies mytili meminit
Horatius: quem tradit comedendū ad tollenda fastidia stomachi hoc
uersu. Mytilus & uiles pellent obstātia conchæ.

Inuenio apud idoneos scriptores græcos τελλιναν dici eam concham:
quā mytilum latini appellant: & est conchæ genus: de mytilo in. xxxii.
na. hi. Plinius multa tradit: p quē usum ī medicina præstet: sane quo
magis huiusmodi cōmentarii uoluuntur eo hebetioris ingenii homo

Traducere

oſtenditur. Nã ſi paulo diligentior & acutior fuiſſet: dixiſſet uerbũ tra
ducere apud latinos quid ſit. & quomodo græce dicatur: Nã plerũq; p
dictionem græcam latina melius exprimitur: ergo quod græce παρα/
δειγματίζειν dicitur latini interpretantur: traducere: unde ĩ ſacris lit/
teris habemus Ioſeph autem cum eſſet uir bonus: & nollet eam tradu/
cere: hoc eſt nota & infamia afficere: & uelut ĩ exẽplũ proponere. Mart.
Cum miſi turdumue tibi quadramue placẽte.

Quadratipanes

Chal. quadram panis pro menſa & parte panis: placentæ panes cineri
cii: quibus utebantur antiqui loco menſæ: Geor. quadram panis fru/
ſtum dicimus: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur.
Virgilius ĩ moreto. Et notat impreſſis æquo diſcrimine quadris: quos
panes quidã græci & quidem celeberrimi bomilios dixerunt: præterea
ſi hic priſci catimis libros legiſſet: profecto didiciſſet: quo pacto placen
tæ cõficerentur: quos illi requirere poterunt qui delicatiores panes di/
ſcupiunt. Martialis.

Orropygiũ

Et anatis habeas orropygium macræ. Chal. orropygiũ clunẽ ſignificat
uel orthopygiũ. i. rectã clunẽ. Geor. ĩ coarguẽdo galeoto iulio poluce ni
xus urropygiũ & orropygiũ legẽdũ præcepi & eſſe urropygiũ terminũ
pygæ ſiue finẽ uertebræ: cuius extãtia podici emineat: At cõtra domi/
tiũ afferẽda ſũt quæ de urropygio Ariſto. ſcribat qui ĩ ultĩo de partibus
aĩaliũ ut caudã quadrupedũ uult eſſe ita uolucrũ urropygiũ & earũ
dũtaxat quæ ſciſſas alas hẽnt: mirorq; Theodorũ gazã exactiſſimæ di
ligẽtiæ ĩterpτẽ adeo exhorruiſſe dictionẽ græcã qua latinus poeta uſus
ẽ: ut maluerit obſcura periphraſi hãc partẽ ſignare: Sed ĩ libro περὶ ζώ
ων πορείας: hoc eſt de aĩaliũ pgreſſu: quorũ pprie ſit urropygium: &
ad quos uſus natura fecerit ĩ hũc modũ differit: orropygiũ ita datũ eſt
uolucribus ad dirigẽdos uolatus quẽadmodũ nauigiis temones ipſum
itẽ neceſſario ĩ coitu flectũt: quare quæ ĩtegræ ſũt alæ & quædã ſciſſa/
rũ alarũ minus utile ad ſupradictũ opus urropygiũ hẽnt: ſicut pauões
& galli: ſed integrã alã ſimpliciter hẽntes ſine urropygio ſũt: Quare ue
lut nauigiũ ſine temõe quocũq; ĩciderĩt ferrũt: ſimiliter & qrũ alæ ua
gina cõtinẽt: ut cãthari & quæ nudas alas hẽnt: ſed quæ nõ uolãt iis pa
rũ utile ẽ urropygiũ: ſicut porphirioni & fulicis: & oĩbus fluuiatilibus:
quæ dũ uolãt p urropygio pedes extẽdũt: his utũt p urropygio ad uola
tũ dirigẽdũ. Quare cũ ſæpe de urropygio & uſu eius philoſophus nobi
liſſimus diſſeruerit: turpe fuit arrogãtiſſimo ĩterpti illius libros nõ adi
uiſſe: & diligẽter ptractaſſe. Martialis ĩ baſſam male olẽtẽ ſcribens ait:
Crudarũ nebulæ q albularũ. Chal. Albula erãt aquæ ĩ agro tyburtino
crudæ ut memĩt Strabo & Pli. odore ſulphureo: Geor. nõ ſatis expreſſit
uim huius cõparatiõis: quando aliæ aquæ odore ſint ſulphureo: cur ãt
magis albulas dixerit: & crudas triſtẽ alitum mulieris ſignificaturus

Ariſtoteles

Porphyrio
fulica

Albulæ

Vi&truuius

ex Vi&truuio cognoscere licet qui ubi de qualitatibus aquarū loquit̃ hæc tradit: Sunt etiam odore & sapore non bono frigidi fontes: qui ab ĩferioribus locis penitus orti per ardentia loca transeunt: & ab eo per lõgum spacium terræ percurrentes refrigerati perueniunt super terram sapore odore coloreque corrupto ut in tiburtina uia flumen albula: plinius item albulas egelidas dixit ex sententia Vi&truuii. Martialis.

Lassi bardiacus quod euocati.

Chaldarinus: erant euocati iuuenes ex equestri ordĩe delecti: qui manente usu anulorum constituti sunt ad custodiam cubiculi imperatoris loco militum. hi cum excubias præstabant bardiaco ueste utebãtur lanificio crassiore prope simili bardocucullo: hæ uestes male olebant: quoniam in his cubabant: & inter sordida ministeria utebãtur: & post multa bardiacus: idest sagum ex uillis caprarum olet: Nam hircinum odorem redolet. Georgius: Quanta licentia fingendi est huic ĩprobissimo: uel potius ueram lectionem inuertendi: nam in fidelioribus codicibus sic legitur. Lassi bardaici os quod aduocati. erat enim bardaicus aduocatus: qui post diutius peroratas causas & senio confectus os fetidum habebat huius bardaici: ut existimo meminit Iuuenalis: cum ait Bardaicus iudex datur hæc audire uolenti. Nam ut apud plinium legimus senum alitus inficitur: nec non lasso stomacho lõgiore ieiunio: uel ut Cornelius celsus quotiẽs uoce alta legimus. Martialis.

Qui nec leno potes nec comessator haberi

Chaldarinus: comessator parasitus. Si potes illa pati quæ nec sarmentus iniquas. Georgius: O miserum grammaticum: qui dictionis huius originem non considerauit uerbum est græcum κωμάζω: quod est cõpotationibus & ebrietatibus operam dare. Vnde theocritus κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα hinc latini comessor. messaris. formauerunt: quo uerbo frequenter utitur plautus: comessatorem eum existimo ꝓprie dici: qui esui & potui præter statuta tempora indulgeat. Nã Suetonius comessationes accipit: quotiens post cœnam aliquid comedit: Sic enim de uitellii luxuria scribit: epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in ientacula & prandia cœnas & comessationes: nisi forte putauit a comedo comessatorem fieri: sed illum quantitas syllabæ admonere potuit: & enim primam producunt comessor: & comessator: quæ ĩ comedo corripitur. Martialis laudans nuptias pudentis & claudiæ sic ait.

Quis comessator

Massica theseis q̃ bene uina fauis.

Chal. ĩter cætera uina medicata: erat uinū quod melitites dicebatur a melle in musto immixto: ab aliis dictum est piperatum: nam & piper adhibebat: ab aliis cõmuni uerbo cõditū Catone & Pli. auctore. Geor.

cur melititen hic addat ignoro; quando ficticii uini: quale melititen Plinius appellat nulla fere gratia sit: quin potius de mulso intelligere debemus: quod primũ excogitauit aristeus mel miscẽs uino suauitate præcipua: quod testimonio eiusdem poetæ probamus: nam in xeniis de mulso hæc tradit.

Mulsum

Attica nectareum turbatis mella falernum:
Misceri docet hoc a ganymede merum.

Aristeus

Sed quantum a semetipso discrepat Chal. nam exponẽs supradictum distichon ait: mulsum uinum: de quo pauloante dictum est magno ĩ/pendio fiebat attico melle temperatũ: & rursum exponẽs falernũ uinũ massica eadẽ dici asserit: quod cum ita sit eiusdẽ poetæ testimonio: & eodem ipso interprete hominem confodimus. Martialis. Nec togã tu/mido lotam galeso. Chal. canusinã togã significat: Geor. minime ĩmo potius tarentinam: Nã galesus fluuius præterlabitur tarentũ: de quo Virgilius. Nãq; sub æbaliæ memini me turribus altis: Qua niger hu/mectat flauentia culta galesus: Coritium uidisse senem. Martialis in argentum carini scribens ait. Nec quæ calaico linuntur auro. Chald. hoc est illud genus poculorum: de quo Plinius iam figuras in poculis circũlini auro quærimus: Geor: plinianã lectionẽ inuertit: siquidẽ totũ de anagliphis legitur. Nam anaglipha asperitateq; excisam circa line arum picturas quærimus: quam plinii lectionẽ impurus hic homo ut pleraque alia corrupit: uasa uero illita auro calaico erant phialæ cæla te auro addito: de quibus infra idem poeta ait. Quãuis calaico rubeãt generosa metallo Glorior arte magis nam meus iste labor. Martialis ĩ coracinum uelut satisfacturus iusiurandũ facit: Iuro per syrios timo/res. Chal. de dea syria: quam Lutianus putauit Iunonem esse: Romæ item dea syria colebatur. Georg. deam syriã manifeste docet esse Isidẽ. Apuleius ĩ metamorphosi: Cuius sacerdotes fanatici per plateas & op pida cymbalis & crotalis personantes: tum ancipiti ferro brachia disse cantes: aut morsibus suos musculos incursantes: stipes æreas: argente asque multis certatim afferentibus sinu recipiebant patulo: de quorũ quæstu plura idẽ scriptor tradit: Martialis syrios tumores. Chal. tumo res dixit: quoniam epitheto syriorum tumentes appellauit: & alibi A/grippæ tumidus negociator: iuratur item per Isidem apud Iuuenalem Nam sistro feriri putabatur: hæc unica sententia mihi placet: in qua scio multos delirasse. Geor. an alii delirauerint dicere non possum: cũ illorum scripta non uiderim: sed te omnium delirantissimũ plane ap/pellauerim: disce quæso quid sint syrii tumores: hi profecto quos dea syria: de qua supra diximus incuteret: quam rem ex Persio cognosce/re possumus: ait enim superstitiones damnãs.

Caliacũ me tallum

Apuleius

Isidis sacer dotes

Galli isidis & Cybeles

Tum grandes galli: & cum sistro lusca sacerdos.

Incussere deos ĩflantes corpora si non.
Predictum ter mane caput gustaueris allii
nã galli & isidis cybeles sacerdotes erant: Martialis hoc rus seu potius domus uocanda est comẽdat dominus tuam putabis: tam nõ inuida: tamq̃ liberalis: tam compatet hospitalitate credas alicinoi pios pena/ tes: aut facti modo diuitis molorchi: Chal. molorchus herculem hospi cio sucepit: Geor. miror enarratorẽ siluarũ statii non animaduertisse poetã inuocantem herculem: ubi scribit consecrationem eius in littore polii: huc ades & genium templis nascentibus infer: non te lerna nocẽs nec pauperis arua molorchi: nec formidatus nemees ager antraq; pos/ cunt: Molorchũ pauperẽ statius dixit: quem modo diuitem martialis appellat: ergo ut de diuitiis aliquid dicamus & ne uideantur duo cele berrimi poetæ diuersa sẽtire Mar. diuitẽ appellauit molorchũ respiciẽs ad rem sui: temporis siquidem domitianus cæsar edem extrui fecit her culis opulentissimam: in qua sacellum erat molorchi: non pauperis ut quondam. cum herculem accepit: sed diuitis per donaria cæsaris: de tẽ plo herculis in cuius uultus domitianus descenderat: & de hercule uin dicis Statius scribens hæc ait. Sed qualem parci domus admirata mo/ lorchi. Martialis. Arserit euadne flammis iniecta mariti. Chaldari/ nus. euadne martis filia ex thebe asopi uxor: capanei uxor audita mor te coniugis se in rogum iniecit: ita apud Ouidium loquens.

Cur diues molorchus

Accipe capaneu cineres miscebimus inquit.
Geor. uno ut aiunt uerbo prolato & indiligentiæ & ignorantiæ hunc ĩ terpretem coarguam: adducit testimonium Ouidii de arte amandi: q̃ opus si legisset: nõ tam falso fabulam celebratam apud poetas: siue hi storia ea fuerit enarraret: uersus est ĩ. iii. de arte. Accipe me capaneu cineres miscebimus inquit Iphias: in medios desiliitq; rogos. Per hæc enim uerba iphiæ: non asopi filia euadne ostenditur. Sed Tortelii qui auctor erroris fuit ignoscant nobis manes: neque cum laruis: ut ille di xit iam pugnemus: ĩmo Chaldarinum corrigamus: qui adeo cæcus & immemor fuit: ut non saltem sequentis uersus principium: uel inspe/ xerit: uel recordatus fuerit: sed ut id conficiam: quod de euadne dicen dum est: pindarus in olympicis euadnes cuiusdam mentionem facit ad hunc modum: προσ πιταναν δε παρευρωτα πορον δει σαμε ρον ετθειν εν ωρα α τοι ποσειδαονι μειχθησα κρονιωνι λεγεται π αιδ οιπλοκαμον ευαδραν τεκεσθαι: Quod exponẽtes cõmentatores duas aiunt fuisse euadnas alteram iphiæ filiam: quæ capaneo nupsit: alteram neptuni & pitanes quæ ab eurota pro genita fuit: Martialis

duæ euadne
Pindarus

Nec summa potes ĩ sceda teneri:
Chal. sceda tabula rudis: quæ papyro super inducta cĩficiebat. plinius de papyro supina tabula seda super inducitur papyrus: Ex hoc igitur

ait ſedam excedis:& quod excedebat ſedam amputabatur: uult enim notare librum nimium creſcere. Geor. ſcedam ego puto eſſe foliũ chartæ:ut uulgus ait:quam rem etiam ex plinio colligimus ubi hæc ſcribit poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus:mox & priuata lĩteis confici cæpta:aut ſcedis. Et idẽ: ſed ratio deprehendit unius ſcedæ reuulſione pluref infeſtante pagina: Nam ſcedæ proprie:ut exiſtimo:erãt ſtatumina corii: quibus latitudo chartæ augebať:quã rem parum intelligentes correctores plinii ueram & frequentem lectionem deprauarunt:nam in codicibus manu ſcriptis ubi habetur:igitur ſecũdo corio ſtatumina facta ſunt:correctores quidam ſtamina fecerunt: quod ſi quis hæc diligentius cognoſcere uoluerit is legat Victruuium & palladium ubi de pauimentis loquuntur:ſimulque cõferat aliquid ex reliquiis papyri:quæ ad nos uſque peruenerunt. Quod autẽ ſceda ſit folium chartæ ſatis intelligitur ex his Quintiliani uerbis:nam qui omnes etiam indignas lectione ſcedas excudit.anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt:Martialis ad toranium. Si triſti domicenio laboras Torani potes eſurire mecum:Viles capadoces ſoles propinin. Chaldarinus. cappadocæ lactucæ erant quemadmodum aliæ purpureæ criſpæ græcæ. De his Columella ſi ſoles:ideſt ſi tibi mos eſt propinin: ideſt prægustare ante cœnam. Georgius.non de cibo propinare dicitur:ſed de potu: Præterea quis uidit unquã herbaſ propinari:& in principio cœnæ.ſed affectator iſte uerbi noui commentiũ ſenſum attulit:Nam ubi legebatur. Non deerunt tibi ſeſſiles propinquæ ſoles fecit.nouam cõmentus diuiſionem:tum uero dictionem latinã ĩ græcam denunciauit:& enim lectio uera hæc eſt: Seſſiles propinquæ: & eſt adiectiuum lactucarum.quẽadmodũ uiles cappadocum: & erit ſenſus:aderunt cappadoces uiles.hoc eſt abundantes. Vt Virgilius. Vilẽque phaſellũ:& propinquæ ſeſſiles:hoc eſt quæ nobis ubiq; ſe offerant:quare ſimplex & aperta erit expoſitio:ſi de ſeſſili lactuca intellexerimus:cuius & idem poeta mentionẽ alibi facit:Et Virg.in priapeis. Si uero dictionem græcam interpoſuerimus:ĩeptum & ſubobſcurum ſenſum faciemus:Martialis.

Sceda

Statumina

Victruuius

Palladius

Comedi tres ſunt ſed amat tua paula lupercæ:
Quattuor & cophon paula proſopon amat:Chal.ĩ nulla ſcæna poſſũt loqui plures tribus:& ſi quartus hiſtrio introduciť:is non loquitur: ſed tantũ ſubauſcultat quæ dicuntur.Hoc præcipit Horatius:Nec quarta loqui perſona laborat:is cum non loquatur græco uerbo appellatus eſt cophon proſopon:ideſt muta pſona: auctor eſt diomedes grãmaticus netuſtiſſimus poeta cum tres comedi ſint quattuor amat paula amat κωφον προσωπον mutam perſonam:quaſi dicat omnes amat quot quot ſunt. Georgius. oſtentat magis q̃ intelligat hic iactator quid ſit

cophon prosopon: q̄q̄ horatium & diomedem auctores adducat non excludit in totum Horatius quartam personã a scenis; sed eam parce loqui iubet: alioquin nec plautus nec terentius legem comœdiæ serua rent: apud quos persæpe quarta persona in scenis loquit; aliud est enĩ parce loqui: aliud mutam esse personã. Sed qui cophon prosopon sit: cõmẽtatores Aristophanis apertissime docent in fabula: quæ inscribit archarnanes. Inducitur nuncius ad dicæopolĩ a sponso missus petitq; ne expeditionem faciat sed domi maneat utpote se cũ uxore oblectãs. rogat item ut in alabastrum mittat cyathum pacis: quam rem negãte dicæopoli subiungit seruus pronuba te rogat ut nymphæ nomine tibi soli aliquid dicat cui dicæopolis age igitur quid tu ais? Tum uelut ad mota aure audiuerit: hæc subdit: O dii quam ridicula sunt ea quæ me tantopere nympha rogat: ut scilicet genitalia spõsi curet: huc inducias ferto. ut ipsi soli dem: quoniam mulier est quæ uerba exponẽtes gram matici dicunt per iocũ protulisse dicæopolim: quæ audiuerit a ꝓnuba Cuius cophon hac in parte prosopon est. Quippe cũ dicæopolis illius quæ non loquitur uerba pronunciet ergo quotiens uel nostra uel alte rius personæ sentẽtia per alios demõstratur cophon prosopon erit eius cuius sententiam alius effert. quem morem in dialogos non nunquã traductum fuisse uidemus hoc est ut scriptor in totũ taceat declarãti/ bus aliis mentem eius: nã est in aliis dialogis ipsius auctoris persona

Cicero Cophon Prosopon

loquens quam rem subiecta ciceronis uerba ad atticum declarant: Sic enim constituebam neminem includere in dialogos eorum qui uiue rent: sed quia & desiderari a Varrone: & magni illum æstimare eos confeci & absolui nescio q̄ bene: sed ita accurate ut nihil posset supra academicam omnem quæstionem libris quattuor in eis: quæ erant cõ tra ακαταληψιαν præclare collecta ab Antiocho uarroni dedi: ad ea ipse respondeo tu es tertius in sermone nostro: si Cottam & uarronẽ fe/ cisse inter se disputantis: ut a te proximis litteris admoneor meum: κωφον προσωπον esset hoc ĩ antiquis personis suauiter fit: ut & hera/ clides ĩ multis: & nos sex de republica libris fecimus sũt etiã tres de ora tore nostri mihi uehemẽter ꝓbati ĩ eis quoq; eæ ꝑsonæ sũt ut mihi tacẽ dũ fuerit. Crassus enĩ loquit: antonius catulus senex iulius frater catu li cotta sulpicius puero me hic sermo ĩducit ut nullæ esse possint par/ tes meæ. Satis ex his cicerõis uerbis quid cophon ꝓsopon sit cognoscit sed quid poeta sẽsit cũ dixit cophon paula ꝓsopon amat: hoc uidelicet ostẽdere paulã occultũ quẽdã habere amatorem q sub alterius ꝑsona quæ muta sit rẽ agat: & pulcherrime de amore in comedos loquẽs sub iũxit mutã illã personã q̄ comici cophon ꝓsopon appellãt amari. Mar. Me pascit aquosa peloris. Chald. peloris genus cõchilii nihil habẽs in tra se præter aquosum quendam lentorem. Horatius: lucrina peloris.

Geor. neſcio an hic homo pelorida aut uiderit: aut comederit: nã mihi
nimis arrogãter uidetur de genere & qualitate peloridis diſſerere: Aſt
ego cũ græca ſit dictio quid greci ſcribant in mediũ adducã iulius po
lux enumerãs ꝓbata quedã a priſcis edulia ſic ait: cõchæ peloriæ: ũde
forſã & pelorides nũc appellatæ ſunt euſtathius autẽ ĩ dionyſiũ ſcribit
hæc de pellorida εςι γαρ κατα τουσ παλαιουσ πελωρισ οςρεου
ειδοσ χημησ μεγαλωτερον διο και πελωρισ δια το μεγεθοσ λε
γεται ꝙ ſic interpretatur. Eſt. n. ſecũdũ antiquos peloris oſtreæ ſpecies
chame maior unde & peloris ob magnitudinem dicitur: nã πελοριον
magnũ ſignificat. Eſt autẽ chame concha ariſtoteles uero eas ĩ arenis
naſci tradit: aquoſam uero dixit poeta pelorida flaccidam & nõ habẽ
tem callum illum: ex quo ualde conchilia commendantur: Martialis
ad nepotem.

Iulius
Polux
Euſtathius
Peloris

Incolis & ueteres tu quoque ficelias:

Chald. ficeliæ locus erat in urbe apud pompeium eſt fregelie. quoniã
homines urbis fregelle eum locum tenuerunt. Geor. inueni codicem
antiquum in quo ficedulas legitur: & non ficelias: quam lectionem
auctoritate plautina comprobamus: nam in captiuis nimis facete pa/
raſitus enumerat placentinos turdetanos: & ficedulenſes quippe ſigni
ficans ita ficedulenſes a ficedulis deriuari: quemadmodum placenti/
nos & turdetanos: non tam ad oppida q̃ ad aues reſpiciens: ergo fice/
dulæ locus unde ficedulenſis: Martialis in endecaſyllabo etruſci niſi
thermulis laueris: ſubdit non fontes aponi rudes puellis: Chalderinus
fontes aponi iuxta patauium nunc extant. Rudes ruſticani. Geor. ꝙ a
ponus ſit uicĩus patauio nemo ẽ q̃ nõ norit: cur autẽ dixerit rudes puel
lis: quod in primis deſiderabam: non ſatis exponit. In quæſtionẽ hanc
ſoluendam cum aliquanto diligentius incumberem: atque peraccu/
rate multa legerem: forte incidi in epiſtolã ioãnis caſſiodori: quæ mã/
dãte teodorico rege gothorum ad archiatrum patauinum ſcribitur: ut
præparet balnea aponi: in ea igitur epiſtola tradit eſſe in aquis aponi
ſtupendam quãdam continentiæ diſciplinam: nam in undã: qua uiri
recreantur ſi mulier deſcendat incenditur: propterea quia & ipſis altera
exhibitio decora collata eſt: ſcilicet ne ardentium aquarum fecundiſ/
ſimum locum non crederent habuiſſe: unde plurima largiretur ſi uter
que ſexus uno munere cõiter uteretur. hæc caſſiodorus. Vnde colligi/
mus rudes intactos: & incognitos puellis: & bene conuenit præceptis
poetæ qui mandat opiano: niſi ſe lauerit in balneis Etruſci nullas ali/
bi ſe inuenturum aquas: quæ adeo uiris blandiantur quando in eodẽ
balneo lauari non põt fœmina: Martialis

Ficedulæ
Plautus

Caſſiodorus

Fontesaponi
uirorum

Et caſa iugeribus non oneroſa ſuis.

Chalderinus nõ oneroſa ſuis iugeribus, i. quæ parum ſpacii occupauit

Geor. stultissimus mihi uidetur in hac parte Calderinus nam non de spacio quod casa siue uilla occupet ĩ agro intellexit poeta: sed ut plini us ait de positione uillarum: in qua modus seruandus est: Ita ut ædifi cium pro agri merito: & pro fortuna domini ĩstituatur: ne scilicet diffi cilius sit sustinere quã condere: dixereq; uulgo: ut idẽ auctor ait: opti mum esse aliena ĩsania frui: sed ita ut uillarum tutella non sit oneri: quã rem expressit poeta cum dixit Et casa iugeribus non onerosa suis Ergo modum probandum dixit: ut neq; fundus uillam quærat: neq; uilla fundum. Martialis. amisit pater unicum opianus: Calderinus opianus erat captator: apud græcos poeta est qui de piscibus carmine elegantissime scripsit: quem imitatus est ouidius apud latinos operis eodem argumento. Georgius nescio eleboro magis an fustibus tam ĩ sano expositori opus sit nã si uel meracas anticyras biberet uix caput illud insanabile sanari posset: ergo uerberibus cædatur ut aliquando ad sanitatem reducatur. nunquid maximum non est & quod sanari non possit: nisi uerbere: aut uinculis. Insanie genus scribere ouidiũ no strum imitatum fuisse opianum qui ad antoninum pium τα αλιευ/ τικα scripsit: cum ouidius ducentos fere annos opianum antecesserit. Ergo ut ignauia atq; stulticia hominis coargui possit duos primos opi ani uersus apponemus εθνεα τοι ποντοιο πολυσπξεασ τι φαλαγ. γασ παντοιων νεποδων πλωτον γενοσ αμφιτριτησ εξερεο γα ιησ υπατωνκρατοσ αντιονινε. Mar. cuius uulturis erit hoc cadauer Chal. uulturis uultur cadauera sectat̃ p̃ter cæteras aues. Vt illud ẽnii. Vulturis ĩ siluis miserũ mandebat homonẽ: Cuius uulturis. i. cuius ca ptatoris. Geor. hoc in loco cõmemorãdũ erat illud prouerbium senecæ de captatoribus ad hanc fere sentẽtiam: si uultur es: cadauer expecta Errat hic idem de segmentis: in quã sententiam plura nõ dico: quoni am alibi de hac dictione copiose disseruimus: epigramma in afrum habetur: in quo hæc legimus nõ aliter ridetur atlas cũ compare gibbo Quæque trahit similem belua nigra libin.

Chal. sensus poetæ est. Tanta admiratione et risu spectari afrum: quã ta spectantur res nouæ in ludis: ut atlas qui cælum dicitur sustinere si gibbo corpore & curuo fuerit representatus: ut si elephas per stadium ĩ cederet insidentem auro: hanc nouitatem spectaculi quæsiuit nero: in cuius ludis notissimus eques romanus insidens elephanto per me dium catadromũ cucurrit: & apte spectacula ab atlante sumpsit: cũ iã in afrum scribat & ex africa elephantes mauri sint compare gibbo. i. compari gibbi magnitudine nigra belua. i. elephas. Exaphorum nõ nisi ditissimorũ erat lectica & sex seruis gestata de hac iuuenalis sexta ceruice feratur an alludit ad ludos neronis: in quibus fuerũt camelo rum quadrigæ & notissimus eques romanus: ut proposui: elephanto

Modus ĩ ædificãda uilla

Opianus Antoninus

est uectus ut per gibbos camelos intelligat: qui gibbum habēt dorsū: & quod sequit̄ de equite romano non aliter̄ atlas magnus ridet̄ cum compare gibbo: camelo compare idoneo ad eum gestadum: Geor. nō modo odiosa sunt tanta interpretis uerba: sed & falsa & īuoluta est sē tentia: nec minus expositor q̄ poeta difficilis & obscurus habet̄: sed in terpretis uerba sibyllæ interpretanda relīquamus: quod autē ad poe/ tæ sensum pertinet: & apud idoneos scriptores legi iam proferam.

Victruuius scribit atlātes græce eos appellari: quod latinī telamones appellant: nec rationes inuenit huius appellationis apud latinos: Sūt enim atlantes imagines hominum sustinentium columnas ædiū: aut ipsa ædificia ad similitudinem uidelicet atlantis: qui cælum fingitur̄ sustinere: ii plerunq; gibbosi fiunt: aut gibbosos imitantur: dū onera sustinent & compares sunt: interim auersi interdum se īuicem spectāt hos prætereuntes monstrare solent risus gratia: ad quam ædificātiū consuetudinem & risum poeta respiciens dixit: nō aliter ridetur atlas cum compare gibbo: de nigra autem belua hoc dixerim elephantē hic significari: quem ut Seneca ad Lucilium scribit paruulus ethiops ple rūque ī genua subsidere faciebat: & quia ethiops est libys. ideo eum nigræ beluæ similem: hoc est elephanto dixit: Martialis. miseram san ctre gulæ reprehendens ait.

Victruuius
Atlantes
Telamones

Rosas tepenti spondylos sinu condit.

Chaldarinus: spondylum est genus ferulæ ex syria: spōdyli item ossa quædam pectoris sunt: qui humerorū intelligant: Plinius scribit pri mum spondylū dorcadis reddere facilem aditum potentiorum: si ge status fuerit. Georgius: quo in quam quo tāta abiit latinarum & græ carum litterarum cognitio atque obseruatio: quam iactabundus ho mo præ se fert? an plinii uerba docēt spondylos pectoris: aut humero rum ossa esse: desinat aliquando per arrogantiam suam Dominicus ineptire: Nam quis græcus latinus ue de spondylis ita scribit: aut sen sit: Aristoteles in libris de partibus animalium: nam græca est dictio sphondylos appellat uertebra: spinæ: quæ ex spondylis cōficitur: nā rachis græce spina est: sphondyliō uero uertebra: suntque decē & se/ ptem sphondyli: quorum duodecim spinam faciūt: reliqui uero lum bos. Quidam uero sphōdylos: ut ait Festus cubos appellauerūt apud Senecam & Macrobium: sphondyli uidentur piscium genera: Vnde iuniores quidam existimāt sphondylos olim appellatos: quos nunc uulgus schinalos dictitat: Quare admodum miror hunc iactabundū hominem: qui omnia semper a græcis deducere nititur auctores græ cos non consuluisse: nimis præceps & audax in omnibus deriuationi bus & compositionibus: quemadmodum enogorum cōfingit: Quod

Aristoteles
Sphondylus

Seneca
Macrobius

Voconius poeta Apuleius

nusquam lectum est pro oxygaro: quod frequentissime habetur: praeterea tritissima quaedam & uulgaria de Voconio poeta blatterat: Cũ Apulegius ĩ apologia magie respondẽs Emyliano adducat testimonium diui Adriani: qui cum Voconii amici sui poetae tumulum uersibus ueneraretur: ita scribit.

Lasciuus uersu mente pudicus eras.

Martialis.

Raucae cortis aues & oua matrum.

Chaldarinus: cors pars domus ubi altilia seruabãtur: aues raucae cortis: idest aues raucas cortales: Georgius Varro ĩ origine latinae lĩguae cohortem in uilla ex pluribus tectis coniungi ait: ac unum quiddam fieri. Vnde & nomen. uel quod circa eum locum coercetur pecus: Nonius uero Marcellus spacia esse uillarum intra maceriam tradit secutus eundem Varronem. Ouidius cohortem dixit in fastis.

Abstulerat multas illa cohortis aues.

Quare non uideo cur cohortem dixerit partem domus: ubi altilia seruarentur: & eo magis cum altilia in uiuariis non in cohorte saginẽtur Martialis de Silio.

Hunc miratur adhuc centum grauis hasta uirorum.

Chal. hasta grauis nã bona adiudicabant iis quibus debebantur: quẽadmodũ & res: quae sub hasta uendũtur adiudicãtur emptori. Geor. non una erat centũ uiralis hasta: sed plane duplex quantum ex Quintiliano cognoscimus: qui de praeiudiciis loquens haec scribit: Aut cũ de eadem causa pronunciatum est: ut ĩ reis de portatis: & assertiõe secunda & de partibus centumuiralium: quae in duas hastas diuisae sũt Valerius itẽ maximus ubi tradit de rescissis iudiciis centũuiralis hastae meminit: putoq; centũuiralia iudicia sic apud Romanos agi solita fuisse: quẽadmodum in praepotenti: & sanctissima Venetorũ repu. quadragintauirales causae exercent. Sunt enim Venetiis bis quadraginta uiri publico consilio ad iudicãdum cõstituti: quorum alteri ciuiles causas cognoscunt: Alteri uero de criminibus & quaestionibus iudicãt: quo ordine olim apud Romanos cẽtũuiri ĩ duas (ut puto) hastas diuisi decernebant per sententias suas. Martialis: Coliphia quindecim comedit. Chal. coliphia panes erant palestritarũ mẽbris cõfirmandis: quẽdamodũ gladiatores auctore plinio carica utebãtur: Coliphia Iuuẽalis luctãtur paucae comedũt coliphia paucae κωλον graece: latine membrũ ιφι fortitudinẽ significat. Geor. de coliphiis abũde diximus ĩ Iuuenalem. Sunt enim panes sub cicericii: sed illud miror q; ethymologiã huius dictionis: non solũ cõmenticiã fecerit: sed plane deridiculam: quando nõ α πο του κωλου: quod est membrum: & ιφι

Centũuirãles causae

Quadragĩtã uiri Venetiis

Coliphium

ſed forma dimĩutiua ακολλικοσ fiat collitiũ & coliphiũ. Martialis.
Si meus aurita gaudet lagopace flaccus.
Chal. lagopacæ ancillæ nomen duxit a clunibus leporis: id enim indicat græca cõpoſitio: poteſt & aſpectu leporis. Geor. de ancilla intelligẽdũ nõ eſt: quãdo ſequẽtes oẽs cõparationes de brutis fiãt: quæ uelut mõſtra a dominis ſuis amẽtur: ſed potius lagopede legẽdũ eſt: ut de aue ĩtelligamus: quã Plinius hoc noĩe appellat: & ita deſcribit lagopus pedes leporino uillo: hoc ei nomẽ dederæ cætero cãdidæ colũbarũ magnitudine hanc auem duplicẽ tradit idem ſcriptor.

Lagopus

Delectat Marium ſi pernicioſus icheumon.
Chal. icheumõ animal ex ægypto quod aduerſus amphesibenã dimicatuꝝ mergit ſe limo ſæpius & ſiccat ſole. ubi ſæpius id fecit exit munitum in certamen. Geor. q̃ impudenter & peruerſe noĩa duorũ animaliũ qui ſe infeſto odio perſecunt̃ enarrat: nã non amphesibenã: ſed aſpidas ichneumon debellat: de quorũ exitiali bello: hæc Plinius de aſpide loquens: habet deinde internecinum bellum cum ichneumone notum eſt animal hac maxime gloria: in eadẽ natũ ægypto mergit ſe limo ſæpius: ſiccatq; ſole: mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit in dimicationẽ pergit: in ea cauſa ſe attollẽs ictus irritos excipit: donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces: hoc idẽ uerſibus Lucanus cecinit. Aſpidas ut pharias cauda ſolertior hoſtis Ludit: & iratas ĩcerta prouocat ira. Obliquumq; caput uanas ſerpẽtis in iras: Effudit toto cõprehẽdit guttura morſu Lætiferã citra saniẽ: tunc irrita peſtis Exprimitur: fauceſq; fluũt pereũte ueneno. Quid itẽ dicã ꝗ criticos & homeromaſticas idẽ dicit eſſe cũ homeromaſtiges fuerint: qui homerũ ſcutica cæderent: quorũ princeps fuit Zoilus: grãmatici uero qui ante critici dicebant̃ ii fuerũt qui ſine liuore de poetis iudicarent: eoſq; in ordinẽ redigerẽt. Martialis. In bacchará hoc opus eſt ſubito fias ut ſidere mutus. Chal. ſidus morbi genus eſt quo ĩprouiſo & ſubito lingua amittit̃: unde ſiderati dicũt̃ auctore Plinio eo morbo laborãtes infra. Sidere percuſſa eſt ſubito tibi zoile lingua fias mutus ſubito ſidere. i. morbo ĩprouiſo. Geor. ſiderati illi dicunt̃: qui uim & malignitatem alicuius ſideris ſtatis tẽporibus ſentiunt: ꝗ colliger̃ poſſumus his Plinii uerbis fluuiatiliũ ſilurus canicule exortu ſiderat̃: & alias fulgore ſopit̃: hoc & mari cyprio accidere putant: alioquin totum mare ſentit exortũ eius ſideris: ergo a uerbo ſidero fit ſideratus: & is proprie qui ſidere uexatur & ledit̃: & preſiderare: ut Feſtus exponit: cũ maturius hiberna tẽpeſtas mouetur quaſi ante ſideris tẽpus. Pli. etiã in. x. na. hi. ſiderationem quo morbo arbores ledũt̃ ex cælo conſtare dicit: cuius propriũ eſt ſub ortu canis ſicitatũ uapor cum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur. Hoc genus morbi: nõ ſolũ

Ichneũmon

Lucanus

Homeromaſtix

Zoilus

Sideratur

Silurus

Siderare

lingua͂ tollit: sed & reliquas partes. Mart. archetipa uasa eucti sic ait.
Hic duo longæuo censentur nestore fundi:
Pollice de pilio trita columba nitet:
Chal. uasa argentea aliis supponebantur tanq̄ nidi. Plinius de pocu-
lis ad sustentanda obsonia inter addidimus altera: & interest q̄ pluri
mum lima perdiderit censentur in precio sunt longæuo nestore: pro-
pter uetustatem ductam usq; a nestore: columba fundum: quo susti
netur poculum: trita usu pollice manu nestoris. Geor. O miserãdam
uenustissimi poetæ sortem: qui talem nactus sit expositorem: O infe
licem græcarum: latinarumq; litterarum cõditionem: quas indoctus
& perinde impudens homo corrumpat: O grauem ignauiam docto-
rum hominum: qui ueritatem non afferant: & eam tam turpiter peri-
re patiantur: habent hi duo uersus quæstionem omnium: quæ in poe
tis habentur difficillimam & perobscurã: in qua soluenda græci om-
nes grammatici totis uiribus elaborarunt. Quare cum hi duo uersus
de Homeri illiade sumpti fuerint uarieq; & diuerse super eis grãma-
tici disseruerit: primum ueram lectionem trademus: tum homericos
uersus: & quid senserint doctissimi uiri subiungemus: legendũ enim
est hoc modo. Hic duo longæuo censentur nestore fundi: Pollice de
pilio trita columba nitet. Nam duplici fundo constabat poculum: in
cuius ansis iusculptæ erant columbæ quattuor. q; solus nestor astan
te Vlysse Aiace Diomede & Achille: sustulit atq; ebibit: de cuius po
culi forma atq; celatura multa a celeberrimis scriptoribus quæsita
sunt: quæ omnia ab Eustathio sub cõpendio sumpta in latinũ trãsfe-
ram. Illudque in primis dicam appellari uas illud nestorida a figura
poculi Nestorei: Sed iam Homerum audiamus hæc de Nestore scri
bentem.

Nestoris

παρ δα δεπασ περικαλλεσ ο οικοθεν ηγογερεοσ
χρυσιοισ ηλοισ πεπαρμενον ουατα δαυτου
τεσσαρεσαν δοιαι δε πελειαδεσ αμφισ εκασον
χρυσιαι νεμεθοντο δυω γυπο πυθμενεσ ησαν:
αλλοσ μεν μογεων αποκιρησασκε τραπεζησ
πλειον εον πεσων δο γερων αμογητι αειρεν.
Quæ ut potui latina feci.
Stat scyphus insignis tulerat quem nestor ab æde.
Confixum ex auro clauis: hic quattuor aures:
Quas circum geminæ stabãt utrinque columbæ
Aureæ pascentes: suberant autem duo fundi:
Vixq; gemens alius de mensa tolleret illum
Plenum: non gemuit senior cum sustulit ipse.
Super his primũ quæsitum est quid sit aureis clauis confixũ. Deinde

quæstiones difficillimæ

quid illud quattuor erant anſe quando aſclepiades dixit alia pocula: ubi loquitur de Neſtoride duas anſas habere: tum autē quo pacto ſup poni poſſunt quattuor columbæ paſcentes circa quãque anſam: dein de cur dixerit duos fuiſſe fundos poculi: In primis autem quæſitũ eſt de neſtore qui ſolus ſine labore ſuſtulit: cum alii laborãtes illud ferrēt de clauis quidam ita accipiunt ut forinſecus argēteo poculo affixi ue lut arte luſoria ſtarent: quemadmodum alibi in ſceptro Achillis dixit. ωσ φατο χω ο μενοσ ποτι δε σκηπτρον βαλε γαιη χρυσιοισ ηλ οισι πεπαρμενον apelles autem quidam tornator demonſtrauit ĩ co rinthiacis operibus clauorum poſitionem ut eſſent eminentia quædã parua & feruminata clauorũ capitula: ſed a poeta dicuntur infixi cla ui non tanq̃ forinſecus inhærentes. ſed uelut infixis ſimiles: quod ſci/ licet extra parum emineant ĩ ſuperficie ſuſpēſi. De anſis uero. quidã ſic diuidunt: habebat autem duas anſas ſuperne: quemadmodũ alia pocula: reliquæ duæ circa mediam curuaturam ex utriſq; partibus ſi/ miles hydriis corynthiacis: hic perq̃ aperte demonſtratur quattuor an ſarum habitus: quæ ex una uelut radice quæ ex fundo procurrat ſecũ dum quãque anſam. Sunt enim diuiſi rami non multum inuicē di/ ſtanter: ſed protendentes uſq; ad labra paululum quidem ſuſpendun tur. & prout diſtant a uaſe ſeruant diuiſionem: cum uero deſinunt ad labrorum inhærentiam rurſum coniunguntur: & fiunt hoc modo an ſæ quattuor: Hæc quidem forma non in omnibus huius fabricæ: ſed ĩ quibuſdam uaſis uidetur maxime in his poculis quæ ſeleucides dicũ tur: de duobus uero fundis ſunt qui ſic ſoluant poculorum quædã fũ dum habent: & conglutinatum cum toto poculo: quemadmodum ſũt cymbia phialæ: & ſi quid eſt phialis ſimile: quædam duo. Vt canthari ſeleucides & carcheſia. Vnum quidem aiunt eſſe fundum: qui ſecun dum alueum cum toto uaſe cõſtructus eſt: alterum uero qui ante ab acuto incipiens deſinit in latius: & tale dicũt fuiſſe neſtoris uas. Poſſu mus autem ſupponere duos fundos: & alterum quidem fere totum tu morem poculi ſecundũ maiorē circularē circũſcriptionem habentem elationem cõuenientem altitudini: alterũ uero minorem circulũ cõtē/ tum in maiore quēadmodũ contigit in uaſis neſtoris. Dionyſius uero thrax fertur neſtorida fabricaſſe diſcipulis argentum conferentibus. Vnde promathidas eracleothes ex dionyſii conſtitutione exponēs ait ſcyphum eſſe depreſſe habētē aures: quēadmodũ ſunt naues duarum prorarum: circa autem aures colũbas: quēadmodũ uidit baculos quoſ dã ſubeſſe poculo obliquos ꝑ lõgitudinē & illos eſſe duos fundos qua/ le poculũ olim capuæ uiſum fuit: quæ ciuitas eſt cãpaniæ dianæ obla tum: quod dixerunt neſtoris fuiſſe. nam argēteum erat aureis litteris homericos uerſus inſculptos habens. Alii uero altius: De poculo diſſe/

ansæ quales

Seleucides

Duo fundi quomodo

Dionyſius thrax neſtorida fecit

ꝓmathidas

Capuæ neſtoris uiſa

ruerunt: hoc est priscos cum existimauissent primum mansuetum nutrimentum hominibus orbicularem mundum ex figura solis & lunæ fecisse hinc mensas rotundas tripodas & placetas. poculum uero quod susciperet nutrimentum humidum circulare fecerunt: sed nestoris poculo quiddam magis separatū inerat: Habebat enim stellas quas clauis similes poeta dixit: & stellas similes esse clauis uelut impactas cœlo: quemadmodum dixit aratus de eis ουρανω αιεν αρηρεη αγαλματα ηικτοσ ιουσησ: addidit autem aureos clauos argēteo poculo quippe figurans substantiam cœli secundum apparentiam argentei poculi: quod cœlum argento simile sit: Stellæ uero auro quia ignitæ uideātur. De columbis autem sunt qui ita sentiant per peliadas non significari aues: sed potius stellas pleiades per litteræ transiectionem. Nam & multi poetæ. & ī primis simonides atque pindarus: pleiadas pro pleidibus dixerunt: Ergo in poculo unaquaque ansa duæ supponēdæ sūt: siue aliquis uoluerit eas esse puellas sub natura auium: siue sub figura humana stellis uariatas. Sunt uero qui intelligant hoc modo duæ: cum dixit poeta: Peliades aureæ circūpascebantur: duoque fundi suberant: ut non essent duo fundi. neq; secundum dieresim legendum: ut dixit Dionysius thrax: sed potius composite υ υποπυθμενεσ ut intelligamus quattuor fuisse columbas: in duabus ansis diuisis bifariā: duo autem υποπυθμενεσ: hoc est sub fundi tanquam suffundales: uelut sustineretur poculum a duabus peliadibus subiacentibus fundo. Ergo cum de positione duplicis fundi & columbis: quæ in ansis inerant uariæ & diffidentes sententiæ grammaticorum forent: dixit nestora censere geminum esse fundum: hoc idem de columba intelligendum est: Quam senis pollice tritam dicit: quare facessat arrogantissimus & indoctissimus iste Dominicus: qui duos uersus tam reconditæ & uariæ eruditionis ista deprauauerit: ut de dignitate homerica & festiui poetæ doctrina multum nobis tolleretur: De nestoride uase intellexisse Suetonium dixerim: cum scribit Neronem nūciata defectione exercituum litteras prandenti sibi redditas concerpsisse mensam subuertisse: & duos scyphos gratissimi usus quos homericos acælatura carminū homeri uocabat solo ilisisse. Martialis de triūpho Domiciani.

Aratus — *Quid de colūbis seserit finatici* — *Simonides* — *Pindarus* — *Suetonius* — *Nero*

Dat populus dat iustus eques dat tura senatus
Et libant latiæ tertia dona tribus.

Chalderinus latinæ feriæ dicebantur dies quibus fœdus ictum est a latinis populo Romano: iisdē diebus licebat populis latinis petere carnem ex monte albano a Romano populo ex sacris: Cicero in oratione pro planco hoc indicat: dum paucitatem hominum in quibusdā municipiis ostēdit his uerbis quibus e municipiis uix qui carnem latinis petant inueniuntur: Victoria sarmatica tertia erat: de qua hic loquit.

sic iam domitis dacis & cattis tertia igitur dona.idest sacrificia : quæ tertia iam uictoria fiebant ditabant tribus latias: idest populos lati/nos:quia tertio iã carnes dabãtur: auctores sunt Macrobius & Varro Geor.quo spaciosius historias & consuetudines priscas conquirit:& repetit impudens hic iactator eo magis pugnantem: & interim confu sam interpretationem affert:uelut hac in parte: Nã si populus eques & senatus tura dabant:utpote triumphum diis & Domitiano gratulã tes:tribus latiæ gratulabundæ:quo pacto ditabant tertiis donis quin magis & ipse dona ferre debebant:uel quid de feriis latinis hac in par te mentionem facere oportuit:quæ indicebantur quotiens noui con/sules magistratum inituri essent:quo inito albam proficiscebãtur sã crificaturi cum uisceratiõe:ut apud Gellium & Lucanũ habet:quod cum ita sit parum uera est Chalderini enarratio. Nos autem hæc sen timus. Confecto sociali bello multis e latio data est ciuitas romana: ut apud Appianum legimus:distributiq; sunt ĩ tribus ut suffragium ferrent:dũtaxat post quinq; & romanas tribus hinc ortum fuit ius la/tii:quod datum fuit per senatum & cæsares pluribus populis atq; op pidis:tam in Italia q̃ extra italiã:ut frequenter notant Pedianus & Pli nius:hic igitur erit sensus:latiæ tribus:hoc ẽ urbes & oppida: quæ ha bent ius latii:& latiæ tribus dicuntur a poeta:libant non ditant tertia dona templis pro uictoria Cæsaris: Tertia autem dona dixit ut ostẽ/deret eas tribus non esse diuisas a populo romano:sed habere idẽ ius quod populus conditione alia. Suetonius de testamento augusti lo/quẽs hanc tribuum & populi discretionem fecisse uidetur his uerbis. Legauit populo Romano quadringenties tribubus tritics quinquies sestertium. Martialis.

Ius latii

An tua multifidum numerauit lana timauum.

Chal. lanæ patauinæ ĩ precio erant quod Strabo scribit & in distichis est:non procul autem a patauio timauum esse error quidam recepit placet magis hoc q̃ ut ĩtelligas de lanis histriæ aut tergestinis:nume/rauit alludit ad numerum hostiorum qui octo habet. Geor. ego ma/gis altinatem lanam existimo. Nã altinates oues a columella cõmẽ/dantur:de quibus & poeta hæc ait.

Lanæ altinates

Velleribus primis apulia parma secundis:
Nobilis altinum tertia laudat ouis

Sed cum errasse dicis quosdam qui dicant timauum uicinum pata/uio coarguendus erat & refellendus illorum error: & in primis a te q sedulus harum rerũ inquisitor uis uideri: Ego autem ut errori quo/rũdam occurrã quando res ipsa & locus huius quæstionis me admo net quid de timauo:tum ex lectione ueterum: tam ex inquisitione di ligenter nostrorũ hominũ subiungã: q̃q̃ illud in primis miror Blũdũ

Blundus

egregium alioquin italiæ ruinarum illustratorē affirmare timauum eū esse fluuiū: quem nostri hoīes brentam uocitent. Miratur enī non indoctos homines quærere timauū ī istris. & post testimonia Lucani & Martialis Plinio nixus quædam dicit in totum falsa: de insulis scilicet & aquis dulcibus in urbe Veneta scatentibus. Quā uellē uirum alias non indoctū: & tum recentioris historiæ; tū italicarū urbiū īquisitorē laboriosum: aut hæc siluisse: aut exactius flumen inuestigasse q̄q̄ super terram mergatur. Ergo ut quod ego sentio & uerum est aliquando dicam fluuius is quem Brentam nunc dicunt a priscis meduacus appellatus est eodem nomine & bacchilio a Vicentinis defluens montibus. Nam hostia padi Plinius scribens hæc ait proximum portum facit brondulū sicut edronē meduaci duo & fossa clodia. Timauus autem per aquilerensem agrū labitur: & mersus post uiginti milia passuū exit auctore Plinio: Strabo quoq; possidoniū sequutus timauū subire terras tradit: influit aūt in mare pluribus hostiis quæ accole tergestini sinus fonticulos dicunt: quoniā instar fontiū emittunt aquas ex aduerso: quorū est insula parua in mari cum aquis calidis quæ pariter cum æstu maris crescunt minuunturq; & nunc balnea montis falconis appellantur: hoc nuper cognitum est diligentia chronici qui ex senatusconsulto chirographiam attulit eius tractus: qui intra pectus alpium & tergestinum sinum iacet. hæc sunt quæ de fluuio pro tempore & præsenti negocio dicere uolui. Mar. ī picētē.

Meduasus Bacchilio

Scribit in aduersa picens epigrammata charta.

Chal. scribere in charta aduersa (ut puto) hic accipitur pro eo quod est in pagina & in tergo. Geor. uix ego hoc crediderim quando ex utraq; parte scribatur & latera ipsa quodāmodo opponantur paginis: Vnde Hieronymus ex latere in paginam: aduersa autem charta scribere erit nō in formam paginæ aut memorialis libelli scribere: sed potius transuersa charta: hoc est in oblongum uersa. Martialis.

Nondum distulerint raucæ uadimonia chartæ.

Chal. distulerint uadimonia peregerint iudicia. Nam tertia hora in foro uersabantur. Geor. differre uadimonia est differre: siue prorogare tēpus sistendi alterius in iudicio: quotiens spōsio facta est: quā rem ex oratione pro quintio cognoscere licet: & enim uadari reus dicitur & uadimonium sisti: quotiens aliquis pro alio spondet: ut in iudicium ueniat & sistatur: in qua re multa diligenter disputat Laurētius: in elegantiarum libro ultimo: Martialis.

Differre uadimonia

Vadari

Et floralicias lassat harena feras.

Chal. fere ab edilibus parate ad aliquē ludum lassabātur quarta hora usq; in quintā ad iugū patriciū: ubi florales ludi exercebantur: uel quia mense aprili prætores ludos edebant feras ad megalensia: quo

tempore & floralia fiebant: unde floraliciæ feræ dicuntur: hoc est edi te in spectaculum eo mense quo floralia agebantur. Geor. ego ma/ gis puto floralicias feras eas dici: de quibus hæc Ouidius.
Cur tibi pro libycis clauduntur rete leænis;
Imbelles dāmæ innocuusq; lepus.
Non sibi respondit siluas cessisse: sed ortos
Aruaq; pugnaci non adeunda feræ. Martialis.
Occurrit aliquis inter ista draucus.
Cui refibulauit turgidum faber penem.
Chal. refibulauit. i. maiore fibula cinxit crescēte pene. Geor. nō uidet hebes homo epigrāmatis gratiā & poetæ fel quodāmodo euanescere si refibulare id esset quod exponit: qui ubicūq; de fibula loquit̄: tū fi cta: tū emētita quædā adducit. Est igitur refibulare fibulā tollere uel ut Iuuenalis ait soluere. Nā ut in Iuuenalē diximus ex præceptis Cel si circulo æneo infibulabantur adolescētes seruādæ uocis gratia quæ post expertā uenerē: tū asperior fieri: tū mutari solet. Quod cū ita sit nescio cur sæpe exponat fibulā esse uelamē quo pudendæ partes te/ gerentur: Martialis ad sextum.

Refibulare quid sit

Scribere teq; uix intelligat ipse modestus
Et uix claranus quid rogo sexte iuuat.
Chal. claranus & modestus iuriscōsulti fuerūt doctissimi qui cū legū īterpretatiōe uersent̄ hos duos noīauit: cū uellet acutissimos īterpre tes noīare. Geor. ego magis ītelligo de clarano quē ī epistolis Seneca cōdiscipulū uocat: qui ingenio fuit fortissimo ac beatissimo de quo eodē clarano: hæc Ausonius. Vrsule collega nobilis harmonio. Har monio quē claranus: quem scaurus & asper: quē sibi conferet Varro. Martialis de spectaculo mutii.

Claranus Seneca

Nam cum dicatur tunica præsente molesta
Vre manum plus est dicere nō facio.
Chal. est plus dicere plus laudis est tunica molesta. i. satelitibus & ap paritoribus molestis: uel tunica molesta præsente ꝙ tunica: qua dece ptus est mutius in scriba ī spectaculo representabat̄ nō facio: ut ostē dat laudē animi esse & nō corporis: an rettulit hoc ad īnocētiā ꝙ pla/ cet: nā qui mutiū rep̄sētabat scelere dānatus fuerat: cuius laus fuisset maior si nō cōmisisset aliq̄d cur dānaret̄. Geor. si āxius hic expositor se aliq̄do explicaret & sensus aperiret gratia aliqua illi hr̄i deberet: sed cū oīa īuoluat atq; ex obsuris obscuriora faciat odiosus īterpres difficilis hic sensus aperiendus est. Legimus apud Senecā ad Luciliū tunicā fuisse alimētis igniū & illitā & ītextā: de qua tunica idē alibi.
Nec scōbris tunicas dabis molestas.
Nam Scombri saliti: & reliqua salsamenta chartis obuoluta sub

Tunica mo/ lesta

pruhis torreri solēt. De hac itē tunica intellexit Iuuenalis: cū dixit.
Ausi quod deceat tunica punire molesta.
Ergo sic intelligendum maior constantia & animi magnitudo osten
ditur: si præsente molesta tunica: quam tortor intentet dixeris impe
ranti ut manum uras non facio: utpote tormentum ignis in molesta
tunica passurus q̄ si manū inureres quando leuius sit pati manū adu
ri q̄ corpus totum per ignem absumi. Martialis in proculeium.
Constatura fuit megalensis purpura centum.
Milibus ut nimium munera parca dares
Et populare sacrum bis milia dena tulisset:
Chal. erat prætor: & cum sit prætor noluisti eum: purpura megalēsis
dicit: qua prætores in megalensibus uti solent. Nam megalenses ludi
a prætoribus celebrabantur in honorem magnæ matris mense aprili:
quos ludos curant purpura induti pene triumphali. Sacrū populare
megalesia appellat sacra popularia: hoc est gratissima populo. nam
his populus romanus maxīe delectabat̄. Geor. ita permiscet & obtur
bat hic litterator: quæ poeta discernit: ut iam laboriosus sit distīgue
re: quæ hic confundit q̄ difficiles sensus aperire: ut in hoc loco. Nam
per uerba poetæ populare sacrum a megalensibus differt: quando cē
tum milia in ludis megalensibus impendenda essent in sacro popula
ri bis dena absumerentur: sed populare sacrum ludos florales intelli
go: in quibus missio fiebat in populum ab iis qui gratiam plebis quæ
rebant Persius Vigila & cicer ingere large Rixanti populo nostra ut
floralia possint Aprici meminisse senes. Populare autem sacrū ideo
dixit: uel quia erat populo per eos dies lasciuia atq; licentia maior:
uel quia flora cum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset: po
pulum romanum scripsit heredē: certamq; pecuniam reliquit: cuius
ex ānuo fœnore suus natalis dies celebraretur e ditione ludorū quos
appellant floralia: hæc Lactantius: Existimo autem per ludos mega
lenses præturam significari: per sacrū populare: hoc est floralia ædi
lem intelligi. Nam tam prætor q̄ ædilis populo Romano largitiones
& munera dabant. & arbitrio ædilium quantum ex Ouidio percipi li
cet floralia gerebantur: in epigrammate.
Nuntiat octauam phariæ sua turba iuuencæ
Et pilata redit iāq; subitq; cohors.
Chal. pilata sistrata. Georgius. pilum a sistro perq̄ lōge differt. nā al
tero corpora cædimus: alterū māibus pulsamus & cōcutimus: ūde græ
ce nomē inditum est sistris παρα το σειω: hoc est quatio. Quod est
concutere: sed pilatam turbam potius sacerdotes Isidis accipio: qui
ut Apuleius tradit brachiis suis humero tenus renudatis attollentes
immanes gladios ac secures brachia ferro: & musculos dissecabāt: &

Populare sacrum

Floralia

Pilū Sistrum

Apuleius

quia plagis inuicem se consauciabant profuso cruore e multis uulneribus pilatam cohortem appellat: quam redire: & subire dicit propter lymphaticum saltum atque tripudium: quo urbes & oppida lymphatici pererrabant: Martialis.
Septem signa capit sex sumus adde lupum.
Chalderinus alludit ad coenationem: nam non nullæ coenationes sex capiebant: aliæ septem: aliæ octo de stipadio in distichis:
Accipe lunata scriptum testudine signa
Octo capit ueniat quisquis amicus erit.
Georgius. antiquum olim codicem nactus sum: in quo legebatur sigma: non signa. Ergo cum diligentius scriptores ueteres: & eruditos reuoluerem: forte apud Lampridium qui de heliogaballo scribit: quod primus inuenit sigma in terras sternere: Et item de eodem: ut de croco sigma strauerit: cum summos uiros uocaret ad prandium: Et alibi habuit hanc consuetudinem: ut octo caluos rogaret ad coenam: Et itẽ octo luscos: octo pedagogos: & octo surdos: octo nigros: octo lõgos: octo pingues: cum capi non possent uno sigmate. Igitur nostro iudicio atq; periculo legatur sigma: non signa: Martialis.

Sigma

De prasino conuiua meus uenetoque loquatur.
Chalderinus: prasino & Veneto de duobus aurigis carissimis imperatori. Georgius: hic breuiter repetam quæ pluribus uerbis disserui: dum exponerem illud Iuuenalis.
Euentnm uiridis quo colligo panni.
In circensibus ludis quattuor erant factiones: prasina idest uiridis pãni: ueneta: idest obscuri: rosei: item & albi: quibus quattuor coloribus: tam imperatores: q̃ populus per factiones fauebant: Nam Nero prasine factioni in primis deditus erat: Vnde poeta dixit:

Prasinus
Venetus
Roseus
Albus

Sæpius ad palmam prasinus post fata neronis
Peruenit: & uictor premia plura refert
I nunc liuor edax dic te cesisse neroni:
Vicit ni mirum non nero sed prasinus
De studio item uulgi in huiusmodi colores est illud distichon.
Si ueneo prasino ue faues qui coccina sumis
Ne fias ista transfuga sorte uide
Viteliũ itẽ legimus uenetæ factioni studiosum. ergo poeta uult conuiuam suũ de prasino & ueneto loqui: de quibus pro studio suo plebsipa sermonẽ faciebat ĩ delicatũ lectorẽ. Sed te mattea sola iuuat. Chal. mattea cõdimẽtũ est carnis unctũ a uerbo græco: ut cõcessit Varro: nã matto significat oblino: inde uerbum est apud Aristophanẽ: qui gulosum appellat matteolichum. i. mattea sectantem: Suetonius genere fœminino protulit in caligula: Matteas inquit uenenatas multis misit:

Vitelius

Mattya

ſola mattea:ideſt ſola uncta: Geor. de ſcriptoribus Græcis quærenda eſt & origo: & ſignificatio huius dictionis: quæ parum aperte & erudi/ te a chaldarino traditur. Inuenio apud græcos ſcriptores mattyam per duplex. t. ſcribi ſequente. y. & inuentum fuiſſe macedonicum. Nam cum macedones precioſa comederent: hoc genus edulii excogitarunt: Sũt qui dicãt απο του μασασθαι dici mattyam. Vnde & αυτο του ματτειν & μαζα denomĩata eſt: & apud cyprios: quæ uocatur μαγισ prouerbiumq; fuit de iis qui ſupra modum delicatus eſſet: υπερ μα/ ζαν dicere: & enim proprie hoc alimenti genus populare fuit & cõmu/ ne omnium: ex farinis fiebat: poſtea uariantes neceſſaria alimenta in temperanter & curioſe paululum adiungentes: quod prius nomẽ erat maſſis mattyam appellauerunt quodcũque precioſum edulium: un/ de & mattyaſſin eſt mattyas conficere: ſiue ſint aues. ſiue herbæ ſint: ſiue aliud quiddam: Vſi ſunt etiam ueteres græci: tam nomine q̃ uer bo mattyaſin: pro eo quod eſt ueneri indulgere. Vnde legimus Ariſto phanem grammaticum ſic dicentem. Dulcius nihil eſt mihi mattya: ſiue primi Macedones: ſiue athenienſes: ſiue omnes dei ignoro: uerũ/ tamen opus fuit prudentiſſimi: ſolebant ſane poſt omnia edulia ulti/ mo loco mattyam apponere: ut refert Atheneus & epeclia a ſparciatis

epidypnidas

mattyæ dicebantur: Alii epidypnidas mattyas dixere: cinicus in opere quoddam: quod inſcribitur archeſilaus ſic ait. Compotatio erat comeſ ſantibuſque quibuſdam lacena quædam iuſſit inferre mattyam: ſta timque circũlatæ fuerũt perdices paucæ anſerculi toſti: & quadræ pla

epidorpiſma

centarum: qualem cœnam Attici appellant epidorpiſma Dorieſes epe clon: plurimi uero græcorum epidypna: Hæc Atheneus. Martialis:

Ad lapidem torquatus habet prætoria quartum
Ad quartum breue rus emit otacilius.

Georgius: ſilet in totum hic tantus expoſitor de prætoriis: nos uero & ſi in explanationem illius Iuuenalis criminibus debent ortos prætoria:

Prætorium

expoſuerimus ex ſententia Columellæ & Palladii eſſe prætoria in ru/ ſticis prædiis ampla ædificia: quod ĩ hac parte poeta intelligit: quæ po ſtea apud iuriſconſultos legerim ſubiungemus in libris digeſtorum

Vulpianus

Vulpianus elegantiſſimus iuriſconſultus hæc tradit ruſticorum præ diorum ſeruitutes ſunt hæ licere altius tollere: & officere prætorio uici ni: uel cloacam habere: licere per uicini domum uel prætorium irridet ergo poetam Otacilium: qui ſupra uires & opes ſuas imitari uelit ma/ gnificentiam ædificiorũ atque ortorum. Martialis de numa.

Iam ſcrobe iam lecto iam pollinctore parato.

Chal. pollinctores dicebãt qui curabãt funus: ut Nonius marcellus ex

Deſignatorẽs
Libitinarii

Varrõis & Plauti teſtĩonio docet. Geor. curatores funerũ deſignatores & libitinarii dicti fuerunt: quod in cõmentariis Iuuenalis ſcripſimus:

In quo autẽ differat libitinarius a polinctore docet Vulpianus de in/stitoria actione scribens ad hunc modum: si libitinarius seruũ polin/ctorẽ habuerit: isq; mortuum spoliauerit dandam in eum quasi insti/toriam actionem: ex tanti iurisconsulti uerbis liquido patet: libitina riũ esse curatorẽ funeris: polinctorem uero qui cadauera tractet atq; sepeliat porro q̃ indocte & a negocio: De quo agitur longe dissidẽtia uerba cassii emine adducit a plinio notata: ubi de piscibus loquitur. Sũt enim hæc pisces marinos in usu fuisse protinus roma cõdita au/ctor est Cassius emina: cuius uerba de ea re subiiciam. Numa cõsti/tuit: ut pisces qui squamosi non essent ni pollucerent: patrimonia cõ/mentus: ut cõuiuia publica priuataq; cœnæq; ad puluinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent precio minus parcerent: sed si deo placet: noster hic egregius litterator: ubi pollucerent legit: & polluctum secutus emendantium errorem pollincerent: & pollin/ctum legendum censet: quasi de funere piscium numa legem tulerit nimis sane audaces: & cum iactura bonorum auctorũ sunt hi homun tiones in quorum temerariam & interim perniciosam ignauiam do/ctissimus quisq; inuehi deberet ut ueritas & dignitas nostræ linguæ a tanta iniuria aliquãdo defendatur. Cassius scribit pollucere: quo pri sci latini in hac ferme significatione usi sunt: quotiẽs opiperas dapes uelut in sacrificium dei: & ĩ primis herculis facturi erant: cui deo deci mas omniũ rerum Romani uoto reddebant. Plautus in sticho: ut de cimã partẽ herculi polluceam. Neuius in collace qui decimas partes quantum alieni fuit polluxit tibi a publicando epulum herculi deci/mis. Macrobius quoq; catillones eos proprie dicit: qui ad polluctum herculis ultimi cum uenirent catillos liguribant: & pollucibilem eam cœnam: quam Cleopatra Antonio parauit appellat: quam eandẽ pli nius magnificam dixit: ut manifeste appareat ad polluctum nihil a/liud esse: nisi ad magnificum epulum. Quale herculi solebat fieri ue nire in quem sensum accipienda sunt Cassii uerba si diligenter ea ex cusserimus. Martialis in licentiæ suæ excusationem hæc ait.

Vulpianus

Pollucere

Polluctum

Quod futuit glaphyram antonius hanc mihi pœnam
Fuluia constituit se quoq; uti futuam.
Fuluiam ego ut futuam quid si me manius oret
Pedicem faciam non ego si sapiam.
Aut futue aut pugnemus ait quid quod mihi uita.
Carior est ipsa mentula signa canat.

Chaldarinus. post primam simultatem cum Antonio cũm utriusq; milites poscerẽt ut necessitudine aliqua coniungeretur actum est: ut Augustus duceret Claudiam filiam Fuluiæ uxoris antonii quam su sceperat ex. P. Clodio priore uiro eam intactã reliquit: orta simultate

inter ipſum & fuluiã ſocrũ: ſimultatis cauſa: nõ exponit a tranquillo docet auguſtus hoc epigrãmate: ait enĩ fuluiã ſocrũ popoſciſſe ab eo coitũ ĩ ultione Antonii cõiugis: qui minimã cytheridem amabat: ſed ſe id recuſaſſe quoniã anus erat. Geor. ſi hic Chaldarinus libros Oppiani de bellis ciuilibus legiſſet cãm ſimultatis ĩter fuluiã & auguſtũ tũ quid foret manius & omnẽ uim epigrãmatis cognouiſſet: ſiquidẽ Lutio Antonio triũuiri frater conſulatũ gerẽte: Marci Antonii uxor fuluia cũ Lutio manione oĩa opera Cæſaris agi uideretur: admittebant cultores qui ꝓpriis agris expulſi erãt: eiſq; auxiliũ pollicebãtur: opera tamẽ manii fuluia in deterius cõuerſa fuit: nãq; dicebat Manius: ſi italia quieſceret Cleopatrã detenturã Antoniũ qui inſurgẽte bello celerrime ad eã rediret. Quare fuluia muliebri perturbatiõe mota Luciũ Antoniũ in contentionẽ ĩpulit. Marcus uero Antonius mox maniũ: quia fuluiã ad bellũ irritaſſet per calũniã Cleopatræ neci dedit. Hic ergo erit ſenſus: fuluia impulſa per maniũ in bellũ ciuile tãq̃ ultura maritũ Antoniũ qui ſubigebat glaphyram: petit a Cæſare Auguſto futui: quã rẽ Auguſtus negat exemplo ficto de manio: quippe dicens: ſi manius iam uir rogaret ut ſe pedicarem: nempe ut facerem Ergo nec tibi o fuluia morem geram: quemadmodum nec manio obſequerer: q̃uis & ipſe ſit cauſa ciuilis belli: ſed optione data magis eligit pugnam q̃ coitum: in lydiam poeta ait.

Quam rota tranſmiſſo totiens impacta petauro.

Chal. petaurus dicebat̃ qui corpus emittebat ꝑ circulos: idẽ petauriſta appellat̃ a petome: q́ ſignificat uolo: auctor eſt Marcellus: & Firmius ĩ aſtronomico petauro tranſmiſſo. i. dũ petaurus trãſmittit corpus. Geor. Nonius Marcellus quo auctore nititur circuli mentionem nullã facit. Quare dixerim petaurũ machinã fuiſſe ligneã. Vnde petauriſtæ ſe mouerẽt: declinat̃ autẽ hoc petaurũ: unde petauriſſo uerbum & petauriſta: de qua dictione plura in cõmentariis Iuuenalis diximus. Chal. mulierũ mãmæ & membra ſenilia iuuenili humore exhauſta panuciæ fiunt: hoc eſt uenoſa: ſupra.

At tibi panoſæ dependent pectore mammæ.

Geor. Iuuẽculas aiũt medici a primo partu plerũq; hoc morbi genere uexari & quãlibet magno premio remedia exquirere. Plinius quoq; ut deſideriis mulierũ ſatiſfaciat: docet ꝓſæpe quibus medicinis pãni de corpore noſtro tollant̃. Hoc idẽ & Celſus precipit. Non ceſſat de fibula denuo peccare: ut in hoc loco. Nã ex aluta nigra erat fibula ut ſupra: & item fallitur: cũ exponit enterocelas inteſtina eſſe: de qua dictione abunde diſputatum eſt contra Galeotum. Martialis.

Panni

In criſtillum lucilii columella eſt.

Hic ſitus metrophanes. Chaldarinus. Lucilii eſt hoc carmẽ in metro

phanem Columellam tumulatum eius seruum: ut ita legatur Lucili Columella situs est hic metrophanes columella: Metrophanes nomē est proprium Lucili scilicet Seruus Georgius: puerilis est explanatio: & uix digna quæ legatur: nam Columella non est proprium nomen: ut hic somniauit, sed potius ut Donatus ait: exponens illud Terentii: Columē uero familiæ: columelle apud ueteres: dicti serui maioris domus. Lucilius uigesimosecūdo seruus neq; infidus domino: neq; ī utilis: q̄ q̄ Lucili Columella hic situs. Ecce per Donatū quid Columella & uersus partem: quem totum Martialis adducit.

Columellā

Nasutus nimium cupit uideri.

Nasutum uolo nolo polyposum

Chal. Nasuti qui acriter iudicant: ī eos scribit qui ut scire aliquid uiderētur acriter potius q̄ perite iudicabāt: ex metaphora igitur huiusmodi homines appellat polyposos: Polyposi sunt quorū nasus polypo morbo ī fedam magnitudinem excrescit nasutus nimium iudicator. Georgius: posteaq̄ de naso totiēs disseruimus: iam possum coarguere hominem de iudicio nasi: quo nō ad iudicium: sed ad dolosā irrisionem utimur: nec est sensus quem hic putat: īmo potius notat ī eptum derisorem qui obsurdis dictis iocet: quo nomine polyposus: hoc est immundi & nō emuncti nasi q̄ nasutus appellari potest: sed ī diffinitione polypi & audax & insanus uidetur: plura dicerem nisi alibi de polypo abunde tractauissem non enim nasus excrescit in fedā magnitudinem laborātibus polypo: sed potius caro interiora nasi occupat intumescēs maxime flante euro. Martialis.

Quales nec didymi sciunt puellæ.

Chal. didymi mangonis qui didymus dicebatur: Nam spasio & emus puellas quidem habebāt molli carmine eruditas. Papinius diues spasio quos agit tumultus: Huc intrant faciles emi puellæ. Georgius: hic enarrator non solum sua temeritate Martialem inuoluit: sed & una opera siluas papinii contaminat: & patentes sensus sua quadam affectata disquisitione obscurat: & interim corrumpit: siquidem apud Statiū legimus diues sparsio: quos agit tumultus: quod scilicet calendis decēbribus Domitianus sub noctē. iussisse spargi ī populū missilia omniū generū: quā rē Mar. sæpe notauit: quid nō legimus spargerē stipē: īde sparsio: Quid nō Suetonius de eodē Domitiāo sic ait? Inter spectacula muneris largissimū epulū septimunciali sacrorū die q̄dē sēatui equitiq; panariis plebeis sportellis cū obsonio distributis: īitiū uescendi primus fecit: di eq; pxīo omne genus missilia sparsit: quam rem & idem Statius significat. Nam ad Domitianum conuersus sic ait. Vna uescit oīs ordo mēsa: parui: fæmina: plebs: eques: senatus

libertas reuerentiam remisit: & tū quādo etiam quis hoc uocare quis promitter possit hoc deorum nobiscū socias dapes insisti iam se quis quis is est inops beatus conuiuam ducis esse gloriatur: & paulo infra iam noctis proprioribus sub ūbris diues sparsio quos agit tumultus quis obsecro nisi mente captus hæc clarissimorum scriptorū dicta nō contulisset. sed & Seneca scribit rhetorem quendam huiusmodi spar siones adoratos imbres dixisse: ad quam sententiam alludere Statius uidetur his uersibus. Non tantis hyas in serena nimbis. Terras obruit aut soluta pleias. Qualis per cuneos hyems latinos. Plebem grandine concutit serena. Ducat nubila iupiter per orbem. Et latis pluuias mi/ netur agris: Dum nostri iouis hi ferātur ībres. At q̄ falso exponit huc ītrant faciles emi puellæ. Nam cum emi sit infinitiuus ab emor eme ris: cōtra naturam syllabæ de nomine proprio intelligit: cuius prima syllaba apud Iuuenalem producitur: cū molli demetrius æmo & re/ cte quidem: nam per diphthōgum scribitur a græcis: sed & sensus ex peditior est: si uerbum legerimus emi: hoc est quæ paruo precio cōdu ci possunt: quod & Martialis tetigit: ubi dicit:

Spatsio

Adorati im/ bres

Si plebeia uenus gemino tibi uincitur asse:

Et Horatius ait se amare parabilem facilemq; uenerem: hoc est quæ paruo precio paratur: Martialis:

Quod sciat infoelix damnatæ spōgia uirgæ:

Nec quicunq; canis iūctaq; testa uiæ.

Chal. spongia & ad mensas tergendas utebantur: & ad uasa demissio ne uentris poluta ea dicebatur spongia damnata: damnata enim in strumenta dicimus turpibus ministeriis dicata: Infoelix spōgia dica/ ta tam uili ministerio: sciat sentiat abstergendo damnatæ uirgæ. nā spongia uirgæ alligabatur. Geor. Similis hic mihi uidetur: homini p tenebras ambulanti & quicquid occurerit apprehendenti: & perinde nō nunq̄ grauiter ac turpiter casum facienti: nam de spongia nihil ni si commenticium hic nugator tradit: nos autem quæ apud Senecā le gimus de spongia subiungemus: de morte præocupāda ad Luciliū hæc scribit. Nuper in ludo bestiariorum unus germanis cū ad matu tina spectacula pararetur: secessit ad exonerandum corpus: nullum aliud illi dabatur sine custode secretum: ibi lignū quod ad emundā da obscæna adhærente spongia ponitur totum ī gulam farsit & ī præ clusis faucibus spiritum emisit: hoc fuit morti contumeliam facere per hæc Senecæ uerba: quæ foret spongia damnatæ uirgæ iam co/ gnoscitur. hic ergo uidetur sensus poetæ, ut intelligat de cœna illa opipara nihil superaturū: quod sit aut custodi infoelicis spongiæ dā dum. Nam loca illa ubi solent saturi uentrem exonerare mendici

Spongia

Ludus besti ariorum

sæpe obsident: nec non & canes comedant: hoc est agentes uitam cy/nicam: aut testa iuncta uiæ: hoc est egeni stipem quærentes in margi nibus uiarũ. Tertulianus in apologetico scribit morẽ fuisse bestiariis suprema cœnantibus in publico discumbere: Quare per spongiam damnatæ uirgæ bestiarium capiemus: cui in publico discumbenti cũ bestiis obiiciendus foret nihil reliquiarum de illa cœna dari possit.

Tertulianus

Distichon est de alauda tale.

Ancillariolum tua te uocat uxor & ipsa
Lecticariola est estis alaude pares.

Chal. ancillariolus dicitur & qui ãcillas sectatur: & qui ancillare offi cium præstat: uxor obiurgans alaudam maritum ꝙ ancillare officiũ subiret: uel ꝙ ancillas sectaretur appellabat eum ancillariolum: ipsa rem habebat cum lecticariis. Nam & ancillariolus & lecticariolus no mina sunt seruilia. Geor. de consuetudine romana sumptũ uerbũ: atq; iocum nimis insulse interpretatur arrogans litterator: cuius com mentarii usum latrinis quandoq; præstabunt: ergo humile & seruile nomen est ancillariolus. Audi Senecam ĩ libris de beneficiis hæc scri bentem siquis nulla se amica fecit insignem: nec alienæ uxori anulũ præstat: hunc matronæ & sordidæ libidinis & ancillariolũ uocant: in/de certissimũ sponsaliorũ genus est adulterium & in consensu uidui cælibatus: nemo uxorẽ duxit: nisi qui abduxit. Hic igitur erit sensus Vxor tua o Alaude queadmodum solent matronæ Romanæ: quod nulla amica te insignem feceris: nec alienæ uxori anulum præstiteris ancillariolum & sordidæ libidinis uocat: utpote existimans parũ fir/mum matrimonium quando prius nulli certo amori te addixeris: in uxorem autem recte poteris conuicia regerere: si eam appellaueris le cticariolam: ut quæ certum nunq̃ amatorem habuerit: sed ancillario lum ab ancilla deriuari puto dum prostitutam: & lenoni seruientem significat. Vnde Plinius messalina claudii cæsaris coniunx regalem existimans palmam elegit: in id certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariæ stipis. Martialis.

Seneca

Quis ancilla riolus

Ancilla ꝓsti/tuta

Cum tibi niliacus portet crystalla cataplus.

Chal. cataplus nauigationem significat: niliacus nam ex ægypto cry stalla ferrebantur. Geor. o q̃ impudenter amice erras: dũ nimis græ/ce nugaris: & ad græcos omnia referre tentas: ueteres codices habẽt ca tastlus non cataplus: dicebanturq; catastli: auctore Victruuio pueri formosi & transmarini a catastis deductum nomen ut arbitror: De his intelligere uidetur Martialis: ubi ait alibi.

Catastli
Victruuius

Niliacis primum puer hic nascatur in oris
Nequitiam tellus sit dare nulla magis.

Quod si cataplum legerimus plane ridiculũ fuerit: & nimis affectatũ

nulla uenuſtate uel gratia inherente at quia minus uſitata eſt dictio Victruuii: uerba ſubiungam. Caius Iulius Maſſirriſſæ filius: cuius e rant totius oppidi agrorum poſſeſſiões cum patre Cæſare militauit: is hoſpicio meo uſus ē: ita quotidiano cõuictu neceſſe fuerat de phi/ lologia diſputare: interim cum eſſet inter nos de aquæ poteſtate & e/ ius uirtutibus ſermo: expoſuit eſſe in ea terra eiuſmodi fontes: ut q ibi procrearentur uoces ad cantandum egregias haberent. Ideoq; ſē/ per trās marinos cataſtlos emere formoſos & puellas maturas eoſq; coniungere: ut qui naſcerentur ex his non ſolum uoce egregia: ſed e/ tiam forma non eſſe inuenuſta: Martialis.

Scribebamus epos cœpiſti ſcribere ceſſi
Emula ne ſtarent carmina noſtra tuis.

Chalderinus. epos carmen trimetrum iambicum ſignificat: cui dime/ trum ſuccedit perfecta clauſula. Horatius pede ter percuſſo forte e/ pos acer ut nemo uarius: eo qui utuntur epici poetæ ſunt appellati: accuſat tuccam qui omne genus carminis attingebat. Georgius. En qualem zenodotum noſtri temporis: En item qualem cratetem: ceu unus hic ſit qui cæteros ingenio atque doctrina uincat. non ueretur aperte & audacter a grammaticis latinis & græcis diſſentire: ſiquidē

Euſtathius

Euſtathius titulum iliados exponens affirmat epos eſſe carmen he/ roicũ ιδιοσ δε εποσ ο εμμετροσ λογοσ ιδιαζε δε η λεξισ κι συντ

Epos

τον ραψοντο ν κεττι εξαιρετ κι μαλιςα δε τοισ εξαμετρω τονωη/

Diomedes

ρωιζοντ εποποιοισ ονομασαν συντετοσ. hoc idē ſētit diomedes exponens qualitates & genera carminũ hoc modo: epos græce: carmē exametrum diuinarum rerum & heroicarum humanarumq; compre henſio: quod a græcis ita diffinitum eſt εμπεριοχη θειων και ηρωι/

Horatius

κων και ανθρωπινων πραγματων. Sed nec Horatius pede ter per/ cuſſo: ut nemo uarius ducit: intellexit de ſenario iambico cum dime tro: ſed heroicum ſignificat carmen. Eſt enim ordo hic talis. O funda ni pollio unus uiuorum regum facta canit: pede ter percuſſo: hoc eſt pollio ſcribit tragœdiam carmine iambico: forte epos acer ut nemo uarius ducit: ideſt uarius poeta: de quo ſæpe Horatius ſcribit epos forte. hoc eſt heroicum carmen: ſed Virgilio muſæ gaudentes rure conceſſerunt epos molle atque facetum: de quo hæc Quintilianus. Neq; enim diceret Horatius facetum orationis genus cõceſſum eſſe Virgilio: decoris magis & excultæ cuiuſdam elegantiæ appellationē puto. In præfatione xeniorum poeta ait.

Non mea magnanimo depugnat teſſara talo.
Senio nec noſtram cum cane quaſſat ebur.

Chal. in alea hæc erant talus teſſara alueolus ſenio canis uenus teſſa ra erat talus quattuor laterum: talus ſex (ut infra dicetur) Talus autē

dictus est a talo pedis. Geor. tam multa conquirit pertinax hic & in/
sanus dominicus ut iam me pudeat ea addere quæ uanissimus iacta
tor in defensionẽ suæ stultitiæ afferat: sed quæso audiamus quo pa/
cto disticha duo exponit in uno labore corrigatur quidquid de talis
& tessaris hic peccauit. Martialis.
Cum steterit uultu talus tibi nullus eodem.
Chal. tali eburnei quo numero sint inicio superioris libri dictum est:
sunt plurium angulorum q̃ tessaræ: quæ tantum quattuor habẽt par
tes: sed ipsi sex gloriantur igitur nunc ꝙ nũq̃ eodem puncto cõsistãt:
Nam modo binos proferũt numeros: modo ternos: uicissimq; alter/
nant uultu eodem: idest eodem numero punctorum: Nam quotiens
ferme iaciuntur tali pũctum mittant: & de tessara subdit: & si tessara
pauciores habet partes: tamen non minorem habet ludum: cum gran
dior sæpe pecunia comitatur q̃ talus: ex hoc tessaræ putant se nõ esse
inferiores talis: quãuis numero angulorum superentur pari numero
idest non habẽt tot puncta. Nam ut apud græcos scribit polux astra/
galus: quem ego puto tessaram esse: quattuor tantum habet latera.
Nam uno latere duo puncta: altero quinq; desunt. Cybos autẽ idest
talus habet sex latera maior alea. i. maior pecunia comitatᷣ ludo meo
q̃ talis. Geor. de forma iactu & positione tessararum atq; talorum de
claratum est a nobis in fine operis: in quo Galeotum carpsimus: illic
enim & accurate & copiose ex sententia Eustathii. Quid sit tessara:
& quot latera habeat atq; puncta: tum etiam quæ forma tali exposi/
tũ ẽ: hic tantum addã plinii uerba quibus liquido cognoscitur astra
galum: latine dici talum: non autem tessaram. Nam in naturali histo
ria de polycleto fecit & distringentem se: & nudum talo incedentem:
duosq; pueros item nudos talis ludentes: qui uocantur astragalizon
tes: & sunt in Titi ĩperatoris atrio: quo opere nihil absolutius pleriq;
iudicant: hæc uerba plinii adduxit in expositionem illius Iuno labos
polyclete tuus hic heluo & crapula omnia tractans Victruuius. Item
docet cubum esse tessaram his uerbis. Cubus autem est corpus ex la
teribus equali latitudĩe planitiarum per quadratus: is cum est iactus
quam in partem incubuit: dum est intactus: immotam habet stabili/
tatem: ut sunt etiam tessaræ: quasi in alueo ludẽtes iaciunt: illius itẽ
polux: cuius uerba hic garrulus iactat a nobis stat: eaq; subiũgemus
λυασ δε και πον τασ εναςροαλοισ ωσ περενκυβοισ ουκενεςιν
οι δε πα σουσ ευνμον εξιτευν κωον ευν δε κυνα χιον καλευσθαι
λεγοισι. Excludit ab astragalis hoc est a talis hic scriptor duo & quĩ
q; puncta per oppositionem laterum contraria quæ quidem in cubis
habentur: Quod sic intelligẽdũ est quantũ docet eustathius ex sñia
κλεαρχοσ his uerbis πτωσεισ δε εκαςο σ τον αςραγαλων εχι τε

Tessara
Talus

Astralizõtes

Victruuius
Cubus

ωσαραισ κατ α τηθετον στιγησ μονασ ο μιωσ κυβω εχοισι δε αντι ισει μον α μοναδα εξαδα ει τα τριαδα ε τεσραδα η γαρ δυασ φα και πεντασ επικυβον μονων παρα λαμβανον ται ωσ εχον τον επιφαν αιασ ξε. Casus autem astragalorum quattuor habet opposi tos: queadmodum & cubus: sex enim uni sūt opposita postea tribus quattuor. Duo enim ut aiunt & quinq; sibi inuicem opposita ĩ cubis solis habentur: ut pote superficies sex habentibus. Martialis.

Si tibi cecropio saturata cydonia melle.

Ponentur dicas hæc melimela licet.

Chal. poma cydonia ex creta afferebantur: ubi proueniunt tāta uber tate. ut incuruatis ramis prohibeant parentem crescere: ea melle ser/ uari docet Columella & Cato: fiunt enim prope melimela: quæ meli tum saporem habent sua sponte. Geor. nouisse unde cydonia afferā/ tur: & quo pacto seruentur nihil ad distichi interpretationem: sed po tius alludit poeta ad compositionem nominis: nā cum melimela cō/ posita sit dictio: & tota græca: significetque mel & pomum: Cydonia melle condita uere melimela possunt appellari: quo nomine dicūtur & poma illa mustea a celeritare nitescendi denominata. Inscriptio ē talis petalion cariotarum: tum sequitur aurea porrigitur iani cario/ ta calendis. Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. Chal. cariota/ rum petalium folium significat arboris: hic accipitur pro ramusculo palmæ: & paulo infra potes accipere petalion pro brachea illa subti lissima: qua tegebatur cariota. Geor. delirat plane in hac explanatiōe Dominicus: qui nunc petalion pro ramo accipiat: paulopost pro bra ctheа: cum nihil simile habeant ramus & bracthea: sed homo nimiæ licentiæ sine discrimine quicquid cogitauit effundit cum iactura sci licet nostrarum litterarum: quam nos quoad licet corrigemus. Igitur meo periculo fremant licet græci & latini spathalium legendum di/ xerim: qua dictione Plautus & Plinius usi sunt: facilisq; fuit librario/ rum error: ut pro spathalio petalion facerent: nisi forte magis auda/ culus græcus ueram lectionem corrupit. Verum cum originem uer bi docuero: in sententiam nostram quicūq; bene senserit facile deue niet apud iulium polucem legimus spathē appellari ramum palmæ: a quo dependeant balani: hoc est palmulæ. Hoc idem in paulo lectū est: ubi unguenta is fieri docet: ab spathe itaq; recte forma diminuti/ ua secundum græcos spathalion deducitur: Apud Herodotum item spathes mentionem habemus pro palma: quod cum ita sit lectio erit uerissima cum sensu absolutissimo spathalion cariotarum: hoc ē ra mulus cum cariotis dependentibus: quales inauratæ calendis ianua/ riis ex consuetudine mittebantur: quod si unq̃ ueri & integri codices aliquo fato recuperati fuerint: quam supra diximus inscriptioneē co

Melimela nu de de nominā tur

Spathalium

Iulius polux

Paulus
Spathe

gnoscemus esse uerissimã:nam frequens titulus qui est petalion sen/
sum confusum & pene uanum continere mihi uidetur: De caseo fu/
moso sic loquitur poeta.

Non quecũq; focum nec fumum caseus omnem:
Sed uelabrensem qui bibit ille sapit.

Chal.caseo caprino sua est gratia atq; laus(ut plinius scribit) recenti maxime conditur præsertim fumo. Geor. iam libet exclamare o tri/ste sæculum in quo audacissimi atq; iidem illitteratissimi inuenian/tur:qui egregii auctoris uerba ita interuertant:ut in baratrum ueri/tatem trudant.O mirum & ĩgeniosum cõmentum:o subtilitas digna carcere & rubore:per quam ea quæ stantibus litteris & uetere scriptu ra percipi ualent:demutatis dictionibus in ridiculum:& perinde alie/nissimum sensum mutata sunt:quod sic esse iã iudicari poterit. Ver ba sunt Plinii in.xi.naturalis historiæ. Laudatissimum & capityrum gregibus sua laus est:agrigenti maxima:equante gratiam fumo nos conuersis duabus primis litteris legendum dicimus epityrũ:qua uo/ce utitur Plautus in milite:& Varro exponit epityrum genus esse edu lii:quo frequentius utitur Sicilia q̃ Italia.Ergo cum agrigentum Si/ciliæ ciuitas sit:recte plinius laudem epityro agrigentino dat. Iulius quoq; polux inter preciosa priscorum edulia siculum caseũ enume/rat:quid non compositio hanc nostram sententiam iuuat. Fit enĩ ab επι & τυροσ:hoc est caseus:inde epityrum. Redigatur ergo ĩ priscã & ueram lectionẽ hoc modo. Laudatissimum & epityrum gregibus sua laus est agrigenti maxima:quod si liberius otium nactus aliquã do fuero annotamenta in asserenda plinii lectione conficiam. Mar.

Iulius polux

Epityrum

Corrigitur error ĩ plinio

Te fortasse magis capiet de uirgine porca:
Me materna graui de sue uulua capit.

Chal.uulua sumen ex papillis porcarũ fit:ex iisdem abscinditur pars quam uuluam appellabant:quæ præsertim cõmendabatur: si porca nondum peperisset.Vnde uuluam sterilem dixit apitius:quæ nondũ fœtu patuisset:& eam uariis condimentorũ generibus aptã gulæ nũc mittitur uulua ex porca quæ peperit:uulua de uirgine porca.i.steri/li:capit delectat me.Geor.strepitu uiget hæc expositio,sed rebus ip/sis flaccida est.Nam ut sumẽ ex papillis porcarum fieri fatemur: ita ex iisdem abscindi partem:quæ uulua sit appellata diffitemur:mihi quoq; hic poeta superuacanea scribere uideretur : qui tale distichon de sumine confecit esse putas:nondũ sumen sic pubere largo effluet: ut niueo lacte papilla tumet:sed uuluam ex plinio didicimus esse in testinorum partem in qua conceptus fiat & fœtus contineatur: dupli ci autem nomine appellabatur eiectícia scilicet & porcaria : meliorq; erat eius quæ peperisset q̃ uirginis:nã a partu statim suẽ ĩterficiebãt:

tum habendæ uuluæ gratia: tum ut sumen optimum conficeret: tur pissimum itaq; fuit lectori iactabundo hæc apud Plinium non obser uasse: nisi forte mandragoræ (Vt Demostheni obiectum fuit) somni/ferum succum ebibit. Repeterem hic uerba plinii: nisi ea ut cõtra Galeotum & in cõmentariis in Iuuenalem subnotassem. Græci itẽ & bo/nitatem uuluæ cognouerunt: & de ea nõ siluere: siquidem lego apud Athæneum uulua usos etiam græcos fuisse: quam conditam in fine cœnæ apponebant: cuius obsonii uenditor dicebatur metropolis. Vnde est illud Alexidis in calimedontem: quem unum rempu. atheniensium secundum Demosthenem administrantem comici carabum cõtumeliose nuncuparunt: & præcipue Alexis sic dicens. επερ πατρασ μεν πασ τισ αποθνησκειν θελει: υπερ δε μητρασ καλλιμεδων ο καραβοσ εφθησ ισω προσ ιταλων αποθανειν: idest pro patria quicunq; mori uult: pro uulua calimedon: & alius de eodem. Magister meus uuluam parans calimedonti apposuit: quam ut comedit saltauit: unde carabus est appellatus. Martialis.

Alexis Calimedon

Iocus

Galbula decipitur calamis & retibus ales.

Turget adhuc uiridi cum leuis uua mero.

Chal. galbula raro uisitur in Italia. Nam cum fœtum eduxit euolat a colore dicta est galbula: Georgius: non legi quod equidem meminerim hanc auem uocari a colore galbulam. Plinius tradit auẽ icta/rum uocari a colore: quæ si spectetur sanari id malum tradũt & auẽ mori: hanc puto latine uocari galbulam: Hoc idẽ tradunt Aristopha/nes atq; Suidas: icteron uenalem proponi ut ab ictericis spectaretur & emeretur. Martialis.

Icterus sanat ictericum

Turbabis uersus nec littera tota uolabit:

Vnam perdideris si palamedis auem.

Chal. aues palamedis dicuntur: quoniam ut philostratus in eo libel/lo scribit qui heroica inscribitur: glorianti palamedi se tres litteras cõpisse: qbus carebãt græci   Vlysses repẽte obiecit eã laudem esse gruum: quæ. y. litteram faciunt: iussitq; eas suspicii. Nã præter uolabant. Geor. quæ ab hinc sexẽnium ad Antoniũ chronicũ scripsi ea surripiens in expositionem suam transtulit: philostratique mentionem facit: quem (ut puto) nũq̃ legit. Nam infrequentẽ iam deprehendo græcorum scriptorum lectorem: uelut in hoc quod de Co/racino pisce scribens nihil de nominis ethymologia atq; ratiõe disse/ruit: tantum piscem esse dixit oscitabundus præceptor: Ego uero de nomine piscis inuenio hoc apud cõmentatores Oppiani: coracinũ appellari δια το διηνεκωσ τασ κορασ κινειν και ου δεποτε παυε/σθαι: quod continue pupillas moueat: & nunq̃ cesset: uocariq; ab ac/colis nili platacas. Martialis.

Coracinus unde dicatur

Iste licet digitos testudine pũgat acũta.
Cortice deposito mollis echinus erit.
Chal. echinus spinas habet quibus utitur pro pellibus: uoluitur in orbem cum mouetur: incitatus naues dicitur retinere: si heserit: quod a Plinio recitatur. Lucanus carmẽ inseruit syllaba prĩa producta usus cum alibi corripiat. Geor. differunt hi pisces & nomĩe & re: siquidem echini ex genere cancrorum sunt: ut scribit Plinius: in quibus spinæ ꝓ pedibus: ingredi est his in orbem uolui. itaq; detritis sæpe aculeis inueniuntur. Tradunt sæuiciam maris præsagire eos correptisq; operire lapillis. mobilitatemq; ponderis stabilientes uolunt uolutatõe spinas atterere: quod ubi uidere nautici statim pluribus anchoris nauigia infrenant: est & alius paruus admodũ pisciculus: qui cogat nauigia stare: impetusq; infrenet: & rabiem mũdi domet: & quia naues teneat echineus a quibusdam appellatur: ut diximus contra Galeotũ: & in commentariis in Iuuenalem. Martialis.

Echinus

Echineus

Matutinarum non ultima præda ferarum
Sæuus oryx: cõstat quod mihi morte canum.
Chal. de hystrice necesse est intelligas qui est de genere erinacei: ĩ India præsertim & aphrica habet: spinis contecta: cum intendit cutẽ: spinæ emittuntur e propinquo: cũ pugnat aduersus canes: ut ualidius iaculetur sub primam lucem hæ capiuntur: oryx inter capreas numeratur: quas non nulli solos dixerunt cõtrario pilo uestitas ad caput uerso: Matutinarũ quæ mane capiuntur: quia sæpe mortuis canibus capitur: Morte canum: nã canes iaculatione spinarũ necantur. Geor. O certæ & notæ insaniæ hominẽ: qui cũ totiẽs apud Pliniũ de oryge nõ pauca legerit: & item quid sint histrices: tã confidẽter contendat de histrice intelligi oportere: sed eũ decepit: ꝙ morte canũ constare orygẽ scribit poeta: utpote ignorãtẽ: quo pacto interficerentur canes ab oryge nisi iactu spinarũ: ceu oryx cornu non habeat in fronte: quo in matutino spectaculo quotiens bestiæ in pugnã exhibebãtur: canes ĩ harena configeret. Et quãq̃ de oryge in cõmentariis in Iuuenalẽ multa dixerim: tamen hic repetã: orygem esse de genere caprarũ & unicorne quã rẽ tradit Aristoteles in secũdo de animalibus: & plinius in. xi. Lãpridius itẽ de comodo Cæsare hæc ait. Viriũ ad conficiẽdas feras tãtarum fuit: ut elephãtũ cento trãsfigeret: & orygis cornu uasto trãsmitteret. At q̃ insipide interpretatur Matutinarũ ferarũ. i. quia mane capiũtur: cũ spestacula intelligat matutina: Solebãt enĩ mane (ut Seneca scribit) Spectacula ferarum exhiberi his uerbis mane leonibus & ursis: homines meridie spectatoribus suis obiiciuntur: interfectores ĩterfectis iubent obiici: & uictorẽ in aliam retinent cædẽ: Et alibi. Tã

Oryx

Plinius

Lãpridius

Matutina spectacula

Meridiana

multa exempla in ludo bestiario q̄ in ducibus belli ciuilis ostendam: cum aduehéretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spe/ ctaculum. Illud autem quod meridie exhibebatur: Pomeridianũ ĩ li bris confessionum Augustinus appellat. Mar. Garum sociorũ. Chal. Forouilienses uero ex lupo pisce garum conficiebant præstãtissimũ cognomen est: garum sociorum: mendose est apud Pliniũ: ubi de mu lis ait: eos necari in sociorum garo. Nam ea res cognomen ĩuenit de/ prauatum est pro sociorũ insectorũ: quẽ errorem indicat. xxxi. libro: Geor. ab ingenio & more suo non discedit Chal. qui inuentorẽ se eo/ rum scribit & sibi uendicat: quæ olim ad chronicum de menda plinii scripsimus: de insectorum scilicet garo. Debebat hic aliquid appone re: quod suum uere dici posset: quam rem nostro periculo nunc faci emus: quæsiui sæpe: cur sociorũ cognomen inditum garo foret. Tan dem ab Ausonio poeta non incelebri uideor hoc elicere posse. Fasti/ diebãt prisci latini & quidem scientissimi uocabula græca. Vnde cũ garo sæpe utendum foret: & fere ex hispania & a sociis romani popu li mitteretur: ideo sociorũ garum appellatum est: ut uoce latina adiũ cta: fastidium græci nominis leuaretur. De Antipoli quoq; & antipo litana muria: diffidẽtia hic scribit: Cum antipolis auctoribus plinio e ptolemeo oppidum latinum in gallia narbonensi esset. Vnde & Ge lius scribit laudatissimus thunnus erat ex antipoli: meritoq; a nomĩe loci poeta muriam antipolitani thunni cõmendauit. Taraconẽse ui/ num hoc disticho poeta effert.

Pomeridia/ num

Augustinus

Garũ socio/ rum

Muria

Tarraco campano tantum cessura lieo:
Hæc genuit tuscis æmula uina cadis.

Tarraconis Auctores

Chal. tarraco oppidũ hispaniæ nobile emporio & portu cõditũ a pho cẽsibus uinũ mittebat nobilissimũ: sed lusitania maiori copia cum in tarraconẽsi sit maior elegantia. Silius in tertio: phocaicæ dant empo riæ dat tarraco pubem Vitifera & latio tãtũ cessura lyeo. Geor. tarra co romanos nõ phocenses conditores habuit. Plinius tarraco scipio num opus sicut carthago pœnorum: astipulatur autẽ plinio Solinus Carthaginẽ apud iberos: quæ mox colonia facta est pœni cõdiderũt tarraconẽ Scipiones: ideo est caput prouiciæ tarraconẽsis: sed audiãt quæso docti uiri: ut intelligant q̄tũ confidentissimi hoĩs ĩuenta a ue ritate absint manifestissime appareat in oĩbus enarrationibus istum meras offucias ob ora studiosorũ offerre: adducit uersus Silii de em poriis & tarracone in cõfirmationẽ scilicet stultitiæ suæ: uelut ꝓba/ turus tarraconẽ: emporiũ & portũ habuisse: & a phocensibus cõditã: cũ Silius de emporiis loquatur: quæ longe absunt a tarracone: de q/ bus hæc Liuius. Iã tunc emporiæ duo oppida erãt muro diuisa: Vnũ græci habebant a phocea: unde & Massilienses oriundi alterũ ispani:

Emporiæ cõ ditores

Liuius

sed græcum oppidũ in mare expositũ totũ orbẽ muri minus quadri/
gẽtos passus habebat: ispanis retractior a mari triũ mil. passuũ in cir/
cuitu murus erat. Tertium genus romani coloni ab diuo cæsare post
deuictos põpei liberos allecti: nũc in corpus unũ cõfusi oẽs hispanis
prius postremo & græcis ĩ ciuitatẽ romanã ascitis miraret̃ quis cum
cerneret aperto mari ab altera parte: ab altera hispanis tã fera & belli
cosa gente obiectis: quæ res eos tutaret̃ disciplina erat custos ĩfirmi/
tatis: quã inter ualidiores optime timor cõtinet: ad quã historiã egre
gius uates respiciens phocaicas emporias dixit: sed quæ malũ ratio lĩ
guã hoĩs ad hæc mouit polluit scriptores oẽs quorũ manes euocãdi
forent: ut pariter iniuriã & dedecus a se ꝓpulsarẽt. Martialis:

Dat festinatas cæsar tibi bruma coronas
Olim ueris erat nunc tua facta rosa est.

Chal. festinatas ãte legitimũ tẽpus ueris: quia uere ꝓueniebãt: nunc
facta tua est. Nã mẽsis october domicianus dictus est auctore tran/
quillo: referatur igit̃ hoc ad nomen mensis: quod placet: nã dicebatur
Domicianus: facta tua. i. tuo mense prouenit. Geor. iam oportet hũc
hominẽ circũagi quem laruæ exagitant obsecro non ne insani est se
cum diffidentia dicere & tempora: quæ uel imperitum uulgus discre
ta nouit enarrando confundere. quam rem hic facit: cum exponit fe/
stinatas brumæ tempore coronas per octobrem mitti: quo mense ne
brumæ quidẽ principium habetur autũnales præterea fructus & flo
res fere serotini dicũtur atq; cordi a probis scriptoribus: ergo hoc mo
do exponi distichon oportuit studio & arte hominum per brumã ro
sas: quæ alioquin uere proueniunt accedente clementia benignioris
cæli cæsari Domiciano dari: non enim festinatæ possent esse rosæ ꝑ
octobrem datæ. Inscriptio est distichi: Parazonium tum sequitur mi
liciæ decus: hoc est grati nomen honoris arma tribuniciũ cingere di/
gna latus. Chal. parachon telum est: nam parchos principem populi
significat: quod nomen cum cõmune sit significat tribunũ facit di/
stichon & ait parachon telum quod mittitur esse omen futuri tribu/
natus: cũ patachos caput populi significet: q parazonion scripserunt
decepti sua ĩterꝑtatiõe a ueteri scriptura discesserũt: & a sensu poetæ
Geor. nunq̃ uidi hominem peruicatius falsa defendentẽ & ut de mu
lieribus poeta dixit. Iras atq; animos a crimine sumit nam cum in hac
parte ueræ lectonis ad monitus fuerit: uelut crimen diluturus fabu
larum: more uecordissimus iste clamitat: quia scilicet quæ in unũ cõ
gessit tũ friuola tum falsa sunt nec nonius marcellus: Quo scriptore
nitit̃: paradum ex dictis uarronis: sentit esse caput populi. sed uelut
irridẽs sic ait: de quodã hic enĩ oĩa erat. idẽ sacerdos ꝑtor parochus
deniq; enĩ senatus idẽ populi caput: hunc enim significat fungentem

Rosæ festina
tæ

Vnde paro chi

Officium pa rochi

Horatius parochi

Balanus

omnibus ſuperioribus magiſtratibus:uno & eodem tempore:ſed eũ miror qui græca nouit ad ethymologiam nominis minus reſpexiſſe: Fit enim a uerbo græco παρεχω:quod eſt præbeo:inde parochi præ bitores:ſiue copiarii (Vt exponit porphyrio. Horum erat publice ma giſtratibus præbenda conducere. Vnde Ventidium:uelut parochum ſcribit Gelius uictum ſibi ægre quæſiſſe:eũq; ſordide inueniſſe com parandis mulis & uehiculis magiſtratibus:qui ſortiti prouincias fo/ rent.præbenda publice conduxiſſe:Hoc idem ex horatio colligimus cum ait.Proxima campano ponti quæ uillula rectum
Præbuit & parochi quæ debent ligna ſalemq;.
Et alio loco tum Vibidius balatroni.Nos niſi dãnoſe bibimus mori emur inulti.Et calices poſcit maiores:uertere pallor Tum parochi fa ciem:nil ſic metuentis.Græci quoq; ipſi hac dictione in hoc ſignifica to utuntur:ſed quia audacter nimis pernegat parazonium nõ inueni ri nos cõtra dicimus auctore Euſtathio parazonida inueniri pro gla dio a zona dependente.Apud Atheneum uero parazonidion altera forma diminutiua legi:cuius uerba ad conuincendam inauditam do mĩnici ſtultitiam ſubnotare uolui πυρειδονιοσ δο ο πο τησ ςο ασ φιλοσοφοσ εν τη τριτηη που ιςοριων διηγειμενοσ ππριτου μα παμεων προσ λαρισαιουσ πολεμου δραφει ταδε παραζονιδια και λογχαρια ανειληφοτεσ ιω και ρυπω κεκρυμμενα Subiungit ſũpta de feſto ĩconſtans expoſitor ꝙ parchi quæſtores appellabãt q ſolebant creari cauſa rerũ capitalium quærendarum quæ uerba ma/ nifeſta arguũt hunc hominem allucinantem & ſibi ipſi parũ cõſtare aliud eſt enim crimina inquirere: aliud uehicula & ad uiam neceſſa ria publice prebere:quare me auctore uetus:et uera ſcriptura aſſerat hoc eſt parazoniũ erecta iſta contentioſa atq; uaniſſima hoc in loco de parocho ſententia:Martialis:
Quod nec uirgilius nec carmine dixit homerus.
Hoc ex unguento conſtat & ex balano.
Chal.Quod nec uirgilius nec homerus.i.myrobalanum ex unguẽto ideſt myro & balano. Nam nec Homerus dixit unguentum quod eſt latinum: nec Virgilius balanum: quod eſt græcum neuter igitur dixit unguentum balanum: ſed ſolus Martialis: dicebatur autem myrabalannm. Georgius. O uecordiam hominis ſingularem qui nec græci nec latini nominis rationem teneat. Quid mirum ſi home rus ungentum non dixit: qui plane ante latinas litteras floruit tum uero cur uirgilius balanũ aut non dixit: aut dicere potuit: cũ hora tius ſcribat nec præſſa tuis balanus lapillis.pro deus quo peruenit in ſaniæ.Chaldarinus qui adeo obſtinate & ſtulte ueritatem obturbet

Sed ut sensum breuibus uerum enucleemus: illud dicimus myrobala num dictionem esse compositam: & ex quinq; breuibus constantem syllabis: nec ullo pacto recipi posse a uersu heroico: quod cum ita sit nec in homerico: nec in Virgiliano carmine stare aut legi myrobala/ num potest: sed ne de quātitate myru dubitetur uersum theocriti su/ biiciam: nam de balano dubitari haud potest. χειρασ φοιβησασα μυροισ ετι παρθενοσ ιρισ. Martialis. Copta rhodia peccātis famu li pugno ne percute dentes. Clara rhodos coptam quā tibi misit edat. Chal. copta rhodia panis durissimus qui e rhodo mittebatur: dicta co/ pta per ātiphrasim. Nam copto significat incido. Geor. nimis fatua est hæc enarratio: utpote ab insulsissimo homine profecta siquidem copta genus est placente: quæ apud Athæneum legitur κοπτο πλα κοισ: Suidas quoque αμαξισ ειδοσ πλακουντοσ ην νιν κοπτην φαμεν genus esse placentæ tradit: quam alii coptam uocitēt: de qua intellexit Aristophanes in fabula: quæ inscribitur νεφελαι: hoc est ne bulæ ον πρωτον ο βολον ελαβον ηλιαστικον τουτον πριαμην διασιοισ αμαξιδα. i. curricula. Qualia frequēter pistores dulciarii: & faciūt & uendunt ante sacras edes festis diebus potissimū: Inscrip/ tio est distichi saurotonos. Martialis.

Myrobala/ nus

Theocritus

copta rhodia

Ad te reptanti puer insidiose lacertæ
Parce cubit manibus illa perire tuis.

Chal. Sauronicius: sauros græce: latine significat lacertam: Nytto si gnificat uulnero. Sauronitius igitur erat puer ære expressus obser/ uans lacertam ob repentem: ut uulneraret. Corinthius. i. ex ære corin thio fabricatus: cupit perire uidetur uelle mori: Georgius. & Pliniani codices: & Martialis peruetusti saurotonos habent. i. lacerte interfe/ ctor: quam rem ipsius poetæ uerba significare uidentur. Nam cōuer sus ad puerum ait.

Parce cupit digitis illa perire tuis.

Vtpote significans non pungendam: sed ex sagita perituram lacertā fuit autem (ut a Plinio traditur) signum praxitelis: qui fecerat pube/ rem apollinem surrepenti cōminus lacertæ sagita insidiantem.

VT INVENTV Facile sit quotiens aliquid eorum desiderabitur i quibus: aut defecerit: aut falso senserit iterpres Domitius: de epigramatis locos uelut quædam rerum capita operi subiunximus.

Assiduus iactet nec babylona labor.
Nec triuiæ templo molles laudentur honores.
Traducta est gætulis nec cæpit harena nocentes
Non falsa pendens in cruce laureolus.
Et pueri nasum rhinocerotis habent.
Dogmata sit sequeris saluus ut esse uelis.
Aera nec a cuneis ulteriora petis.
Refutantur quæ dicat de sumenio.
Vendit qui madidum cicer coronæ.
Non cuicumq; datum est habere nasum.
Ludit qui stolida procacitate.
Non est sestius ille sed caballus.
Quid sit meta & metalis figura.
Aut imitata breues punica mala rosas.
Et tomus uilis.
Emerita denano meo.
Quid leucophæatus & unde fiat leucophæatus color
Cum te non noscem dominum regemq; uocabam
Epigramata curione non egent.
Quid torus a nilo quid sindone cultus olenti.
Rufe uides illum subsellia prima tenentem.
Ignoras quid sint splenia tolle lege.
Cum sint crura tibi similent quæ cornua lunæ.
In rhytio poteras phœbe lauare pedes.
Rasam tu mihi mitte togam.
Per uarios ut spargitur hybla colores.
Irrumat aut futuit.
Nil nasutius hac maligniusq; est:
Nec retro lego sotadem cinedum.
Mollem debilitate galiambon.
Circumlata diu mensis intrita secundis.
Dederas apici bis tricies uentri.
Inter lactucas exygarumq; libet.
Sugitur inciso mitilus ore mihi.
Quid traduco: & quomodo græce.

Cum misi turdumue tibi quadrãue placentæ
Et anatis habeas orropygium macræ
Crudarum nebulæ quod albularum
Lassi bardaici os quod aduocati
Qui nec leno potes nec comessator haberi
Massica theseis q̃ bene uina fauis
Nec togam tumido lotam galeso
Nec quæ callaico linuntur auro
Iuro per syrios tumores
Aut facti modo diuitis molorchi
Arserit euadne flammis iniecta mariti.
Nec summa potes in sceda teneri.
Corrigitur in hac refutatione locus plinii: nam ubi statumen legebať subtegmen factum est
Non deerunt tibi sessiles propinquæ quo in loco inepte græcissat
Comedi tres sunt: amat tua paula lupercæ.
Quattuor & cophon paula prosopon amat.
Me pascit aquosa peloris.
Incolis & ueteres tu quoq; ficedulas.
Nec fontes aponi rudes puellis.
Et casa iugeribus non onerosa suis.
Amisit pater unicum oppianus.
Confundit in oppiano historiam & tempora.
Cuius uulturis erit hoc cadauer:
Non aliter ridetur atlas cum compare gibbo.
Quæq; trahit similem bellua nigra libym.
Rosas tepenti spondilos sinu condit.
Refellitur puerille illud de œnogaro.
De uoconio poeta quædam dicuntur.
Raucæ cortis aues.
Hunc miratur adhuc centum grauis hasta uirorum.
Colliphia quindecim comedit.
Si meus auriga gaudet lagoopede flaccus.
Delectat marium si per nitiosus icheumon.
Qui fuerint homeromastiges.
Subito fias ut sydere mutus.
Hic duo longæuo censentur nestore fundi.
Pollice de pylio trista columba nitet.
Tractatur hic quæstio omnium difficillima: & cũ erudite soluatur: Georgio non nihil debent Martialis studiosi.

Et libant latiæ tertia dona tribus.
An tua multifidum numerauit lana timauum.
Scribit in aduersa picens epigrammata charta.
Nondum distulerunt raucæ uadimonia chartæ.
Et floralitias lassat arena feras.
Cui refibulauit turgidum faber penem.
Nam cum dicatur tunica presente molesta..
Vre manum plus est dicere non facio.
Constatura fuit megalensis purpura centum milibus.
Et populare sacrum bis milia dena tulisset.
Et pillata redit iamq; subitq; cohors.
Septem sigma capit.
De prasino conuiua meus uenetoq; loquatur:
Sed te mattya sola iuuat.
Ad lapidem torquatus habet pretoria quartum.
Iam scrobe iam lecto iam pollinctore parato.
Asseritur locus plinii ab iniuria corrigentium declaraturque quid sit ad polluctum
Quod futuit glaphyram antonius hanc mihi pœnam
Fuluia constituit se quoq; uti futuam
Quam rota transmisso totiens impacta petauro.
Lucili columella est hic situs metrophanes.
Nasutus nimium cupis uideri.
Nasutum uolo nolo polyposum.
Quales nec didymi sciūt puellæ.
Refellunt hic quæ de spasio garrit.
Quod sciat infœlix damnatæ spongia uirgæ.
Ancillariolum tua te uocat uxor:& ipsa Lecticariola est.
Cum tibi niliacus portet chrystalla cataplus.
Scribebamus epos cœpisti scribere cessi
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.
Si tibi cecropio saturata cydonia melle
Ponantur:dicas hæc melimela licet.
Spathalion cariotarum legem esse:non petalion. De caseo fumoso loquens Domitius deprauantes uerba plinii in.xi.refellitur: & uera lectio plinii asseritur.
Te fortasse magis capiat de uirgine porca
Me materna magis de sue uulua capit.
Galbula decipitur calamis & retibus ales
Vnam prodideris si palamedis auem.
Vnde coracinus piscis dicatur.& quid differant echinus & echineus.

GEORGIVS Merula Alexandrinus Bernardo Bembo Nobilissimo Iurisconsulto: & Equiti Splendidissimo Salutem.

c Vm iam ferme quadriēnium in urbe florentissima eam orationem interpretarer: quæ pro. Q. Ligario īscribitur: pauloq; diligētius: atq; subtilius qualitatem causæ perquirerem: forte incidi in commentarios Georgii Trapezuntii: quos non minus auide q̄ diligenter perlegi: propterea ꝙ uisus est mihi quædam: neq; uulgaria: neq; pertrita tractare: tum etiam ꝙ fortiter a Quintiliano sūmo artis oratoriæ magistro dissentiret. Placuere prima specie hominis inuēta quæ tamen dū accuratius exploro non solum commenticia: sed plane ridicula inueni. Ergo quid de illis sentirem cum propalam dicerē: non defuere qui nostra constantissime repudiarent: adeo auctoritas præceptoris in eorum mentibus insederat: ut nec rationibus: nec priscorū scriptorum auctoritate de sententia sua dimoueri possent. Nouissime uero cum Ligarianam rogatu discipulorum iterum publice explanarem: nostrasq; interpretationes quidam excepissent: Veritus ne illa sub nomine nostro aliquando parum emendata ederētur: aut forte magis: ut est impudens multorum audacia: nostro studio nostraq; diligentia inuenta alii sibi ascriberent: iussi quæcūq; discipuli ānotassent: ad me deferri: ut & paulo emendatiora & magis composita in publicum exirent: quæ recognita: & uelut in uolumen redacta tibi Bernarde Bēbe præclare Senator dedicare uolui: ut ex his id maxime uerum cognoscas: quod iampridem tibi dixi: Cum Trapezūtii libros de arte rhetorica reuolueremus: & iterim a me quæreres: quid de eo sentirem: quem & si nūq̄ uideram (uidere autē & audire potui) Tamen quantum ex illius scriptis consequebar hominem magis ingenio q̄ doctrina ualuisse: & antiquitatis Romanæ īcuriosum deprehendi: quam rem liquido ex nostris annotationibus cum alii cognoscere possint: tu in primis iudicabis: tum ex iuris ciuilis prudentia: tū ex uario maximarū rerum usu: Nam in belgis generosissimi ac maximi ducis ingenium sapientissime tractasti: Ast in Etruria cum altissimi cōsilii uiris magna cum gratia & laude uersatus es. Sed illud in primis attendas uelim: q̄ callide & artificiose īmo hercule diuine Cicero accusatoribus respondeat: qui capitale crimen ingēti solertia in reum intenderent. Nostri autem rhetoris indiligentiam statim argumentum ipsum & summa causæ declarabit: in quo explicando ea tantum annotauit Trapezuntius: quæ Cicero in expositione facti dixit: ceu summus Orator nō ex cōmodo Ligarii: sed ut res gesta fuerit: ita narrauerit. Vale. Venetiis idibus Martiis. M. cccclxxviii.

GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI ANNOTATIONES IN ORATIONEM.M.TVL.CICERONIS PRO.Q. LIGARIO.

h Aec oratio dicta est:dictatore Cæsare post cōfecta bella ciuilia.II.Kalendas intercalares:cū fratres:& ꝓpīqui. Q..ligarii supplices ante pedes Cæsaris iacerēt: Quā rem cognoscere licet ex quadam ipsius Ciceronis ad ligarium epistola : Defendit autē.Q.. ligariū:quē duo sub tuberones pater & filius accusauerant exulabat.n.ligarius q̄uis illi ī africa capto Cæsare uitam cōcessisset.

Argumentum hoc est.

c Onsidius cōsul ī africā ꝑfectus.Q..ligariū legatū hūit: cūq; is ī ea legatiōe:& a ciuibus romanis & a sotiis ꝓbatus fuisset discedens ex africa considius:ut petentibus prouincialibus satisfaceret. ligarium uel recusantem prouinciæ prefecit:Interim bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeium oboritur:atq; in urbe ipsa trepidatum est uehementer:multaq; decreta fuere a senatu :& illud ī primis:ut iuba rex socius atq; amicus appellaretur.Cæsare uero rubiconē cū cohortibus transgresso relicta roma Pompeius capuā concessit:mox uero Brūdusiū petiit:in Macedoniam postea trāsfretaturus: Dimisit autē in prouincias pretores:& prefectos ex decreta senatus, unde cū africa forte tuberoni obuenisset in eam precipue rei frumentarie causa nauigauit:quam iam occupauerat actius uarus :quem paulo ante Cæsar cum presidio Auximo depulerat. Sed is fugiens in africam puenerat:quā facillime occupauit quod antea pretor ī prouincia fuisset. Hic uenientē uticam cū nauibus tuberonem portu atq; oppido prohibet:neq; affectu ualitudine filiū exponere in terram patitur:sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit: pulsus igit̄ īhumaniter ab africa tubero:in Macedoniam ad Cn.pompeiū accessit:ubi & arma aduersus Cæsarem tulit.sed in campis philippis deuicto pōpeio: cū multi relictis ptibus ad Cæsarē cōcederent:tubero relicto pōpeio: cæsarem secutus est: ī africa uero dū cæsar ī bello aduersus pharnacē Mitridatis filium occupatus est : atq; Alexandriam debellat.Scipio Cato.& Cn. Pompei filius reliquias pompeianarum partium cum labieno fouētes:assumpto iuba & reparato exercitu bellum aduersus cæsarē īstaurarunt.quare cæsar tum quod africa italiæ uicina foret:tum ꝙ regiæ copiæ magnæ essent ducesq; romani iuncti:q̄q̄ ad nauigandū idoneas tempestates non haberet:per brumam exercitum in africam

Iuba

Actius Varus

Prohihetur tuberopotru

transportauit: deuictisq; hostibus pluribus uitam concessit. Tuberones uero acceptæ grauissimæ cōtumeliæ memores: Ligariū pro quo fratres deprecabantur apud Cæsarem accusarunt: quod cū Iuba sensisset in perniciem Romani populi. Sed ne quispiam dubitet: cur cū a Varo: ut in commentariis belli ciuilis legimus eiecti fuerint Tuberones ligariū accusent: hoc subiungimus a Ligario pulsos eos fuisse: q̄q̄ prouinciā obtineret Varus: quam rem Pomponius de origine iuris scribens tradit his uerbis. Qu. Ligarius cum Africæ oram teneret: infirmum Tuberonem applicare non permisit: nec aquam haurire: quo nomine eū accusauit: & Cicero defendit: & extat eius oratio pulcherrima: quæ inscribitur pro Quinto ligario: hæc Pomponius.

Accusatur ligarius

Pōmponius

Qua ratione Tubero se excusans decenter Ligariū accusauerit: atq; inibi ea refelluntur: quæ Georgius Trapezuntius sup hoc excogitauit.

a D intelligēdas huius litis quæstiones Quītilianus tuberonis ī ligariū orationē requirēdā cēset: quæ res cū nostris tēporibus uix fieri possit. Miror Georgiū trapezuntium scribere ex responsiōe Ciceronis elici posse: qualis fuerit Tuberonis accusatio: Nā hic nostra memoria rhetor non incelebris: commentarios in hanc orationē ad Victorinum feltrensem conscripsit: qui tunc Mātuæ græcas & latinas litteras liberaliter docebat. In his igitur quædā paulo solertius atque subtilius indagare tentauit: quippe iis non contentus: quæ plerique rhetores in exponendis Ciceronis orationibus longe repetere & late conquirere solent. Quærit enim non de statu: aut de genere causæ: nec de argumentatione: elocutione ue: ceu hæc in scholis peruulgata habeantur: Sed illud abditum: atq; reconditum eruisse se iactat: de quo pauci admodum præcipere ausi fuerint: latinos omnes: qui tunc in Italia oratoriam facultatem docebant grauiter īsectatus hoc est: quo ductu: atq; consilio Tuberonibus orator respondeat: ac post multa in huiusmodi genere tractata: nisi quo pacto crimē ī reū aduersarii intenderint cognitum fuerit: causam hanc asserit uideri ī cōsistentē: uel ut græci dicunt asystaton. & eo teneri uitio: quod græce ισαζον uel ison: latine uero par dixerimus: & est cum eodem colore actor & reus uti possunt: aut cum eadem ex utraq; parte dicunt: ut nihil sit proprium partis alterius: ut illud: Adolescentes duo uicini speciosas uxores hētes: noctu inuicem se conuenerunt: accusant se adulterii. Quicquid enim altera pars dixerit: idem & altera est dictura: quod uitium in hanc litem incideret: si hoc tantūmodo Tubero Ligarium accusasset: q; arma contra Cæsarē tulisset. Nam quid

Geor. Trapezuntius

Victorinus feltrensis

Questio egregia

Asystaton

Par.

dicere posset Tubero: quod non itidem Ligarius contra eum regere/ret: cum utriq; pro pompeio in armis fuerint. Præterea quicũq; in diuersa parte fuissent: huius criminis insimulari possent. Ergo qua uia ad accusandum uenerint: quærendum primum est. Ait igitur Trapezuntius simulatam in recto ductu intentionem fuisse: ut a defẽsoris oratione possumus elicere: hoc modo. In Africa Cæsar aduersus te Ligarius fuit: quæ & apud Cæsarem parum firma intentio: & ipsi Tuberoni consistere non poterat. qui uel in eodem: uel in maiore fuisset crimine. At uera in figura per subiectionem hæc: repulit nos traditu/ros tibi Africã ex ea prouincia Ligarius o Cæsar: hac igitur causa fre ti Tuberones accusabant apud eum: qui si eorum beneficio Africam habuisset: multo citius atq; facilius absq; ullo discrimine uictoriam consecutus fuisset. Verum quoniam id agi aperte non poterat: opus erat auditori eam rem fortassis iam pridem tenenti subiicere. Ne rhetor egregie dum nimis perspicaciter ex ingenio tuo huiusmodi quæstionem: & intelligere: & explicare conaris: nihil non de historia solum tenere te ostendis: Sed plane rerum: & uitæ usum omnem ignorasse: tuo isto tam fatuo cõmento arguis: Dic quæso si repulsus contumeliose & crudeliter ab Africa Tubero ad Pompeium in Macedoniam concessit: atq; in pugna pharsalica in Cæsarem gladiũ strin/xit: quo animo: qua fronte: aut quibus uerbis Cæsarem: uel in occulto sic allocutus esset: nisi me repulisset Ligarius Africam tibi tradi/dissem: hoc sermone Cæsarẽ ipsum uel eludere uisus fuisset: uel magis irritasset: hoc prætextu ne pueri quidem: aut ĩsulsa quæuis muli/ercula se unq̃ excusasset. Porro si etiam admissus foret: nũquid pro/uinciam Tubero tradere potuisset: quam occupatam cum imperio: & duabus legionibus Varus tenebat? Alioquin ut orator ipse dicit: & Dion scribit: maxime Cæsari infestam: in qua Iubas Rex potentissi/mus: ut supra demonstratum est: cum elephantis & exercitu ingenti reliquias pompeianarum partium sustentabat Sed te decepit q; Cicero illud diluens: recepti in prouincia non sumus: statim retorquens ĩ aduersarium subiunxit: quid si essetis: subaudi recepti: Cæsari ne eã tradituri fuissetis: nec respexisti id quod sequitur: an contra Cæsarẽ retenturi: quod non dixit responsurus Tuberonibus: qui hoc mõ ac/cusassent: Tradidissemus tibi Africam o Cæsar: si nos recepisset Li/garius: Sed altiore consilio excogitatum atq; dictum a Cicerone fuit ut Quintilianus sentit: ubi de refutatione loquitur. Inuenit enim in aduersariorum actione: quæ ĩter semetipsa pugnent: aut pugnare ui deantur: quæq; aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt: quam rem diligenti artificio: & in causa celiana inuenit. Nã Clodia dicebat au/

Quale Inuentũ Trapezuntii

Fatuum cõmentum

Dion

Altum Ciceronis cõsiliũ

Cã Celiana Clodia

rum se Celio cōmodasse: quod signū magnæ familiaritatis est. Venenum sibi paratum a Celio: quod summi odii argumentum est. Et Tubero ligarium accusat: quod is in Africa fuerit: & quæritur quod ab eo ipse in Africam nō sit admissus. Hæc Quintiliani sententia nō multum abest ab eo: quod in primo rhetorico a Cicerone præcipitur ut contra firmā aduersariorum argumentationem: alia æque firma: aut firmior ponatur: id quod prudentissimus orator hic fecit: Nam areptum ab aduersariis telum: quo grauiter hostem confodiebant: ꝓpterea quod Cæsar erat rei Africanæ per q̄ iratus: illud ī aduersarios & prudenter & artificiose retorsit: quippe significans si accepta contumelia non Cæsarem: sed Pompeium sequuti fuistis o Tuberones: si Africam accepissetis maius nempe: magisq; periculosum bellū suscitatum per uos foret: quæ res ex eo quod fecistis: posteaq̄ uos Ligarius expulit: manifestissime apparet. Iam copiose satis quæ iactabundus & parum prudens rhetor excogitauit: refutata per nos sunt: restat ut tradamus: quibus rationibus maxime freti Tuberones ad accusandum Ligarium uenerint: hoc sane pacto pulcherrime aliena cōfutauerimus: si latenti alioquin ueritate explicata sententiam nostrā aperuerimus. Prisci rhetores: ut discipulos docerēt qua ratione & uia huiusmodi causæ quotienscūq; obtigissent in iudiciis tractari deberent. in scholis sæpe: ut apud Senecam & Quintilianum legimus hāc controuersiam declamarunt. Luxuriantem patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. Similiter obiicit Tubero Ligario: quod ī Africa aduersus Cæsarem fuerit: cum ipse arma in Cæsarem tulerit. Non enī decenter hoc fieri potest: nisi aliud repertum fuerit: quod intersit: ut persona: ætas: tempus: causa: locus: animus: dicet enim iuuenis per ætatem sibi concedendum id esse: quod patri nequaquam condonandum sit. Ergo ut Quintiliani uerbis accusantium intentionem aperiamus. Tubero accusans Ligarium: ne quod & ipse fecisset reprehēdi itidem posset: atque ut aliquid: imo non parum interesset inter se & Ligarium: dum crimen intēderet: hæc dixit iuuenem se patri hæsisse illum a senatu missum: non ad bellum: sed ad frumentum coemēdū: atque ut primum licuerit a partibus recessisse. Ligarium contra & ꝑseuerasse: & non pro Cn. Pompeio inter quem & Cæsarem dignitatis fuerit contentio: cum saluam uterque rempublicam uellet. Sed pro Iuba atque afris inimicissimis populi Romani stetisse: his ratiōibus multum interfuisse inter actorem & reum liquido apparet: Quibus omnibus si paulo accuratius hāc orationem perscrutari uoluerimus diligenter & artificiose respondere Ciceronem deprehendemus: Nā & Iubæ regis meminit: & perseuerantiam qua maxime urgebant Li-

Seneca
Quītilianus

Cōtrouersia
scholastica

Qualis accusatio tuberonum

garium in eos cõuertit: ut suo loco docebimus Quod autẽ maxime Cæsar ĩfestus esset huic causæ: tũ quia ĩ partibus ꝑseuerasset Ligarius: tũ etiã ꝙ ꝓ Afris atq; Iuba stetisset: significare mihi uidet̃ ipse cicero in quadã ad eũdẽ Ligariũ epistola hæc scribẽs: Et si tardius fit q̃ uolumus magnis occupationibus eius: a quo omnia petũtur: aditus ad eum difficiliores fuerunt: & simul Africanæ causæ iratior diutius uelle uidet̃ eos habere sollicitos: a quibus se putat diuturnioribus eẽ molestiis conflictatum.

Cicero ad Ligarium

Quo consilio usus orator.

In agendis causis primus locus cõsilio dat̃: per ipsum.n. intelligimus quid in quaq; re sequẽdũ cauẽdũq; sit: nec multũ a iudicio cõsiliũ distat nisi ꝙ iudiciũ rebus: quæ se ostẽdũt adhibet̃: ut Quĩtilianus sentit: cõsiliũ uero latẽtibus: & aut oĩo nondũ repertis aut dubiis: & iudiciũ quidẽ frequẽtissime certũ est. Consiliũ uero est rõ quædã alte petita: & plerũq; plura perpẽdẽs & cõparans: habensq; in se & inuẽtionẽ: & iudicationẽ: sumitq; ex re ipsa cuius locus ante actionẽ est frequenter: & in ipsis actionibus primũ ac potissimũ optinet locũ. Laudant̃q; tam Demosthenes q̃ Cicero ꝙ sũmo consilio: siue accusauerint siue defenderint reos usi sint: nec alienũ uidet̃ hic subiicere exẽpla de orationibus Ciceronis a Quintiliano notata. In orõne igit̃ pro Cluentio hoc cõsilio mirãdo usus est. Nã ĩ prima expositiõe matri Sasiæ fidẽ abstulit: cuius auctoritas filiũ cluentiũ ualde premebat: Tũ corrupti iudicii crimen maluit transferre in opinianicũ q̃ negare. Præterea ĩ re inuidiosa auxilio legis iudiciariæ nouissime usus est: quo genere defensionis offensæ forent nondũ ꝑmollitæ iudicũ mentes: & ꝙ se ipsũ inuito Cluentio facere testatus est: Pro milone uero non ante narrauit q̃ ꝑiudiciis oĩbus reũ liberaret: ꝙ insidiarũ inuidiã in clodiũ uertit: q̃q̃ reuera fuerat pugna fortuita: factũ itẽ seruoꝝ hoc est quæ serui milonis fecerũt: qui clodiũ interfecere laudauit: & tamẽ uolũtatem milonis remouit: ꝙ illi preces nõ dederit: & in earũ locũ ipse successerit. Pro Ligario uero ipse se opposuit: Sed cũ laudet̃ Cicero ꝙ se pro Ligario opposuerit quærẽdũ uidet̃ cur hoc fecerit: nẽpe cũ cognosceret causæ infensum Cæsarẽ: & q̃ maxime motũ accusatione Tuberonũ: qui factũ suũ hoc mõ eleuabãt: ꝙ nõ perseuerassent ĩ partibus põpeianis: contra Ligarius perstitisset in Africa. ubi primũ Curionem a Iuba & Varo circũuentũ amisisset cũ exercitu: mox uero difficili tẽpore anni illuc exercitum traiecisset atq; cum periculo pugnam commisisset: non potuit magis ex usu Ligarii uerba facere: & cõmodius ueniam crimini impetrare: q̃ in ipso probationis ingressu clemẽtissimum Cæsarẽ hoc modo ostẽdere: Inquit enim nullum habes adhuc

Iudicium

Quid cõsiliũ

Locus cõsilii

Quod cõsilium ꝓ cluẽtio

Pro milone

Pro ligario

signum Cæsar alienæ a te uolūtatis:cuius ego causam animaduer/
te queso:qua fide:defendam:prodo meã & reliqua. Extulit enim su
pra modum humanitatem & mitem cæsaris aĩum. ꝙ sibi qui iudicio
ac uoluntate ad arma Pompei profectus fuerat ignouerit: ac tãtum
fiduciæ dederit:ut audeat alterum defendere: qui & ipse iisdem par
tibus aduersus Cæsarem fuerit. Prestruit præterea ad ea: quæ in per
oratione ad implorandam misericordiã usus est. Sed cum oĩa prudẽ
ter in hac oratione egerit:tum illud prudentissime fecit: nam ubi cõ
stantiam:uel potius patientiam Tuberonis:ꝙ deiectus a causa Pom
peiana cum iniuria in Macedoniam in Cn. Pompeii castra uenerit:
uelut per ironiam laudat:ita repercussit suomet telo aduersariũ: ut
iam plane uictor:ceu nihil ultra ad refutãdam aduersariorum accu/
sationem quærendum esset:ad misericordiam descenderit.

De ductu.

Hinc nascitur ductus:qui nostro iudicio simplex & rectus ĩ hac ora
tione habetur. Aperte enim clementiã Cæsaris laudat:demonstratq;
ligarium dignum uenia:nec ad aliud respicit.nisi ut confessione cri/
minis:quod tamẽ necessitate excusat:misericordiam impetret: & ue
niam. Sed nec fuit aduersariorum ductus per subiectionẽ figuratus.
ut homo græcus dictitat hoc est ꝙ dicerent Tuberones se repulso a
ligario ab Africa:occulte tamen subiicerent se fuisse tradituros eam
Cæsari. Et Ciceronem contra id dicentem hoc est ꝙ non fuissent tra
dituri:coniecturis uti:quando ut supra demõstratum est alio modo
egerint aduersus ligarium. Sed illud addã. Cum uideret Cicero cau
sæ ligarii obfuturum si cõmemorasset: quæ aduersarii dixissent de
perseuerãtia ligarii:& de iuba rege:hæc reticuisse in defensione:qua
si intelligi possent:cum dixit in Africa fuisse ligarium. His sane uer
bis bellum africanum intelligitur post pharsalicum ponticum & ale
xandrium a Cæsare gestum:& qui in eo fuerunt:cum iuba sensisse si
gnificantur:quæ omnia ĩnuere uoluit:nõ aperte dicere: ꝙ essent cæsa
ri notissima:& hinc credo Quintilianum maxime motum :ut scribe/
ret requirendam esse diuersæ partis orationem ab iis:qui hanc litem
scire uelint. Si quispiam uero de ductibus precepta cognoscere uolu
erit:& quotiens atq; quomodo in causis habendi sint: intelligere: is
nonum quintiliani librũ diligenter reuoluat:nec aspernetur itẽ:quæ
recentiores duo hoc est Martianus: & consultus de ratione dicendi
conscripserint:ex quibus impudens plagiarius fere omnia surripiũt
quæ de ductibus precipit:preter pauca ex hermogene sumpta.

Martianus
Consultus

Idem rhetor duos contendit eſſe ſtatus in ſuo recto ductu: Conceſſionem per deprecationem: & recriminationem. In ſua uero figura: quia dixerant reppulit ex ea prouincia nos tradituros tibi africam o Cæſar: coniecturalem ſed nõ ad id coniecturæ: quod eſt reppulit: Sed ad id quod eſt tradituros. Nos deprecationem dicimus eſſe: Cõiecturam non recipimus eam: quam hic dicit: ſed aliam ut infra docebimus. Verũ cũ dicat recriminatione uti ciceronem: aliq̃do dubitaui quem ſtatum hic appellet recriminationem exiſtimabam enim noui uerbi auctorem etiam nouum ſtatũ excogitaſſe: duæ græcæ dictiones: quæ in ſtatuum generibus a græcis uſurpantur ſub recriminationis appellatione exprimi poſſe uidebantur: hoc eſt αντεγκλημα anteclema: & αντικατηγορια anticategoria: ſed illam Cicero & Quĩtilianus relationem criminis dicunt: hanc uero quidam ex noſtris cõcertatiuam: Quintilianus uero mutuam accuſationem appellauit: & eſt cum litigatores idem crimen inuicem intentant: & fieri in foro non poſſe Cornelius Celſus dixit. Apollodorus quoque in anticategoria duas eſſe controuerſias ſenſit: & reuera ſunt ſecundum forenſe ius duæ lites. Verum dum commentarios noui rhetoris reuoluo inueni: de quo dubitabam apertiſſime declaratum. Nam de generibus coniecturalis ſtatus præcipiens hoc exemplum de duplici coniecturali poſuit. Medicus una cum aliis duobus uiuebat. Alter eorum ſignis ueneni mortuus fuit: alter cum medico recriminationem habet quam nos anticategoriã appellamus. Non diſſentit ab antiquis ſcrĩptoribus hic præceptor: qui inter ſpecies coniecturalium quæſtionũ concertatiuam: ſiue recriminationem poſuit: quãdo in ſeptimo oratoriarum inſtitutionum Quintil. hunc ſtatum coniecturæ ſubiiciat: quod ſi coniecturæ pars eſt recriminatio: nõ uideo quomodo poſſit in hac oratione inueniri: quando obiectum crimen neuter neget. Ergo principalis ſtatus ut diximus erit deprecatio per purgationem: Incidunt præterea quæſtiones aliæ: quæ ad ſtatus referri poſſunt: Nã & coniecturis quæri poteſt: qua mente Ligarius in Africa manſerit. Erit etiam remotio criminis cum factum tranſferre uidetur in Varum: qui priuato imperio Aphricam tenebat. Erit & finis: cum uelut per diffinitionem nititur probare non fuiſſe ſcelus ſenſiſſe Ligarium cum Pompeio: ut obiiciebant aduerſarii: quod autem deprecatio ſit potentiſſima ĩ hac cauſa: & quod circa eam ſit omnis cõflictio cauſæ: & ad eam maxime ſpectet orator: Verba quæ in ultima parte orationis leguntᷣ ſine dubio confirmant. Cauſas Cæſar egi multas & quidem tecum dum te in foro tenuit ratio tuorum honorum. Certe

Relatio criminis
Cõcertatiua

Cor. Celſus
Apollodorus

Deprecatio

Quæſtiones ſtatuum

Status

nũquã hoc mõdo errauit: & reliqua. Status uero ipse hoc pacto con/ stituetur: intentio aduersariorum hæc fuit. In Africa ligarius aduer/ sus te cum iuba & afris o Cæsar stetit. Depulsio concessio criminis: postulatq; ut ignoscat. Ratio quia necessario fuit in africa. Infirma/ tio rationis: tamen quia cũ Iuba sensit contra te o Cæsar puniendus est. Iudicatio: cum Ligarius p necessitatẽ fuerit in Africa: atq; sense/ rit: cũ iuba aduersus Cæsarẽ ignosci illi oporteat nec ne. Non tamen dissimulauerim: quã nos infirmationẽ diximus a Trapezũtio firma mentũ dici. Sed malui ex præceptis prioris rhetorici loqui: & infirma tionẽ appellare q̃ firmamentũ: quando in hac re & huiusmodi nomi/ nibus: ut Quintilianus auctor est: & legenti ea quæ Cicero de arte cõ scripsit a semetipso is dissentiat.

Infirmatio
Firmamẽtũ

De dispositione.

Dispositio eadem fere est: quæ in præceptis de arte habetur. Nã pri/ mum exorditur: narrat: argumentat atq; concludit per locos depreca tionis. Cætera uero quæ prudentissime excogitauit & inseruit: ad cõ silium atq; ductum referri possunt.

Genus causæ in quo locum habet exordium.

In exordiẽda causa genus causæ diligenter ante cognoscere oportet: in eo enim sedem habet exordium. Sunt igitur genera causarum: Vt Cicero tradit: honestum: admirabile: humile: anceps: obscurum. Est autem admirabile genus causæ: quod Græci paradoxon dicunt: cui subiici potest turpe: ita ut sub appellatione paradoxi turpe intelliga mus. Admirabile autem uocant: quod præter opinionem hominum cõstitutum: Vel ut Cicero a quo est alienatus animus eorum: qui au dituri sunt. Est enim præter omnium opinionem: & uelut admirãdũ fuit audere Ciceronem eum defendere: qui feras gentes in patriã con citasset: dum bellum in Cæsarem parat: atq; adeo magis eo cognoscẽ te causam: in quem arma reus tulisset: & cuius animus nõ modo alie natus: sed iratissimus foret: quare ĩsinuatione utẽdũ fuit: tũ rei quali tate: quæ turpis prĩa facie erat: tũ etiã quia fidẽ factã ab aduersariis conspiciebat ex attentione Cæsaris: quã illis præstitisset. Seruat autẽ ĩ exordiẽdo ea quæ de ĩsinuatione faciẽda in rhetoricis præcipit: nã quod durissimum erat: & cui uelut firmissimo argumento Cæsar a/ nimum intẽdebat: per ironiam eleuauit: hoc est quod scelus & nouũ: & inauditum Ligario obiiciebant: & aliter se dicturum dicit: q̃ ipse parauerat: significans exordium natum ex actione aduersariis nõ au tem domo allatum: & ut cohereat cum causa: quæ fere in deprecatiõe

Admirabile
genus

Cur usus in
sinuatione

uersatur in ipso exordio iam ad misericordiã & clemẽtiam Cæsaris confugit: tum uero ex confessione criminis apte aduersarios criminã do minus odiosas Ligarii partes facit.

Quod ironia habeatur in exordio.

Nouum crimen. C. Cæsar & ante hunc diem inauditum: Quintilianus hanc diuinam ironiam appellat. Nam in exordiis quotiens utilitas causæ postulabit figuris utemur: queãdmodum in hac parte fecit Cicero: laborat siquidem ut remittatur cognoscentis intẽtio: atq; minus se Cæsar in rem tãq̃ non nouam intenderet: quod & pro celio fecit: Nam ut res expectatione minor uideretur: dicit hominem ignarum legum iudiciorum & consuetudinis Romanæ mirari profecto: quæ sit tanta atrocitas causæ: quod diebus festis ludisq; publicis omnibus negociis forensibus intermissis unum hoc iudicium exerceatᷓ: nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur: ut eo neglecto ciuitas stare non possit: & reliqua. Idem Trapezuntius ceu elatus: quod solus præter alios nostri temporis rhetoras inuenisset: quo pacto crimẽ intentum foret: audacter nimis a Quintiliano dissentit: atq; conatur summo nixu probare ironiam hic non esse: cuius rationes audire mi Bernarde operepreciũm esset: nisi mera somnia & contẽnendæ nugæ forent. Ait enim non est ironia: ut Quintilianus sentit: sed uera confessio criminis: partim ut misericordiam captet: partim ut cũ eiusdẽ rei: quam postea maiorem ostendit aduersarium reum hac humanitate Cæsaris absolutum ostendat summæ crudelitatis arguat: quod quam ipse facile consecutus erat: eandem misericordiam cæteris abnegatũ iri censeat: nec si esset ironia posset illud recte dici: quod post confessionem subiungitur: omissaque controuersia omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est: qua plurimi sunt conseruati: cum a te non solum liberationem culpæ. Sed errati ueniam impetrauissent. Sicut enim simplex confessio misericordiam captat: Sic ironice dicta ab omni misericordia aliena est. Hæc in commentariis de arte rhetorica leguntur: eadem quoque in hanc sententiam repetit in expositione orationis. Nos uero non tam pro Quintiliano q̃ per asserenda ueritate: cum ad scribendum uenerimus: dicimus hanc ironiam potius in aduersarios q̃ in Cæsarem uerti. Non enim crimen inficiatur: sed nouum & inauditum diffitetur: utpote eleuans qualitatem facti: Non factum ipsum negans: Qua ratione potissimum errato uenia impetrari solet. Quis enim est qui cum peccauerit aliqua ratione: Vel prætextu:

Ironiã pro ligario: & pro Celio

Vadari

Cur sit irõia

quandoq; falso peccatum ipsum nō extenuet: præsertim premētibus aduersariis: & factum ipsum prægrauantibus. An nō fuit auertenda intentio ab accusatoribus: ut ex hoc mitiorem haberent Cæsarem: aditusq; ad misericordiam pateret. Quod autem dicit ideo Ciceronē amplificasse crimen: ut summam crudelitatem argueret: non hac uia crudelitatem auget: ut infra docebimus: sed quia exilio Ligarii contenti non essent, mortemque expeterent. Post confessionem etiam recte subiunxit: omissa controuersia omnis oratio tua ad misericordiā conferenda est: quippe significans se non tam uenisse: ut crimen defenderet: q̄ ut ad misericordiam confugeret: quando non scelus esset ut clamabant aduersarii: sed error uenia dignus. Sed uide quæso Sapientissime Senator q̄ contentiose & cupide rhetori subtilissimo resistat hic homuntio: quem ego uiuere optarem: ut a nobis aliquando disceret sibi ipsi Ciceronem non consentire: si simpliciter & uere nouum crimen & inauditum uoluisset a se intelligi. Nam eam partem refutans: qua aduersarii in aditu suæ accusationis de scelere. Q. Ligarii se dicturos promiserunt: tam Ligarii q̄ reliquorum pompeianorum factum mitius appellans non scelus: non crimen: sed errorem: timorem: cupiditatem ab aliis dixit appellari: qui uero grauissime temeritatem dixerunt: scelus præter Tuberonem nemo uocauit. Ipse Cicero fatalem calamitatem dicit: sceleris uero crimine furoris & paricidii: quæ noua & inaudita crimina forent immunes omnes pompeianos fuisse contendit. Quare secum pugnantia orator proferret: Si quod nouum crimen & inauditum in exordio posuit: postea leuissimum erratum: & iram atque pertinaciam fuisse affirmare niteretur. Ergo quod aduersarii scelus & paricidium: utpote noua & inaudita uerba de iis qui se bello ciuili implicuissent ī principio orationis per ironiam extenuauit. Cæteræ uero rationes: quas de recriminatione: & coniectura oscitabundus homo somniauit stare non possunt. cum ostenderimus accusationem aduersariorum longe diuersam fuisse ab ea: quā præceptor finxit. Illud hic addendum uidetur ad ironiæ declarationem duplicem esse hanc figuram. Est enim ironia in uerbis: quæ tropus dicitur. Est & figura totius uoluntatis fictio apparēs magis q̄ confessa: ut in tropo sint uerba diuersa uerbis: in figura sensus sermones & ioci: & tota interim causæ conformatio: tum etiā uita uniuersa ironiam habere uideatur: Hæc Quintilianus in nono oratoriarum institutionum: apud quem pluribus uerbis: quæ sit huius tropi atq; figuræ differentia cum exemplis copiose inuenies.

Duplex ironia

Tropus & figura

Nouū crimē. C. Cæsar. quia factū Ligarii scelus dixerūt: q̄ de nouo & īaudito facinore solet dici: eleuat per figurā. Detulit. accusauit.

In hac parte Fabius Quintil. de pronuntiatione præcepta tradēs: ait esse quasdam latentis sermonis percussiones: & quasi pedes aliquos ad quos plurimorū gestus cadit: ut sit unus motus nouū crimen. Al ter. C. Cæsar: Tertius & ante hanc diem: Quartus non auditum: deī/ de propinquus meus & ad te: &. Qu. Tubero detulit: Sunt enim hæc cum interuallo pronuncianda: q̄uis & hinc uitium fluxerit. Nam iu uenes cum scribunt gestu præmodulati cogitationem sic componūt quomodo casura sit in manus: ad componendā autē pronūciationē huius principii pauca quædam scribit: quæ studiosi iuuenes diligē/ gentius & legere & seruare debent. In africa fuisse ligariū. clausit ī iambicum. hic pfamur de cōpositiōe paucula nos esse dicturos q̄do ex præceptis rhetorum eā percipere per se studiosi possint. In afri/ ca fuisse. hæc fuit snīa criminis: subiicuit de iuba & afris: ne magis cæ sarem irritaret. Idq;. C. Pansa. aperta certe ironia quādo res mani/ festissima magno teste cōfirmaretur: an oībus notissimū non erat in Africa fuisse Ligariū cum reliquis pōpeianarū partiū? quo plus autē auctoritatis testi attribuit eo magis uis ironiæ ītēditur. Itaq; quo me uertam nescio. Sapit aliquid hic locus eius insinuationis: quæ solet fieri quotiēs fidē factā uidemus: ut dubitatione utamur in respōden do: simul etiā maiorem fidem exordio quæsiuit: cū illud a ppositōe aduersariorū sumptū ostendit. Ignoratiōe. inter ignorātiā & igno rationē hoc differre arbitror: q̄ hæc sit actus: & ut grāmatici dixerūt rem uerbi significet: illa uero res ipsa sit. Integrū esset. integra res dicitur intacta & nondū tractata: sed hic utile significare uidetur ex priore significatione. Omissa cōtrouersia. in exordio delibat sū/ mum & potentissimū illud: ex quo nascitur status: quod fieri debere omnes scriptores artis tradiderūt. Oīs oratio ad misericordiā tuā conferenda est qua plurimi sunt liberati. a cōmemoratione clemen/ tiæ: qua cæsar omnes superauit: illū sibi beniuolum facit. Libera/ tionem culpæ. quia inimici tui culpa non carent. Sed ueniā errati. utrūq; enim ignouit Cæsar. Nam qui per imprudentiam; uel per ca sum & necessitatem: uel alio cogente peccant: culpa carere uidentur solentque hi errato ueniam non culpæ postulare: quod illa penes a/ lios sit: & hoc uidetur in genere dictum: de iis omnibus qui ī parte di uersa fuerunt: q̄ autē trapezuntius culpā ad nouū & inauditū crimē referat: puerile uidetur. Hēs igit̄ Tubero q̄ est accusatori maxīe optādū cōfitētē reū. hæc cōfessio quæ nihil noceat nō multū abē ab ironia auctore Quī. quēadmodū & illa cōfessio: cū aliqd ēt uidemur iniquū cāæ fiducia pati: ut illud metu uirgarū nauarchus nobilissīæ ciuitatis precio se redemit. humanū est. In hoc uis ironiæ cōstat: nā si

Gestus pnū ciandi

C. Pansa

Ignoratio
Ignorātia

Culpa

Tria quæ nõ lõge absũt ab ironia

est humanum nauarchum redimi precio: Cur accusas? & pro cluẽtio de inuidia dominetur in contionibus: iaceat ĩ iudiciis. Tertia cõfẽsio ut pro eodem Cluẽtio: iudicium esse corruptum assentitur: ut possit commodius probare coniecturis ab opianico: q̃ a cluentio corruptos iudices: Quare assensus ei rei: quæ futura erat pro se: Sed conuertẽs Cicero sermonẽ ad Tuberonẽ uehemẽtiã dedit orationi hac figura: quæ erat multo futura languidior: si aliter figurasset: nam si ad iudicem conuersus hoc modo per tertiã personam dixisset: habet igit̃ Tubero: rem tantũ indicasset: sed serm ne a iudicis persona auerso aduersarium alloquens press t atq; institit Itaq; prius de uestro facto fateamini necesse est q̃ ligarii ullam culpam reprehẽdatis: hãc pticulam quæ sententiæ loco prolata exordium claudit: Quintilianus de generibus sñiarum scribens clausulam appellat ꝙ hac breui sentẽtia claudatur exordium: & per eam quodammodo significet quod alibi dixit. Carere omni uitio debet: qui est ĩ aliũ dicere paratus hic non prætereundum uidetur ꝙ apud Demetrium phalerea legimus: ab hoc.n. scriptore Quĩtilianus quæ de hac exornatione ꝑcipiat sũpsisse mihi uidetur: Epiphonema appellatur a græcis hæc figura & habet in omni sermone magnificentissimũ quiddam: & pleruq; subseruit orationi. Interim uero exornat eam: & habet simile quiddam ostẽtationibus diuitũ qui aurum & purpurã latiorem ostentare solẽt Sed cũ paulo infra repetẽda multa sint: de hac figura illud hic tantũ dicam huiusmodi sententias tunc nomen epiphonematis habere. cũ claudũt hoc est conclusionis uice funguntur: & sint uelut assumptæ extra: ita tamen ut cohæreãt causæ: dicuntur propter epiphonemata quoniam post rem factam acclamant: nõ autem ꝙ factum per ea dicatur: nam quousq; aliquis rẽ narrat: siue describit illud negociũ dicitur: Sed quotiẽs quiescens infert aliquid extra: uelut ꝑter opinionẽ dictũ: Illud epiphonema appellatur quasi post dictum hoc est græce ἐπιλεγόμενον. Quare ut exprimã quod nobilissimi scriptores senserunt: hæc prepositio ad in hac compositione additionem quandã uelut ultimo loco positam significat. Cõmode igitur Cicero in fine exordii aliquid posuit: quod aurem uelut paradoxon nec alienum a negotio de quo agitur: feriret & remordendo aduersarios fauorem apud Cæsarem quesiuit. Quintus igitur ligarius: exordio iã preparato iudice narrationẽ subiũxit ĩcæpit ãt narrare unde necesse fuit nec nude rẽ ipa exposuit: ꝙ fuisset testis: nõ oratoris: & q̃uis expositõ breuis sit: argumenrum tamen ponit ut suo loco dicemus: Cõmonet & iudicẽ: ut recordet̃. Partitur item tẽpora: ut dilucidius res exponat̃ Incipiens itaq; a persona dixit. Q. igitur ligarius nihil exponẽs eorũ

Ardet & uehemens est õro per figurã

Quar̃ clausula dicat̃ sñia

Demetrius Phalerius
Epiphonema

Acclamatio

A ꝑsona incipit

quæ quidē exponere solēt: cū initiū narrandi a persona sumūt: quæ tūc adhibenda sūt: cū id est profuturū causæ: quod fecit idem orator pro cluentio: nā Aulū cluentiū habitum Auli Cluentii patrē laudat.

Nulla belli suspitio. iā præstruit ad ueniam ostendēs casu factum esse ꝙ in africam profectus foret: & expositioni breuem defensionē atq; rationem factorum, quare id res poscebat inseruit: Et enim ordo per se talis fuisset. Q. Ligarius legatus in africam cum. C. Considio profectus est: sed Marcus Tullius qui rē narrabat non tāq̄ testis: sed tanq̄ patronus simplici ordine non cōtentus. Q. inquit ligarius cū esset adhuc nulla belli suspitio legatus in africam cum. C. considio ꝓfectus est: Et alibi non modo ad bellū: sed ne ad minimam quidē suspitionē belli: Et cum esset indicanti satis nullo se implicari negotio passus est: adiecit domum spectans ad suos redire cupiens: Ita ꝙ exponebat & ratione fecit credibile & affectus impleuit. est enī locus affectuū domū spectare & suos cupere. Prouincia decedens considius: Africā intellige quæ & pro consularis prouintia quādoq; dicta fuit. Videtur hæc pars expositionis spectare ad quæstionem: quæ est qua mente in africa remanserit ligarius: Prudenter itaq; incipit ostēdere mētem ligarii: & a præfectura africæ: & a bello semper absuisse.

Artificiosa orō

Proconsularis prouincia

Integritas & fides: quæ duo maxime in ꝑfectis prouinciarum & exigi & cōmendari solent. Bellum subito exarsit: translatio: nō. n. potuisset proprio uerbo melius īpetū belli exprimere: Tū ligarius domum spectans & ad suos redire cupiēs: non solum affectus delibauit: sed & secundum Quintilianum per conquestionem quodāmodo impleuit: Est. n. cōquestionis locus quotiens iniquo aīo disiūctionem ab aliquo ferimus: præsertim cū ducti sumus & disiuncti a domo: aut ab iis quibus cū libentissime uixerimus: ut a parentibus: filiis: fratribus atq; familiaribus. P. actius uarus. hic actius uarus qui ad auximum: ut in argumento diximus. & in comentariis legit̄ amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam peruenerat: atq; eā sua spōte uacuam occupauerat: delectuq; habito duas legiones effecerat hominum & locorum noticia & usu eius prouinciæ nactus aditus ad ea conanda: ꝙ paucis ante annis ex prætura eam prouinciam obtinuerat. Si illud imperium esse potuit. correctio color: probat autem non potuisse esse imperium: quod ad priuatum hominē sine publico cōsilio deferetur. Adhuc. C. Cæsar. Q. ligarius oī culpa uacat. hanc narrationis particulam Quintilianus cōmonitionem appellat: quæ maxime est utilis in extrema parte cum ordo rerum ī longum exit: q̄q̄ in hac breui narratione hoc Cicero fecerit. Videt̄ enim hac uelut deuterologia in animum Cæsaris infigere: quod supra exposuit: Quare miror rhetorem nostrum se auctorem huius obserua

Locus cōquestionis

Actius africā occupat

Cōmonitio in narratione

tionis:atq; precepti facere Ita se gessit ut ei pacē esse expediret. Argumentū posuit. sed argumētatus nō est cicero ut: rhetores notauerunt qui a narratione argumentationē in totū excludunt. Differt uero argumentum ab argumentatione ꝙ illud uis sit probationis hæc uero explicatio & enarratio argumenti: siue per inductionem siue ꝑ ratiotinationem id fiat & est argumētum probabile ex contrariis & repugnantibus ductum: nam si expediebat ligario pacem esse in prouincia: bellum suscitare non debuit. Ergo hæc duo tempora carēt crimine: hæc tripartita temporum diuisio uidetur quodāmodo speciem habere partitionis: & casum constituere; Excludit autem duo prima hoc est cum ligatus est profectus: & cum efflagitante prouincia prepoītus illi fuit: quibus temporum spatiis nihil in cæsarem cōmisit ligarius: Sed ꝙ post aduentū Vari in africa steterit id est criminosum. quod tamen purgat per necessitatē: & est constitutionis depræcatiue locus: Nititur autem persuadere Cæsari orator maximus dignum uenia ligarium: & culpa carere ꝙ uoluntas eius nō abesset a fratribus: qui Cæsarem sequebantur. quoniam cum eis cōcordissime uiueret: atq; si potuisset ullo modo euadere ad illos cōcessisset: & est hic confirmationis principiū: & contentio quedam pro ratiōnē contrariorū. opponit uticæ romani: Actio uaro concordissimos fratres: quam contentionem interrogando acriorem facit: incidit in hunc locum coniecturalis questio. O clementiam ad mirabilem: hac exclamotione uiā facit ad id consilium: quod in primis laudatur a Quintiliano: nam pro ligario se apponit: ostendit autem inauditā Cæsaris humanitatem & clementiam apud quem defendat alium ī ea uoluntate non fuisse: in qua confitetur se ipsū fuisse. Nulla ui coactus iuditio ac uoluntate: quod nō fecit ligarius: qui necessitate ī africa remansit: lateta; sub hac facie tantæ licenciæ adulatio: & si nil minus figuratum uidetur q̄ uera libertas: nec solum ad utilitatē respexit orator: sed certe magis laudare uictoris clementiā nō potuit.

Apud quem igitur hæc dico: nempe apud eum: hæ sunt illæ non ingratæ uices interrogandi se ipsos: & redendi sibi: quod schema sūt quidam qui per subiectionē uocant: cōcessos fasces laureatos. Ciceroni ob res fœliciter ad amanum montem gestas & expugnātum pindinisum urbem suplicantionem romæ decreuit. Triumphus quoq; redeunti oblatus: quē & si ab initio concupisset: tamen quod alienū a cōditione temporum existimabat prosequi destitit feruescentibus iam iniciis belli ciuilis: Cumq; ad eum Pompeius & Cæsar scriberēt ad pompeium proficisi maluit q̄ quis eum moneret atq; rogaret Cæsar per litteras ne quo progrederetur: suaderetq; ut procul a bellorū medius aliquo in loco conquiesceret. Sed fuisse pompei exercitu in

Argumētum
Argumentatio

Latet
Sub licentia adulatio

Coctona

Ciceroni decreta supplicatio
Et tenaphus

Italiam reuersus reditum Cæsaris circa ægyptum:asiaq̃ʒ diutius cõ/ morantis expectauit:ubi fasces tamen laureatos ac turbam lictorũ: quos ab initio urbe extulerat etiam brũdusii retinuit per litteras Cæ sare ex ægypto ad illum missos hoc concedente. Sed quæro quis putat esse crimen fuisse in Africa Ligarium nempe is qui & ipse in ea dem esse uoluit:& prohibitum se a Ligario quæritur: & certe contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Admiranda Ciceronis so/ lertia per quam inuenit in actione aduersarii:ut supra diximus. quæ inter semetipsa pugnent:aut pugnare uideant̃:quæ aliquando ex re/ bus ipsis manifesta sunt:ut id est quod nunc dicit:Nam quis crimen putat fuisse in Africa Ligarium:nempe is Tubero qui & ipse ĩ africa eadem uoluit esse:ut maius bellũ in illum excitaret:quod ex hoc ma nifestissimum est:ꝙ postea q̃ repulsus fuit ab Africa cum iniuria: in castra Pompei profectus est contra Cæsarẽ congressus armatus. La/ borat in hoc loco Trapezuntius ut ostendat recriminationem esse: quam græci anticategoriam uocitent. Sed cum ea sit duplex cõiectu ralis ut Hermogenes & Martianus noster senserunt profecto si uiue/ ret rhetor rogarem:ut me doceret qua ratione potissimum inductus scripserit hũc statum in hac causa uersari. Quid enim Tubero ille tuus in acie pharsalica gladius agebat:amplificat Tuberonis factum per congeriem uerborũ ac sentẽtiarũ idem significãtiũ. Quattuor.n. sunt amplificationis genera:ut Quintilianus tradit:incremẽtũ: quod fit quotiens per gradus quæ inferiora sunt magna uident̃. Tamẽ gra du quodã aut pluribus per id uenitur nõ modo ad sũmũ: sed interim quodãmodo supra sũmũ:quale est illud Ciceronis in Verẽ: Facinus est uincire ciuem Romanum:scelus uerberare:paricidiũ necare:quid dicã in crucẽ tollere.Comparatio cum ex minoribus incrementũ pe/ titur:augendo enim quod est infra necesse est extollat id quod supra positũ est:ut in Catilinã serui mehercle mei si me isto pacto metue/ rent ut te metuunt omnes ciues tui:domum meam relinquendã pu/ tarẽ.Ratiocinatio quæ alibi posita alibi ualet:ut aliud crescat: aliud augetur:quale illud Virgilianum. At uenti uelut agmine facto.Qua data porta ruunt & terras turbine perflant. Apparet enim quanta sit futura in mari tempestas:si in terra ut data est primum porta ruunt Est & congeries per quam si non per gradus ascendant: tamen uelut a ceruo quodam quæ dicuntur aleuant̃.Institit autem maxime ĩter/ rogando:atq̃ʒ exardescit oratio:quæ alioquin languescere uideretur si sic dixisset Tuus ille Tubero districtus gladius in acie pharsalica hoc agebat:& cum orator rebus sensu carentibus actum quẽdam de/ derit sublimen fecit sermonem audaci translatione:& cum nimis pre meret aduersarium acrimoniam ipsam moderatus est:cũ dixit nimis

Ciceronis so lertia

hermogenes Martianus

Quattuor ã plificationis genera

Incremẽtum

Cõparatio

Ratiociatio

Congeries

Ardẽs oratio

tractat orator. Dicam plane.C.Cæsar quod sentio. Si in hac tua tā ta fortuna lenitas tanta non esset:quam tu per te inq̄ obtines ītellige quid loquar.Emphasim hic esse Quītilianus tradit:præbetq; altiorē ītellectum q̄ quē uerba per se ipsa declarant:suppressaq; uoce tacuit illud:quod nihilominus accipimus:nō deesse hoīes qui ad crudelita tē illū impellerent. Tamen hoīs non esset in tāto discrimine & peri culo ciuis refellere & coarguere nostrū mendaciū: & si esset alicuius: eius certe nō esset:qui in eadē fortuna & causa fuisset. hac plasi argu mentatus Cicero inhumanos ualde Tuberones probat:si mēdacium pro salute ciuis dictum coarguere auderent.Genus hoc argumenta/ tionis nouus noster rhetor obsistentiam appellat: conatus ī linguam nostrā traducere:quod græce αντιπαραστασισ antiparastasis dici tur:quā argumentationē Quintilianus semper diuisionem nominat. Nā de coniecturali statu loquens sic scribit.Frequens est illa diuisio non est factū:& si est factum:ego non feci: Et rursum de precatione: Nam & diuisio frequens est:etiam si fecisset ignoscēdū fuisse.& alio loco.Itaq; uideas & diuisionē pro sententia poni. Et argumētū si tan tū in clausulæ calce pronūcietur occidisti uxorē ipse adulter:nō ferrē te etiā si repudiasses:diuisio est uis scire uenenū esse amatoriū uiue/ ret homo nisi illud bibisset. Argumentū est significare uidet his uer/ bis Quintilianus huiusmodi diuisionē probationibus atq; solutioni bus cōuenire. Ac primus aditus & postulatio Tuberonis hæc fuit: Velle se de.Q.Ligarii scelere dicere.Hic Trapezuntius sua illa uer borū copia inuentū suū extollit:īmo sane gestire mihi uidet: quādo solus præter cæteros qualis fuerit Tuberonū accusatio cognouerit. Inquit enim nō uerisimile uideri ita mente captos fuisse Tuberones: ut quod illi ipsi qui Cæsarē sequebant scelus nec putarent nec appel larent:id qui in eodē fuisse crimine putarent: scelus in altero prædi/ carent:non ergo ad cōmune pompeianorum factum id referebāt nisi credamus dementes fuisse Ciceronis aduersarios: quod quoniam fa ciundum non est:considerandum diligēter quid causa flagitet: quo modo Cicero defendat:quod ergo ad hanc partem attinet nec figuris contecta:nec aperta Tuberonis intentio mea quidem sententia in cō mune pompeianorum crimen ferebatur:sed figurata in latentem con iecturam aperta:q; missum eum a senatu ad prouinciam obtinēdam ui expulerit.At orator grauis cum recte singula prospiceret: ne con/ scius uideatur nihil dixit quo figuram subintellexisse uideatur: nec expulsos inde Tuberones:nec Ligarium Pompeianum fuisse negat: quoniam non erat integrum:uerum quoniam quod fecit Ligarius ut Pompeianus fecit:scelus in commune pompeianarum partium cri/ men abducit grauissime: & paulopost illud quoq; uehementer ani/

Emphasis

Diuisio

Quītilianus

Odiosa & in ania uerba

maduertendum quod cum diceret Tubero scelus Ligarii: quod se in Africam senatus auctoritate uenientem expulerit: idq; aduersus Cæsarem commissum subiiceret: separauit hæc Cicero: ac huic ultimo: quod occultum erat: quodq; intellexisse dissimulat coniectura ibi respondit: si fuissetis recepti Cæsari ne eam tradituri fuissetis? ante cõiecturam factum facto comparat: ut recriminari uideatur: suspicionem debilitet: & ad coniecturam aditum sibi præparet: ĩ hac parte ad commune: ut diximus reducitur: & diffinitione utitur: factum enim tam Ligarii q̃ pompeianorum conueniebat nomen facti: in controuersia erat id nomen facto Ligarii: quod ui expulerit a Tuberone attribuebatur: & ut facilius negari possit ad pompeianorum communem causam a Cicerone reducitur. Hic præceptor quo plura repetit: & rem magis explicare nititur: eo magis se implicat: & Ciceronis mẽtem odiosis ambagibus quodammodo obtenebrat: atque si paulo licentius loqui licet: nusquam magis egroti ueteris somnia: q̃ ĩ hac expositione contemplari possumus: quando nec sensum: nec uim aliquam Ciceronianæ eloquentiæ tanta uerba ostendant: sed cum rationibus quibusdam cõmenticiis nitatur: opus illi fuit ad tuenda quæ commentus est his uerborum ĩuolucris tanq̃ præstigiis uti. Vix ego quid hic sentiat: uel potius quid exponat intelligere possum: ut magis mihi uideatur figurate loqui interpres q̃ Cicero: nisi forte magis suis exquisitis figuris omnem oratiõis sensum atque uim peruertit: hoc solum elicere ex uerbis interpretis possum. Tuberones scelus appellasse factum Ligarii: quod prouinciam non tradiderat eis: qui illã cæsari tradituri fuerant eosq; repulisset: nec retulisse accusatores sceleris nomen: ad commune pompeianorum factum: sed priuatim ad id quod fecisset Ligarius: Ciceronem uero re aliter distincta: & conuerso criminationis ordine sceleris nomen ad pompeianos referre deinde per dissimulationem ostendere eos non fuisse tradituros prouinciã: & sic reum sceleris non fuisse Ligarium: qui Tuberones eiecisset. Interpretatio ista egregii rhetoris hoc significare mihi uidetur: hic ego id repetam: quod in principio dixi: concusso atque euerso primo: ut aiunt: fundamento: quod uitiosum sit: omnia facile corruere quæ super struxeris. Nam cum aliter aduersarii accusauerint: ut supra demonstratum est: quod hic dicit per se labascit: atque decidit: utpote nitens falso & impudenti mendacio. Et qui alios uelut mente captos incessit: hic certe nec mentem: nec cor habebat cum ista commentaretur. Et nisi indiligentissimus omnium fuisset: causam & hunc diuersæ partis aditum accuratius perscrutari debebat: sed dũ pertinacius tueri errorem suum uult: atque in eo laborat: ut ostendat in prĩcipio

ironiam non esse: sed simpliciter & serio prolatum esse nouum crimē inauditum: non potuit aliter sententiam suam uel leui: atque falsa aliqua ratione defendere: nisi hunc locum in peruersum aliquem sensum traxisset: quando orator factum extenuans: quod scelus alii dixerunt: id mitiore appellatione nominat: uelitq; eos: qui bellum ciuile gesserunt: crimine sceleris: furoris & paricidii īmunes fuisse: quod longe diuersissimum est ab eo: quod in principio exordii positū est: nisi per ironiam dictum intelligatur. Quare qui cupit ironiam quem admodum diuina sit intelligere: is conferat quæ in hac parte Cicero tractet: cum exordii propositione. At dicet aliquis. Quæro a te o Merula quid sit ꝙ in facto Ligarii Tuberones scelus dixerunt? Nam ꝙ is fuisset in parte diuersa armatus: & item quod cum iniuria Tuberonē repulisset: sceleris nomine prægrauari non debuit: quid igitur scelus appellarunt? hic fremant licet: si qui sunt Trapezuntii sectatores: hic quæcunq; solertia cesset: hic fateantur omnes cum Quintiliano necessarium esse diuersæ partis accusationem aliqua ex parte: ut ea fuit ad hæc intelligenda nouisse: quid tandem scelus uocant? Hoc uidelicet quod in principio diximus: Ligarium non pro Cn. Pompeio inter quem & Cæsarem dignitatis fuerit cōtentio: cum saluam uterq; rempub. uellet: sed pro Iuba atque Afris inimicissimis populi Romani stetisse: quod sane scelestissimum fuit in perniciem patriæ cum immani hoste sensisse. Sed sapientissimus Orator: cum exploratum haberet: ut alibi scribit: Cæsarem admodum iratum Africanæ rei fuisse: De Iuba & afris in totū reticuit: & quasi dissimulans rem preterit contendens arte summa probare pro Cn. Pompeio stetisse Ligarium: qui cum Cæsare de dignitate certarit: salua tamen republica: quod factū Cæsar ipse secessionem iudicauit: non odium: nec bellum hostile.

Quomō diuina ironia

Quid scelus ī accusatiōe

Præterea in Africa non fuisse certatum nisi de dignitate: quāuis iam cesus fuisset in ægypto Pompeius: quando in ipsa Africa Cato: Scipio Varus Labienus & Petreius reliquias Pompeianarum partiū fouerent: quorum opera atque consiliis afri non minus q̄ Ligarii incitati fuissent. Incidit autem hoc in loco quæstio de nomīe facti quod nulli præter Tuberones scelus appellauerūt: & ex locis diffinitiui status causam agit. Primum profert ex opinione hominum quæ fuerit appellatio huiusmodi facti: tum quid ipse Cicero sentiat de nomine atque ex eo quod Cæsar fecerit: qui aduersariis ignouerit: & multos seruauerit: sceleris nomen longe abesse docet: per locum item cōmunem: ubi ait liceat esse miseros: indignatur tantum sibi arrogare aduersarios: ut quo nomine uelint rem ipsam appellent. Postremo qd nominis Cæsar dederit intulit: Nam secessionem uocauit. Fatalis

Quæ appellatio facti

quædam calamitas, cui resisti non poterat: ergo si hoc erat in fatis consilia hominum facile uicta fuerunt: liceat esse miseros. Nam mortui: ut in Tusculanis quæstionibus lectum est miseri a quibusdā existimati sūt. Paricidii. quia cōtra patriā arma ferre paricidiū quodammodo est. A te contumeliam propulsare. quia uolebāt emuli Cæsaris ut illi succederetur ante tempus: utq; dimisso exercitu rationem redderet de iis quæ gessisset: triumphus quoq; negabatur: quas iniurias armis ulcisci uoluit. Secessionem tu illam existimasti. per appellationem Cæsaris probat non fuisse sceleratos: qui in bello ciuili certarūt: Erat autem secessio cum plebs a patribus discedebat: quin etiam senatusconsulta sæpe per discessionem fiebant. Secedentes enī de loco ad locum quid sentirent discessione significabant. Partim consiliis partim studiis. consilia ad pompeianos: studia ad Cæsarianos referenda tradit Trapezuntius: ut non rectis Pompei consiliis cæsar a se propulsandam contumeliam: & ad tuendum ius ac dignitatē suam insurrexisse uideatur: quæ distinctio hominis imperitissimi sane existimanda est: quando in utraq; parte & consilia & studia fuerīt quam rem in oratione pro Marco Marcello idem Cicero confirmat hæc dicens: diuersæ uoluntates ciuium fuerunt distractæq; sententiæ non enim consiliis solum & studiis: sed armis etiam & castris dissidebamus: ut uero in primo rhetorico legitur. Studium atque consilium in omni re gerenda concurrunt. Causa tunc quidem dubia erat ꝙ erat aliquid in utraq; parte quod probari posset: nunc melior est iudicanda quam dii adiuuerunt. Enthymema hoc Quintilianus ex consequentibus factum notat: ut habeat propositionem: coniunctamq; protinus probationem: ut sit propositio causa: tamē dubia probatio ꝙ erat aliquid in utraq; parte quod probari posset: & item propositio altera nunc melior ea iudicanda est: probatio quam dii adiuuerunt hinc traxit Lucanus ut diceret. Victrix causa deis placuit. Ex deorū uero auctoritate iustiorem Cæsaris partem probauit: Fecit autem īperfectum syllogismum. Sed ut omittam cōmunē causam omnium Pompeianorum: ueniamus ad nostram: hoc est Ligarii & Tuberonis Vtrū tamen tu existimas facilius fuisse Tubero Ligarium ex africa uenisse: an uos in Africam non uenire: hic diluere uidetur uel īfirmare quod Tubero dixerat ī se excusando: ꝙ iuuenis patri hæsisset: illū a senatu missum. Ergo cum dicerent Tuberones senatu iubente: se ī Africam fuisse profectos: non ad bellum: cuius rei causa remansisset in eadem prouincia Ligarius: sed ad frumentū coemendum: docet ab eodem senatu Orator missum fuisse Ligarium ante suspicionē belli: & tunc cum senatui parere oportebat. Contra Tuberones eo tempore

Secessio

Discessio

Studium

Enthymema

nauigasse ĩ Africã: cũ nemo cogeretur senatui parere: uel potius urbi appropinquãte Cæsare: nulla senatus auctoritas foret: hoc ĩ loco idẽ expositor hæc ingerit nimis ĩpudenter: iã profectiõis ad profectionẽ cõparatio ad Ligarii causam nihil affert: nec ita demẽtes Tuberones credẽdũ fuisse: ut profectionẽ accusarent: nec si fecissent Cæsar aures ei prebuisset: Quare relinquit̃: ut tãtus orator nuget̃: aut aliqd molliatur occultius. Primũ ĩsani est credere: uerũ est alterũ: quare is locus per subiectionẽ tractatur: cuius aperta intẽtio profectionũ cõparatio figuris obtẽta coniecturæ per locũ ex uoluntate refutatio. Nugat̃ nimis ridicule interpres: & utinam dum ista cõponeret paululũ subiectione & suis figuris relictis: ad historiam & negocium ipsum ꝑscrutandũ se cõuertisset: hoc si fecisset cõficti ab illo sensus: qui ꝑ se ipsos labãt: atq; explodunt̃: forsitan & starent & placerent. Ad rem ergo ueniamus. Facit hoc ad causam Ligarii: quẽ instantes aduersarii acrius premebant: cum dicerent iussu senatus in Africam: nõ ad bellum: sed rei frumentariæ causa missos: Sed Cicero quanta potest arte ostendere contendit: eos non tam ut reipub. satisfacerent petiisse Africam: q̃ ut bellum aduersus Cæsarem pararent: cum uero dixit recepti in ꝓuincia nõ sumus: quid si essetis Cæsari ne eam tradituri fuissetis: an contra Cæsarem retenturi: non ideo hoc subiunxit quod Tuberones clam dixissent se tradituros prouinciam Cæsari: sed magis ut ostendat inter se pugnare accusationem & querelã aduersariorũ: ut supra diximus: eosq; sensuros fuisse cum barbaris & reliquis põpeianis cõtra Cæsarem. Quod autem hic sit huius loci sensus paulo diligentiores deprehendere poterunt: sed nec eos proditionis ĩsimulat: ĩmo uero probat eos hoc nũq̃ sensisse: nec si sensissent efficere ullo pacto potuissent. Ad bellum contra hanc urbem gerendum. hic paulo manifestius Cicero significat obiectũ fuisse Ligario ꝙ bellum in patriam gessisset: quod ideo hic potius q̃ in alia parte dixit: quia commode & aptissime conuertit aduersariorũ telum in ipsos. Quod autẽ Cæsar existimarit eos: qui cũ Rege Iuba Scipione Catone & reliquis fuissẽt hostes patriæ aperte cognoscit̃ ex eo quod legitur in fine cõmentarii belli africani Nam Cæsar Zame auctione regis Iubæ bona uẽdidit: simulq; eorum qui ciues Romani contra populum Romanũ arma tulerant. Atq; tamen is Ligarius non fuit: Varus se imperium habere dicebat. hic transferre uidetur in Actium Varum crimen: ꝙ is Tuberones repulerit: & cum iniuria quod sic fuisse: ut supra dictum est in commentariis belli ciuilis legitur. Veniebatis igitur in africã prouinciam unam ex omnibus huic uictoriæ maxime infestã in qua

Hostes p̃riæ

Zama

Bona uẽdita

Rex erat potentissimus: Inimicus huic causæ. Quis esset hic Rex potentissimus: quid est quod Trapezuntius non exponat: an quia hoc nunquam didicit: an magis quia negligentissimus omnium sui temporis habitus est: tantũmodo contentus tomis Hermogenis non docere latinos homines: sed offucias ob eorum oculos immittere tentauit. Nam si diligẽtius de hoc Rege quæsiuisset: & cur hæc a Cicerone dicantur: nomenq; Regis supprimat: in turpissima errata non incidisset. Hic igitur Rex Iuba fuit Mauritaniæ dominus: cui ut in commentariis belli Africani traditur: malebant esse uectigales quidam Romani: q̃ cum ciuibus in patria in suis fortunis esse incolumes: tanta erat hominum dementia. Potentissimus autem quia pro contione dixerit tantam se auxiliorum multitudinem aduersariis suministraturum: ut etiam cedendo fatigati in ipsa uictoria uincerentur: atque a suis superarentur. Hic idem Rex ex prælio fugiens una cum Petreio cum a Zamensibus exclusus foret nec ei liberos & coniuges reddere uellẽt desperata salute cum iam conatus esset cum Petreio: ut per uirtutem interfecti esse uiderentur ferro inter se depugnarunt. Sed Iuba iunior imbeciliorem Petreium facile ferro consumpsit: deinde sibi cum conaretur gladio traiicere pectus neque posset precibus a seruo suo impetrauit ut se interficeret: idque obtinuit: huius filius fuit Iuba ille qui in historiis græcos & latinos ferme superauit: & quem Plutarchus ιστορικωτατοσ: hoc est historiarum scientissimum appellat: Atque noster Plinius in rebus naturalibus summum auctorem habet.

Iuba rex mauritaniæ

Cur iuba potentissimus

Mors iubæ & Petreii

Iuba histori/

Conuentus firmi atque magni. Conuentus hic intellige in quibus consul proconsul aut prætor iura in prouinciis dicebant: Vnde Cæsarem sæpe legimus in Italiam ex galliis ad conuentus peragendos esse profectum: Præterea prouincias quasdam in conuentus partitas fuisse memoriæ proditum est. Igitur & infesta prouincia: & Rex potens & conuentus firmi atque maximi restitissent: ne Cæsari tradita foret: quod cum ita sit receptus in prouinciam Tubero Iubæ quemadmodum reliqui adhæsisset aduersus Cæsarem pugnaturus.

Conuentus

Etiam prohibiti summa cum iniuria. hæc summa fuit iniuria ꝗ infirmum Tuberonem portu & aqua prohibuerit. Non autem ut fatuus expositor dictat cum summa iniuria reipublicæ non sibi temperat hac in parte ab insectandis latinis. Lacerat enim intemperanter eos qui tunc rhetoricam profiterentur: quos etiam bubulcis & agasonibus comparat: quippe qui opinati fuerint caput hoc accusationis esse quod Pompeianus fuisset Ligarius. Vellem profecto ut is homo: qui tam petulanter nostros insectetur aliquid priscorum

Iniuria in tuberonẽ

auctoritate nixus edidisset: quod uerum foret: ut cum tam audacter a Quintiliano dissentiat: sua ita cõfirmaret: ut non meras nugas effutiret: sed firmissimas quasdã rationes. quibus freti studiosi homines sibi persuadere possent: aliquid didicisse: & partes præceptoris nõ armati nugis: sed fortissimis rationibus tuerẽtur: qui post multa de cõiectura sua: quam ex hoc loco trahit disputata: hæc subdit latinorũ ignauiam exagitans: hinc manifestissime intentio aduersariorum figuris relata uideri potest. Quare qui nec per se id intelligere possunt nec aliis dicentibus credere uolunt: quasi tertii apud Hesiodũ ordĩs homines relinquendi essent: nisi eorum doctrina ne dicam ignorãtia: & temeritate tenera & inexperta multorum ĩgenia imbui uideremus: En quem censorem: si diis placet: latinæ litteræ & quem monitorẽ nostri iuuenes habuerunt: homo quẽ nescias utrum loquaciorem dixeris: an indiligentiorem: quiq; suis uanis & ĩterim falsis præceptis suũ sæculum contaminauit: tam arroganter de se loquitur in dedecus & ignominiam præceptorũ nostrorũ: qui uel ex hoc agasonũ & bubulcorum nomine dignissimi fuerunt ꝙ temerariã istã petulantiã non repressérint: tam latinæ rei q̃ bonis ĩgeniis opem laturi: iam satis ĩ hũc declamauimus cætera persequamur. Sed uide quæso constantiã ornatissimi uiri. L. Tuberonis. non redit corroborandum amplificandũq; Cicero argumentum. Sed illud in ipsos aduersarios reiicit: quo potissimum Ligarium urgebant: cæsarem inflamantes. Nã ꝙ Ligarius in partibus perstitisset: cũ ipsi utprimũ licuit Pompeiũ reliquissẽt: & Cæsarem iratum reddebat: ut diximus: & Ligariũ grauissime premebat. Sed egregius Orator callide & artificiose probat eos magis ꝑseuerasse in partibus: qui ĩhumana & graui contumelia a prouincia sua repulsi: non ad Cæsarem: sed in Macedoniam in Cn. Pompei castra uenerint: & armati in acie dimicauerint aduersus Cæsarẽ. Cõstantiam dicam nescio an melius patientiã. Correctio color: patiẽtiã uero dixit ad acceptã contumeliã: ac longiorem perseuerantiã respiciens. Est enĩ patientia (ut idẽ orator tradit) honestatis aut utilitatis causa rerum arduarũ ac difficiliũ uoluntaria ac diuturna perpessio. Perseuerãtia uero in ratione bene considerata stabilis ác perpetua ꝑmansio. Cũ crudelitate reiectus. nõ exprimit Cicero. quia nõ erat e re Ligarii quæ crudelitas fuerit: nos dicimus crudelitatem fuisse ꝙ portu & aqua prohibitus Tubero ne filium quidẽ egrotãtẽ ĩ terra exponere potuerit: q̃q̃ hoc Varo ascribere uidetur iterum crimen in illum transferens: comparatq; Varum ipsi Tuberoni: cuius conditionem & causam multo inferiorem causa Ligarii docet: exaugetq; perseuerantiam Tuberonum ꝙ Pompeio iniuriam illorum negligẽtiæ

Calliditas ciceronis

quid patiẽtia

quid perseuerãtia

feruentiores & magis pertinaces in bello fuerint: miroque artificio ac uariis figuris aduersarios exagitat: extollendo autem humanitatem Cæsaris: qui salutem inimicis dedit: beniuolentiam ab illo causæ suæ conciliauit. Nunc quæro utrum uestras iniurias ad reipublicæ persequamini. Complexio necessarii argumenti genus: & enim si probabilis est uincitur: si necessaria solui non potest: reipublicæ iniurias uidetur hic appellare quod ciuili dissidio: atque bello rempu. læserint. Sed cum ita perseuerauerint in bello Tuberones quemadmodum docuit: ut ipse Ligarius: si illis ignouit Cæsar: debet etiam Ligario ignoscere. Sin autem proprias iniurias ulcisci uolũt: hoc est quod Cæsar non ignoscat Ligario: qui eos repulerit ab Africa. Iniustũ est exigere a Cæsare: ut uindicet iniurias eorum: cum ipse suis inimicis & grauibus ueniam liberalissime dederit. Sumptus est autem huius argumenti locus a contrario: nam sunt contraria alienis inimicis iratũ esse. suis uero ignoscere: opponuntur enim alienus & suus: et item iratum esse atque ignoscere. Quicquid dixi ad unam summam referri uolo: uel humanitatis uel misericordiæ tuæ. Deprecatio hic incipit quæ eadem & conclusio est: non tamen sine specie defensionis: adhibet autem preces quæ multum patrocinantur causæ: Vtitur itẽ potius forma deliberatiuæ materiæ q̃ iudicialis: uelut suadens Cæsari: ut magis laudem humani & clementis q̃ uoluptatem ultionis concupiscat. Causas egi Cæsar multas & quidem tecum: dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum: Certe nunq̃ hoc modo ignoscite iudices errauit lapsus est non putauit: si unquam post hæc: & reliqua. Hac in parte Cicero ab iis non dissentit: qui negauerũt hoc genus causæ posse in iudicium uenire: habet autem locum tunc deprecatio: cũ in senatu & apud populum: & apud principem: & ubi locus est gratiæ atque clementiæ iuris. Nam ĩ iudiciis raro tractatur hic locus quod uidelicet iudices ipsi forma quadam pronunciandi teneantur: Sed quotiens deprecari oportebit tria in primis diligentius consideranda sunt: persona rei: eius qui cognoscit: & ea quæ extra ueniunt: ut nobilitas: dignitas: propinqui: amici: Ex quibus tribus uelut locis Cicero captare misericordiam studuit. Sed in reo maxime considerantur hæc. Si in uita præcedenti innocens uixerit: si benemeritus: si spes in futurum innocenter uicturi. Et in aliquo usu futuri. Præterea si uel aliis incommodis: uel præsenti periculo: uel pœnitentia uideatur satis pœnarum dedisse. In eo tamen qui cognoscit plurimum ponẽdum: si laus eum misericordis potius q̃ reprehensio dissoluti consecutura sit. Dic te Cæsar de facto Ligarii iudicem esse. Callide agit Cicero ut ostendat etiã apud iudices: qui ex præscripto

Cõplexio

Argumẽtũ a contrario

Deprecatio status

Locus deprecationis

Quæ ĩ deprecatione

Quæ in reo

Quæ in cognoscẽte

Ex difficilio re argumētū

Curiam Tertullianus

& formulis prōnūciant defendi posse Ligariū. Verū hanc defensionē libenter omittit apud Cæsarem qui magis paratus est ignoscere q̄ cognoscere. Ante bellum profectus relictus in pace bello oppressus in eo non acerbus fuit. innuit eum innocentem uixisse:& coactum in bella:ideo ueniam mereri:si ageretur hæc causa apud iudicem:apud quem hoc defensionis modo plerunq; reus liberatur. Temere feci poenitet: quāuis sub sua persona loquatur:tamen Ligario hæc ascribi possunt:& cum dixit poenitet significat penitentia satis poenarum dedisse. An sperandi Ligario causa non sit:cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi. argumentum ex difficiliore tractum:&enim difficilius est Ciceroni cui uenia data sit audere pro altero deprecari q̄ Ligario ueniam sperare: quibus uerbis late patere clementiam Cæsaris demonstrauit. Sed hoc quæso cōsidera quod soles:possum tibi fortissimos uiros sabinos & reliqua. hæc sunt quæ extra spectari solent:ostendit enim amplitudinē & nobilitatē eorum qui saluum Ligarium esse uelint. Horum omnium mesticiā & dolorem:mos erat ut quotiēs de capite & fortunis magni uiri agereť:ut propinqui & familiares atq; amici mesti & squalidi: dū causa agereť astarent. Aut tres Ligarii tibi in ciuitate retinendi sunt: aut tres exterminandi. quia non potest ex aliquo facto uel officio. Q. Ligarii illū benemeritum de Cæsare ostendere:personas fratrū:qui optīe de Cæsare promeriti fuerant pro ipso Ligario ponit:nā & hi & in primis T. ligarius cū quæstor urbanus foret dignitatē Cæsaris tutatus est. Similiter & alter ligarius studiosus cæsaris fuit:horū itaq; lachrymis fratrē donare debet:Instatq; maxime ut ex pietate fraterna & germanitate Cæsar moueať. Valeat uox illa tua. Scribit Suetonius denūciante Pompeio pro hostibus se habiturum qui reipublicæ defuissēt Cæsar medios & neutrius partis suorum sibi numero futuros pronūciauit. Quod si penitus prospicere posses concordiam ligariorum īmoratur in eo ualde ut doceat Ligarium sensurum fuisse pro Cæsare:nisi uelut tempestate quadam in Africam abreptus fuisset:hīcq; uenia dignum:qui uoluntate Cæsarianus fuit. Nuper in curia restituto Marco Marcello. exemplo Marcelli: in quo restituendo maximam laudem consecutus est:rogat Cæsarem ut Ligarium restituat. In curia. curiam accipit pro senatu: sic & apud Liuium & Plinium curiam pro senatu accipi uidemus. Et Tertullianus in apollogetico:quæ proprie curia dicatur his uerbis declarat:cum probi cum boni coeunt:cū pii cū casti congregātur:non est factio dicenda curia. Noli du. Cæ. si. illi glo. lau. sæpissi. quærere. mouet ex eo q̄ supra dixius Cæ. ut appetat eā laudē: quā de misericordia clemētissius pri

ceps consequi solet. Nihil tam populare q̄ bonitas. populare acci/pe pro eo quod sit gratum populo. inde popularitas gratia in popu/lo: apud hunc & Liuium popularis tyrannico opponitur: & tyrannidi popularitas.

Popularis
Popularitas

Sed ne a Pediani more in his ānotationibus discedamus: Tubero nō obtinuit: Vt Pomponius tradit. Sed post accusationem ab agendis causis ad ius ciuile scribendum transiit. Cæterum Leonardus Areti/nus in sui Ciceronis uita tradit Cæsarem dictatorem ita animatum fuisse in Ligarium: ut eum pro condemnato haberet: quem quom Ci cero defensurus uenisset: ita ad amicos Cæsar dixit: Reum quidem damnare certissimum est: nihil tamen prohibet Ciceronem audire. Sed mox agente causam Oratore propositum illud damnandi tene/re non potuit: & ubi Cicero dixit conuersus in accusatorem. Quid n. Tubero ille tuus districtus in acie pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro petebat? quis erat sensus armorū tuorum? quæ tua mēs? oculi: ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? hac orationis acri monia Cæsarem extra se ita positum: & quasi mente alienatum fe/runt: ut toto corpore excusso libellos quos manu tenebat abiiceret. Denique ui coactus contra propositum animi reū absoluit: hæc Leo nardus quæ: ut ego uix credam: faciunt ea quæ in Ciceronis epistola leguntur quam menses ferme decem posteaq̄ dicta fuit oratio Liga rio scripsit Cicero: & sunt hæc. Ego idem tamen cum ad. ii. cal. inter/calares priores rogatu fratrum tuorum uenissem mane ad Cæsarem atq; omnem adeundi & conueniendi illius indignitatem & molestiā pertulissem: cū fratres & propinqui tui iacerent ad pedes: & ego essem locutus quæ causa: quæ tempus tuum postulabat: non solum ex ora tione Cæsaris: quæ sane mollis & liberalis fuit: sed etiam ex oculis & uultu: ex multis præterea signis: quæ facilius potui perspicere q̄ scri/bere: hanc in opinionē discessi: ut mihi tua salus dubia nō esset. Quā obrem fac animo magno fortiq; sis & si turbidissima sapiēter ferebas tranquilliora læte feras. Ego tamen tuis rebus sic adero: ut difficilli/mis: neq; Cæsari solum: sed etiam amicis eius omnibus: quos mihi a micissimos esse cognoui pro te sicut adhuc feci libentissime supplica bo: Per hæc Cicero significat tātū orōnē Cæsaris mollē & liberalē fu isse. Præterea se opinari salutē Ligarii nō dubiā: & tamē ad animi for titudinem eum hortatur: seque pollicetur non solum Cæsari: sed etiā amicis eius libentissime pro Ligario supplicaturum: quæ non scribe ret si post dictam orationem reum statim absoluisset. Sed cū dixeri/mus decem menses posteaq̄ pro causa Ligarii Orator loquutus fuit supradictam epistolam scripsisse Ciceronem: Ne sit qui putet me hæc confinxisse: Declarandum est cur scribat ad. ii. calen. interca/

Leonardus Aretinus

Ex epistola Ciceronis

lares priores cum ueniſſem: ſimul etiam quædam altius repetenda & diligentius explicanda de intercalatione dierum: quã q̄ de ea Plutarchus: Solinus: et q; Macrobius accurate multa ſcripſerint. De conſtitutione & ordine annorum ſcribenti illud in primis præfandum eſſe arbitror: duplicem eſſe anni obſeruationem: aut enim naturalis dicitur annus ad curſum lunæ: & prout ſolſtitialis orbis circũagitur in menſes deſcriptus: aut prout ciuitas quæq; & gens ãnuũ ſuũ ſtatuit. Ergo ut prior uertẽs & ſolſtitialis: ita ſecundus ciuilis appellatus eſt: Sed & magnus annus a priſcis dictus fuit: de cuius magnitudine nõ minus gentes & populi uaria ſtatuerunt: q̄ auctores ipſi inter ſe deſidẽt: de quo diuerſa legimus. Fuerunt enim qui ex duobus uertẽtibus annis ſimul iunctis annum magnum uocarent: idq; tempus trieterida appellabant: q; tertio quoq; anno intercalabatur: q̄uis biẽnii circuitus eſſet: & reuera dieteris eſt: hoc eſt tempus duorũ annorũ: Vnde myſteria quæ alternis fiunt annis trieterica a poetis dicuntur. Fuere qui penteeterida magnum annũ nominarent: & cõmodius: nã tunc confectũ eſt quadriẽniũ die perfecta ex quattuor quadrantibus: quã rẽ græci obſeruãtes quinto quoq; anno redeunte ioui olympio ĩ elide agonem celebrabant: & Romani certamen capitolinum quĩto quoq; anno faciebãt. Eudoxus quoq; gnidius ãnũ magnũ octo ãnorũ inſtituit: & octoeterida appellauit: ad quam Eudoxi inſtitutionem cæſar dixit apud Lucanum. Nec meus eudoxi uincetur faſtibus annus.

Proxime hanc magnitudinẽ eſt dodecateris ex annis uertẽtibus duodecim: huic anno chaldaico nomen eſt: quem genetliaci: non ad ſolis lunæq; curſus: ſed ad obſeruationes alias habent accõmodatũ: q; ĩ eo dicunt tempeſtates: frugũq; prouentus: ac ſterilitates morboſq; circuire. Præterea eſt annus magnus: qui metonicus dicitur: quem meton Athenienſis: uel ut alii laconicus ex annis undeuiginti cõſtituit eoq; eneateteris appellatur: & intercalabatur ſepties: inque eo anno ſunt dierum ſex milia. dcccclx. huius metonis & anni meminit Ariſtophanes in fabula: quæ inſcribitur ορνιθεσ: hoc eſt aues. Et noſter Cicero ad Atticum hæc ſcribens. Dic quis erit cui credam: aut quando ipſe metonis annus ueniet? Columella quoq; tam Eudoxi q̄ metonis mẽtionẽ facit his uerbis. Verũ ĩ hac ruris diſciplĩa ſequor nũc Eudoxi & metonis antiquorumq; faſtus aſtrologorum: qui ſunt aptati publicis ſacrificiis. Sed ut Græci maxime notandis temporibus: ut Euſebius Pamphili & Cenſorinus auctores ſunt: penteteridas obſeruarunt: ideſt quaternũ annorũ circuitus: quas uocãt olympiadas: ita idẽ tempus anni magni romanis fuit: quod luſtrũ appellabãt: id qdẽ a Seruio tullio ĩſtitutũ: ut quĩto quoq; ãno cẽſu ciuiũ hĩto luſtrũ cõderet: & hactenus de magnis ãnis. Iã de uertẽtibus aliqd dicẽdũ eſt.

Magnus ãnus
Dieteris
Trieterica
Penteteris
Agon olympicus
Certamen capitolinum
Eudoxus
Cæſar
Lucanus
Metonicus annus
Meton
Cicero
Columella
Olympias
Luſtrum

annus uertens est natura: dũ sol percurrẽs.xii. signa: eodẽ unde profe ctus est rediit: de quo itẽ ex Vitruuii snĩa quædã diximus in illud Iuuenalis: Et cũ se uerterit ãnus. Sed hic ãnus quot dierũ esset ad cer tum nondũ Astrologi ĩuenire potuerunt: quorũ opiniones recensere supsedeo: cũ de his copiose tractẽt Macrobius & Cẽsorinus: quo au/ ctore potissimũ ĩ hac disputatiõe nitimur: Gẽtes uero & populi q̃uis multũ ĩter se discreparẽt ĩ ciuili ãno statuendo: tñ hoc ꝓpositũ oĩbus fuit suos ciuiles ãnos uarie ĩtercalãdis mẽsibus ad unũ illũ uerũ na/ turalẽq; corrigere. Omissis autẽ aliarũ gẽtiũ ãnis: de romanorũ anno dicẽdũ uidet. Annũ uertẽtẽ ex romuli ĩstitutiõe primũ decẽ mẽsiũ fu isse ĩter oẽs cõuenit. Postea Numa Põpilius.xii. mẽsiũ annũ fecit: q̃q̃ hoc alii tarqnio ascribãt: q cõtĩeret dies.ccclv. q̃uis luna.xii. suis mẽ sibus.cccliiii. dies uidebat explere. Sed dies unus abũdauit: ut multi putãt p ĩprudẽtiã: aut ea supstitione qua ĩpar numerus plenus & ma gis faustus hr: sed ut ciuilis ãnus ad naturalẽ exæquaret intercalariũ mẽsem.xxii. uel.xxiii. dierũ alternis ãnis addi placuit: & potissimũ in mẽse Februario: ĩter terminalia & regifugiũ ĩtercalatũ est: negocium uero intercalãdi põtificibus datũ fuit: eorũq; arbitrio ĩtercalãdi rõ p missa: sed & põtifices: uel p odiũ: ut quis magistratu citius abiret diu tiusq; alius fũgeret: aut publici redemptores ãni magnitudĩe ĩ lucro dãno ue essent: ex libidĩe ĩtercalãtes maxĩe aberrarunt. C. uero cæsar põtifex maximus suo tertio &. M. æmilii lepidi consulatu quo retro delictum corrigeret. duos mẽses ĩtercalares dierũ.lxiiii. in mẽsem no uẽbrẽ & decẽbrẽ interposuit: cum iã mense Februario dies tres &.xx. ĩ tercalasset: fecitq; eum ãnum dierum.ccccxlv. simul prouidens in fu turum ne iterum erraretur: nam intercalario mense sublato ãnum ci uilem ad solis cursum formauit: atq; diebus.ccclv. addidit.x. quos p septẽ menses distribuit: instituitq; ut pacto quadriẽnii circuitu: dies unus ubi mẽsis quondam solebat post terminalia intercalaret: quod bissextum uocatur: quam Cæsaris institutionem etiam apud Sueto nium legimus. Ex his igitur lõgius forsan repetitis: & copiose tracta/ tis colligimus romanos primum solitos fuisse alternis ãnis mẽsẽ ĩter calare post terminalia: qui mensis mõ ex.xxii. modo ex.xxiii. diebus cõstabat: cui mẽsi subiungebãtur dies qui erant quinq; februarii mẽ/ sis ante calẽdas martias: eo igit ãno quo bis: ut supra diximus ex cõ/ stitutiõe Cæsaris ĩtercalatum fuit: Cicero Ligarium defẽdit: Quare calẽdas ĩtercalares priores ĩtelligere debemus calẽdas ĩtercalaris mẽ sis: quẽ cæsar ex cõsuetudĩe mẽse februario ĩter termĩalia & regifu/ giũ ĩtercalasset: dixitq; priores ad drĩam calẽdarũ duorũ mẽsiũ q po stea ĩtercalati fuerũt: nisi forte priores calẽdas accipe uoluerĩus eius mẽsis qui e duobus prior ĩtercalatus fuit. q si sic accipimus epistola

Annus uer/ tẽs

Macrobius Censorinus

Annus roma norum

Cæsar consti tuit ãnũ & bis intercalauit

illa p mẽſẽ ſaltẽ Ligario miſſa fuit: poſteaq̃ Cicero ꝑ eo orauit. Sed utrũlibet priores calẽdas ĩtercalares ĩtellexerimus: ſtatĩ cæſar ligario nõ ignouit: nec orõ Ciceronis adeo efficax fuit: ut Cæſare attonito & in ſtuporẽ cõuerſo ſalutẽ reo ĩpetrarit: & quia intercalarẽ mẽſẽ: & itẽ diẽ ſæpe noĩamus hoc addimus latinos intercalares dies & mẽſes appellare: quos græci εμβολιμοισ appellãt: uel ut alii εμβολισμοισ: & latine põt interpretari ĩteriectus. Vnde Biſſextus.

Biſſextus uero dicit̃: quia quĩto quoq; ãno Februarius hẽt duos dies qui uno noĩe appellãt̃ ſexto calẽdas martias: quã rẽ Celſus ĩ uerboꝝ ſignificatiõe his uerbis notat: Cũ Biſſextus calẽdis ẽ: nihil refert utrũ priore die an poſteriore die quis natus ſit: & ſic deĩceps ſexto calẽdas eius natalis dies eſt: nã id biduũ ꝑ uno die habet̃: ſed poſterior dies ĩtercalat̃ nõ prior: ideo quo ãno intercalatũ nõ eſt. vi. calẽdas natus cũ biſſextus calẽdis eſt priorẽ diẽ natalẽ hẽt. Cato putat mẽſẽ itercalarẽ additiciũ eſſe: oẽſq; dies eius ꝑ momẽto tẽporis obſeruat̃: extremoq; diei mẽſis februarii tribuit. Q. Mutius. Mẽſis autẽ ĩtercalaris cõſtat ex diebus. xxxix. Hæc prudẽtiſſimi atq; eruditiſſimi iuriſcõſulti uerba ĩerudite & nimis ridicule ĩterp̃tat̃ Acurſius: adeo enĩ ĩpudenter & temere de calẽdis idibus: nonis: & ĩtercalatiõe loquit̃: ut refelli nõ me reat̃. Sed quia Catonẽ & Q. Mutiũ duo ſtulta dixiſſe is ĩterpretat̃: de ĩtercalari mẽſe exponẽda ſũt iuriſcõſulti uerba: ut oſtẽdamus Catonẽ & Mutiũ recte ſenſiſſe: & Celſũ adduxiſſe Catonis & Mutii ſententiã ĩ cõfirmationẽ eius: ꝙ dixit biduũ id ꝑ uno die hñi. Eſt. n. quæſtio talis: utrũ is qui ſexto calẽdas martias eo menſe natus ſit: quo intercalat̃ dies: ſiue priore die: ſiue poſteriore die natus ſit: deĩceps hoc eſt ĩ ſequẽtibus ãnis hẽat diẽ natalẽ. vi. calẽdas martias: & ſentit. vi. calendas martias diẽ natalẽ cenſeri: ꝙ. ſ. id biduũ ꝑ uno die habeatur. Aſt hoc paulo durius uidet̃: ut qui. xxv. die februarii quotiens intercalat̃ natus ſit ſequentibus ãnis diẽ natalẽ hẽat. xxiiii. Sed hoc recipi põt: quoniã biduũ illud ꝑ uno die habet̃. Qui uero ãno quo ĩtercalatũ non eſt naſcit̃ priorẽ diẽ hẽt natalẽ: hoc eſt. xxiiii. At dicet quiſpiã: Ergo nulla uis eſt ĩtercalati diei? nempe nulla. Nã & Cato orator ſũmus priuſq̃ Cæſar ĩtercalaret quarto quoq; ãno diẽ unũ: menſẽ illũ: de quo ſupra diximus: quem alternis ãnis Romani ĩtercalabãt: additiciũ & ꝑ momẽto temporis obſeruabat: quia erat ĩ arbitrio põtificũ. Sed. Q. Mutius Sceuola iuriſconſultiſſimus hoc amplius qui. xxii. dies ĩtercalaris mẽſis Februario attribuebat hac rõne: quia poſt ĩtercalatũ menſẽ quinq; dies reſtabãt ante calẽdas martias: qui februarii dicebantur. Puto mendam eſſe cum ſubdit Celſus: menſis autem intercalaris conſtat ex diebus. xxxix. quando ut ſupra demõſtrauimus menſis ille intercalaris nunc eſſet. xxii. nunc. xxiii. dierum.

Celſus

Georgius Merula Alexandrinus Statielensis Dominico Sanuto Patricio Veneto Salutem.

e Xponenti mihi superiore anno discipulis nostris eam Cicero/nis epistolā:quæ ad Lentulū Spintherem de Alexādrino Rege in regnum restituēdo scribitur:Etsi argumentū & summam negocii Strabone potissimum fretus:copiose exposuisse uiderer. Tu tamen tria dixisti cumulatius explanari per nos oportuisse: hoc est cur Re/gno Ptolemæus pulsus Romam concessisset: postulans a senatu po puloq romano ut in regnū reduceretur. Tum autem cum dicat. Res agitur per eosdem creditores:per quos cum tu aderas agebatur. Cre/ditores ne an potius competitores:ut quidam codices habent legēdū foret. Et qui pecuniam Regi credidissent. Postremo Sibyllæ sortem: quæ in causa regia non parui momenti erat:haud satis aperte expli/catam a me fuisse:q̄q̄ Lucanum secutus qui hæc scribat.

Haud equidem īmerito cumanæ carmine uatis
Cautum ne nili pelusia tangeret ora
Hesperius miles ripasq æstate tumentes.

Dixissem in uersibus Sibyllinis cōtineri miles romane ægyptū caue. quo tuo liberali & non ineruditi hominis sermone motus: quotiēs hi storiam illo℞ temporū legerem:curiose omnia perquirens:atq obser uans:quæ ad id:quod a me quæsiuisses ītelligendū pertineret: apud Dionem rerum Romanarū scriptorem uberem atq facūdū causam Alexandrini Regis:ut in senatu tractata fuit inueni: simulq collatis nostrorū scriptorū & græcorū historiis rem ipsam me assecutum tibi dixi. Tunc diligentiā nostrā laudans:simulq iis gratulatus qui stu/diosi epistolarum ad Lentulum sunt:aliud per me exponi uoluisti:ī quo me quādoq dubitare uidisti:īmo ingenue cōfiteri incōpertum illud nobis esse:hoc est quid senserit Liuius:ubi in primo ab urbe cō dita classes atq centurias a Seruio Tullio pro habitu pecuniarū in/stitutas describit:hoc subiūgens. Hæc omnia in dites a pauperibus ī clinata onera:deinde est honos additus:non enim ut ab Romulo tra ditum cæteri seruauerant reges uiritim suffragium eodēq iure pro/miscue omnibus datum est. Sed gradus facti ut neq exclusus quisq̄ suffragio uideret̄:& uis oīs penes primores ciuitatis esset. Perobscu/rum enim est quomodo nullus suffragio excluderet̄: & uis oīs penes primores ciuitatis esset. Hanc perdifficilē quæstionē cū sollicitissime īuestigarē ex Dionysii Alicarnasei antiquitatū libris: quod uix fieri posse: putabam quo pacto fieret cognoui. Soluitur igitur pulcherri/ma ad agnitionem Romanæ historiæ quæstio de Centuriatis & Cu/riatis comitiis. Sed ne te longius Sanute prefatione remorer: ad Ale/

xandrinum negocium: in quo maxime Cicero laborabat Lentulo gratiam relaturus accedemus. Vale.

a Egyptiorum Reges a Ptolemæo Lagi filio: qui primus Alexandro successit Ptolemæi appellati sunt: quorũ noĩa atq; ex moribus indita cognomina: cũ apud scriptores græcos leguntur: tum ex ordine successionis in ultimo geographiæ libro a Strabone cõmemorantur. Auletes uero ultimus Ptolemæorum flagitiosus traditur utpote qui choraulam exercuerit: atq; in regia certamina celebrarit: ad quæ & ipse cum aliis concertaturus pdibat. huius frater fuit Ptolemæus alter: cui cyprus in ditionẽ concesserat: Vt idẽ Strabo refert. Hic cum aduersus Romanos bene de se meritos ingratũ se preberet: sublatus & ipse est. Insula uero a Romanis occupata fuit. Sed Auletes ad stabiliẽdũ regnũ pecunias quibusdã romanorũ proprias & mutuo acceptas: ut amicus & socius romanorũ appellaretur ĩpendit: quas postea quom ab ægyptiis per uim exigeret: molestus ciuibus erat: tũ propter hoc: tũ etiã q a romanis Cyprum repetere nolebat: quã rem Alexandrini iubebant: uel repudiata romanorũ amicitia & societate. Ergo cum nec eos ut quiescerent persuasisset: nec posset per uim cogere (peregrinũ enim exercitũ non habebat) Romã ex ægypto pfugit accusauitq; ægyptios q eum regno expulissent. Contigit autẽ ut de eo reducendo ageretur Lentulo Spinthere consule: cui cilicia mãdata fuerat. Interea Alexandrini dum ignorarent regem ĩ Italiã uenisse quẽ mortuũ existimabant: Beronicẽ illius filiã in regno constituerũt quæ primũ Cybiosactẽ maritũ cæpit: hunc diebus paucis eiecit: cum eius ignobilitatẽ illiberalitatẽq; pati non posset. Pro illo alius uenit q & ipse se archelaum Mitridatis filium simulabat qui Archelai quidẽ filius erat: eius qui contra Syllam bellũ gessit. Rex autẽ Ptolemæus Romam profectus a Pompeio suscipitur & senatui cõmendatur: hoc cum Alexandrini resciuissent: Centũ oratores romam miserunt: qui responderent criminibus quibus a rege accusarentur: recriminarentq; illum de ui & iniuria quibus eos affecisset: quo precognito quis Romæ esset: legatis rex insidiatus est: subsessoribusque alio atq; alio dimissis ĩ itinere multos eorum priusq̃ romã uenirent interfecit: quosdam in urbe ipsa tolli curauit: alios perterrefaciens: uel pecuniis corrumpens persuasit: ut neq; conuenirent: & colloquerentur magistratus de iis p quibus missi fuerãt: neq; in totũ ullã memoriã de cede aliorũ facerent: quod negocium occultum fuit. Senatus autẽ grauiter rẽ tulit causam eorũ acerrime Marco Fauonio alio agẽte modo. Nã multi legati sociorũ Romam missi per uim perditi fuerant. Præterea non pauci romanorum dona acceperant: qui non permitterent Dionẽ qui

Ptolemæus Auletes

Pellitur Ptolemæus ægypto

Beronice Cybiosactes

Archelaus

.C. oratores

unus erat legatorũ in senatum ingredi: neq; mentionẽ ullã de cede le/
gatorũ quousq; is adesset facere. Ceso uero per dolũ Dione: neq; de
eo pœnam Rex dedit. At cũ Pompeius ut supra diximus regẽ domi
suscepisset: illum hoc facto admodũ subleuauit: cũ plurimi autẽ inde
accusarentur: pauci admodum conuicti fuere: tãtũ acceptio munerũ
poterat: ut se inuicẽ ob propriũ quisq; periculũ iuuarent & hæc quidẽ
pecuniarũ gratia mortales faciebant. Sed principio insequentis anni
iouis simulacro: quod in labano erectũ erat fulmĩe icto: per aliquod
tẽpus reductio Ptolemæi repressa est: simul etiã q sibyllinos uersus
adeuntes hoc ascriptũ ĩuenere. Si ægypti Rex auxilio quodã ĩdigẽs
uenerit: eius amicitiã ne abnueritis: sed illũ quidẽ cũ multitudine ne
iuueritis: quod si aliter factũ fuerit: labores & pericula habebitis: Ex
hoc conuenientiã uersuũ: ad ea quæ tunc gererentur: admirãtes: quæ
cunq; prius decreuissent rescidere. C. Catoni tr. pl. in primis obtẽperã
tes: per quẽ sibyllinorũ uersuũ sententia in publicũ uenerat. Nã cum
non liceret quicq̃ sibyllinorũ uersuũ: nisi prius senatus decreuisset in
uulgus enũtiare. Cato ueritus ne sibyllæ sors occultaret: sacerdotes
coegit priusq̃ responsum a senatu acciperent: oraculum sibyllæ ape/
rire. Post hæc uero cum sententiæ in senatu dicerent: censerentq; qui
dam reditũ regis Lentulo Spintheri: sed sine exercitu: alii uero rẽ de/
ferrent Põpeio: ut eũ cũ duobus lictoribus reduceret. Ptolemæus co/
gnita Sibyllæ sentẽtia rogauit ut per Põpeiũ reduceretur. Plutarchus
uero Canidiũ tradit rogationẽ ad tribunos plebis tulisse: ut Põpeius
sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæũ cũ Alexandrinis cõ/
ciliandũ destinaret: cui rei nõ grauiter hæsisse uisus est Põpeius. sed
senatus id omisit causa honeste reddita q uiro timeret: simul etiã q
eo ad rẽ frumẽtariã uti uellet: q̃q̃ ut iidẽ historici hoc est Dion & Plu
tarchus tradũt: Lentulus spinther etiam consul maxime laborasse: ut
præfectura anonæ Põpeio mandaret: tradita illi omni potestate ter/
rarũ & maris quæ Romano populo parerent: hoc autẽ fecit Spinther
ut ad maiorẽ magistratũ põpeio promoto: ipse ad Regẽ Ptolemæum
auxilio mitteret. Aulus Plaucius in collegio tribunorũ recitauit lr̃as
quibus notabat Ptolemæũ orare: ut pro Spinthere Põpeius mitteret.
Cũ uarias autẽ & discidentes senatorũ sententias Ptolemæus cogno/
uisset: desperato reditu ephesum cõcessit apud deã uicturus. Posteã
uero q̃q̃ romani auxiliũ abnegassẽt: & grauiter eius largitiões ferrẽt:
reductus est & regnũ recuperauit. Hoc autẽ fecerũt Põpeius atq; Ga
binius: tãtũ enĩ potẽtia & pecuniæ tunc ualuerũt: ut præter populi uo
luntatẽ & senatus decreta Põpeius Gabinio scripserit: quẽ Syriæ cum
exercitu præfecerat: ut Regẽ reduceret: nihil enĩ curarũt alter mune/
ribus: alter uero gratia de Sibyllinis uersibus. Reus deinde Gabinius

Sors Sibyllæ

Iussu Põpeii
p Gabinium
Ptolem. redu
citur

factus est:sed cõuinci nõ potuit tũ Põpeii:tum pecũniarũ gratia:Sed cũ legamus Catonẽ Rhodi cũ esset atq; respõsum Ptolemæi Cyprii expectaret:altero Ptolemæo a ciuibus tũc pulso & relicta Alexãdria Romã nauigãti ea spe ut Põpeii & Cæsaris armis in regnũ reduceret: cõsiliũ optimũ dedisse ut domũ rediret:& cũ suis ciuibus pacaret: du bitabit aliquis cur Dion tradat Alexãdrinos egre tulisse Ptolemæũ pati Cyprũ occupari a Romanis cũ Rex ipse uiueret:& insulã in po/ testate haberet Illud addimus q̃tũ tẽpora supputare potuimus:cum Alexãdrini de Rege eiiciẽdo cõsilia inirẽt:tũc.P.Claudiũ pulchrum qui auctor fuit tollẽdi Ptolemæi:in piratas incidisse:regemq; rogasse ut se redimeret.Sed preciũ pexiguũ Rex misit adeo ut piratæ id exci pere erubescerẽt.Remissa igit̃ Regi pecunia:& dimisso Claudio sine precio:tribunus deinde plebis creatus Claudius euicit ut.M.Cato in Cyprũ mitteret̃:eã ab Rege ablaturus. Sed Ptolemæus re intellecta priusq̃ ille aduentasset:seipsũ interemit.Cato insulã accepit:& Regis opes uenũdedit pecunia omni in publicũ ærariũ relata :quod Luca/ nus significat cũ dicit. Quod cato longinqua uexit sup æquora cy pro.Ergo cũ iussu populi mitteret̃ Cato ad pecuniã accipiendã satis Cyprus romanorũ ĩperio parebat:cũ indignitate regni ægyptiorũ:iu req; Alexãdrini iniquo aĩo ferebãt iã insulã cui per multos ãnos Pto/ lemæi ĩperauerãt in romanorũ iura cedere.Suetonius quoq; signifi/ cat post initã cũ po.ro.societatẽ Ptolemæũ Alexãdria pulsum.Nam Cæsar laborabat ut sibi ægyptus puincia plebiscito daret̃:nactus ex/ traordinarii ĩperii occasionẽ q̃ Alexãdrini Regẽ suũ sociũ atq; ami cum a senatu appellatũ expulerãt.Igitur ut socius atq; amicus ro po puli Ptolemæus a senatu reduci postulabat:nec sine causa atq; iniu/ ste senatus de eo reducẽdo tractauit:quã rẽ primũ a me Sanute quæ siuisti:quæ autẽ foret uersuũ sibyllinorũ sentẽtia satis supra demon strauimus.Restat ut exponamus atq; cõprobemus creditores legẽdũ esse nõ cõpetitores. Sed hoc subiecta Ciceronis uerba ad.Q.fratrẽ cõfirmabũt.Creditores uero Regis aperte pecunias suppeditãt cõtra Lentulũ:sine dubio res a Lentuli remota uidetur esse cũ magno meo dolore:q̃q̃ multa feci.Sed ualde miror cur Domicius exponens illud Iuuenalis. Ipsi magna sonant:sed tunc cum creditor audit Præcipue Inquit eum creditor qui pecuniam credit debitori. Creditor item cu ius pecunia aliquid aliud agit ut hoc loco & apud Ciceronẽ Res agit̃ per eosdẽ creditores.nugatoris plane hoĩs uerba: quæ nec coarguẽda sunt:Nam quid aliud aliquid creditorũ pecũnia aduersus Lẽtulum ageret nõ intelligo:Sed qui pecuniã Regi crediderint:quod & tu quæ rẽdũ existimasti nihil equidẽ quod ex historia habeat̃ inueni præter q̃ ea quæ de rabirio posthumo Cicero scribit: is enim grãdẽ pecuniã

clodius a pir ratis capitur

.M.Cato

In romanorũ iura Cyprus

Ex oratione Ciceronis

regibus Alexadrinis crediderat: pulsus interea regno Ptolomæus dolosis consiliis: ut dixit Sibylla postq̄ sensit posthumus romam uenit Huic egenti & roganti hic infelix pecuniā credidit: nec tamen primum Nā regnanti crediderat absens: nec temere se credēdū putabat: quod erat nemini dubiū: quin is in regnū restitueret a senatu populoq; ro: in dando autē & credēdo processit longius: nec suā solū pecuniā credidit: sed etiā amicorū: stulte quis negat aut quis nō admonet: q; male cecidit bene consultū putaret id est difficile: quod cū spem magnā sis ingressus: id nō exequi usq; ad extremum supplex erat Rex multa rogabat oīa pollicebat: ut iam metuere posthumus cogeret: ne quod crediderat perderet: si credere cōstituisset modū: nihil autē erat Rege illo blandius: nihil hoc benignius ut magis pœniteret cœpisse q̄ desistere liceret. Per hæc Ciceronis uerba cōstat Rabiriū suā & amicorū pecuniā regi & in ægypto & postq̄ pulsus regno fuit credidisse: quod cōuenit cū eo quod dion scribit Regē dū regnaret romanis quibusdā pecunias stabiliēdi regni gratia mutuo acceptas impēdisse. Quod autem largitione regia multi corrupti fuissent: & supra ex Dione demōstrauimus: & Cicero idē significat hæc subiūgens: hinc primū exorit crimen illud senatū corruptū esse dicūt: docetq; Cicero ad sūptū itineris: ad magnificētiā apparatus comitatūq; regiū suppeditatā pecuniā a posthumo fuisse. Ergo ausim ego affirmare creditores regios q Lentulū pecunia oppugnarent nō alios fuisse q̄ Rabiriū & eius amicos: qui pecunias regi crediderāt. Hic suborit alia dubitatio: si rex romam uenerat: Cur scribit Cicero Amoniū regis legatū aperte Lētuli partes pecunia oppugnare: respōdemus Regē ut supra demōstratum est in consulatu Lentuli Spintheris & Q. Merelli nepotis Romam uenisse. Illiq; nō inimico po. ro. senatū datū: post uero cū uaria decernerentur ephesum concessisse: & aut Romæ legatū Amoniū reliqsse aut ex Asia misisse ad procurādā in regnū restitutionē. Scribit ī eadē oratiōe idem Cicero Rabirium posteaq̄ rex a Gabinio reductus fuit in ægypto mansisse: ut pecuniā exigeret etiā infra dignitatē Romani nominis. Lentulus uero cōsulatu functus in prouinciā ciliciā: quæ ei mandata fuerat concessit: ex qua facilis erat in ægyptum transitus: & cōmode potuisset: siue cū exercitu: siue sine exercitu Regē deducere. Quare in rege per se reducendo multū per amicos laborabat: & de creditoribus quidē regiis abūde ut arbitror dictū est. Ad cætera iā transeamus de uerbis Liuii Liuianum illud in quo maxime continet cōsuetudo ferēdorū suffragiorū ad creandos præcipue magistratus satis cognosci non poterit nec explicari: nisi Dionysii alicarnasei libros qui de antiquitate romana inscribunt adiuerimus. Tū quæ is de ordine & diuisione graduū inferendis suffragiis tradat: subtilius pēsitā

Creditores Regis Rabirius & amici

tes cum̃ uerbis Liuii contulerimus: Magni momenti res hæc est q̃do frequenter apud historicos & oratores de centuriatis curiatisq; comitiis mentio fiat. Ignoscẽdũ autẽ est Blondo foroliuiensi qui in sua roma triũphãti de comitiis tractans præter ea fere nihil dixit quæ apud Gelium & Pompeiũ festũ legunt: qui duo scriptores uelut per trãsitum: ĩ quo hæc duo comitiorũ genera differrẽt delibarũt. Ea dũtaxat uir nõ indoctus quæ suis tẽporibus cognosci poterãt aperire uoluit: q̃q̃ ex quibusdã Ciceronis uerbis: ut ĩfra dicemus nescio quid quod a ueritate non multũ abest de centuriatis comitiis tradiderit: Nos uero iam explicatius de discrimine atq; ordine ferẽdorũ suffragiorum disseremus: si illud præmonuerimus sub regibus quinq;: hoc est a Romulo ad Seruiũ Tulliũ belli pacisq; munia uiritim facta: Itidẽ & suffragia in comitiis data: quod propriũ fuit curiatorũ comitiorum: Posteaq̃ uero census descriptus fuit distributæq; centuriæ ad certũ numerum oneribus inclinatis a pauperibus in dites: hoc est ut diuites ꝓ copia opum & facultatum onera publica ferrent: qui plus conferebãt in reipu. usum ii in plures partiti cẽturias plura suffragia ferebant: de ordine autem gradu ac numero centuriarũ magis distincte loqui nõ possumus: q̃ per uerba Liuii: quæ oĩa subnotauimus. De Tullio sic scribit. Aggrediturq; inde pacis longe maximum opus: ut quẽadmodum Numa diuini auctor iuris fuisset: ita Seruiũ conditorẽ oĩs in ciuitate discriminis ordinũq; quibus ĩter gradus dignitatis fortunæq; aliquid interlucet posteri fama ferrent. Censum enim instituit rẽ saluberrimã tanto futuro imperio: ex quo belli pacisq; munia nõ uiritim ut ante: sed pro habitu pecuniarum fierent: Tum classes centuriasq;: & hunc ordinem ex censu descripsit uel pace deorũ uel bello. Ex his qui centum miliũ æris aut maiorẽ censum haberent. lxxx. confecit centurias quadragenas seniorum ac iuniorũ. Prima classis oẽs appellati seniores ad urbis custodiã ut presto essẽt: iuuenes ut foris bella gererent: Arma his ĩpata galea clipeus ocreæ: lorica oĩa ex ære: Hæc ut tegumẽta corporis essent: tela in hostẽ hastaq; & gladius additæ huic classi duæ fabrum centuriæ: quæ sine armis stipendia facerẽt datũ munus ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centũ usq; ad quinq; & septuaginta miliũ censum instituta: & ex his senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ centuriæ. Arma ĩpata scutum pro clipeo: & præter loricam oĩa eadem. Tertiæ classis ĩ quinquagĩta milium censum esse uoluit totidẽ centuriæ: & eæ eodẽ discrimine ætatum: factæ nec de armis quicq̃ mutatũ. Ocreæ tantum ademptæ. In quarta classe census quinq; & uiginti miliũ totidẽ centuriæ factæ: arma mutata nihil præter hastam & uerutũ datũ. Quinta classis aucta centuriæ triginta factæ: fundas lapidesq; missiles hi secũ gerebant: In

Marginal notes: Comitia cẽtũriata curiatã — Verbã Liuii — Prima classis — cẽturiæ. lxxx — Duæ cẽturiæ — Scd̃a classis — Cẽturiæ. xx. — Tertia classis — Centu. xx. — Quarta classis — Centu. xx. — Quĩta classis — Centu. xxx.

his accessi cornicines tibicinesq; in tres centurias distributi. Vndecim milibus hæc classis censebatur. hic minor census reliqua multitudinē habuit. Inde una centuria facta est īmunis militia: ita pedestri exerci tu ornato distributoq; equitū ex primoribus ciuitatis. xii. scripsit cē/ turias sex: item alias centurias tribus ab romulo institutis sub iisdem quibus inauguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena milia æris ex publico data: & quibus equos alerent uiduæ attributæ: quæ bina milia æris in annos singulos penderent. Hæc oīa in dites a pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus: nō enim ut ab Romulo traditum cæteri seruauerant Reges uiritim suffragiū eadē ui eodēq; iure ꝑmiscue omnibus datum est. Sed gradus facti ut neq; exclusus quisq̄ suffragio uideretur: & uis omnis penes primores ciui tatis esset. Equites enim uocabant̄ primi. lxxx. inde primæ classis cen turiæ peditū uocabantur. Ibi si uariaret quod raro incidebat ut secun dæ classis uocarent̄. Nec fere unq̄ infra ita descenderēt: ut ad īfimos peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinē qui nunc est: post exple tas quinq; & xxx. tribus duplicato eorū numero centuriis iuniorū se/ niorūq; ad institutā a Seruio Tullio sumā non conuenire. Hæc fere eadem a Dionysio traduntur in libro septimo ubi narrat quo pacto dānatus fuit Martius coriolanus: rem tamen ipsam apertius declarat docetq; qua ratione nullus suffragio exclusus uideretur: & uis oīs pe nes primores ciuitatis esset. Nam quotiens populus permittente se/ natu in centuriatā contionē a consule uocabatur perfectis sacris qui/ busdā ex lege in cāpum martiū: qui ante urbē erat multitudo conue niebat sub centurionibus & signis posita: ut in bello: ferebantq; calcu los: non tamen oēs accipientes: sed per ordines quiq; singulos: qui or/ dines centū nonaginta tres erant in sex diuisi classes: ut supra ex liuio demonstrauimus: q̄q̄ numerus centuriarū siue ordinū non contingat hunc numerū. Sunt enim centuriæ. clxxxxi. ānotatæ. Sed ad præsens negocium hæc numerum discrepantia parum facit: nisi forte præter decem & octo centurias equitum: tres etiam a Romulo īstitutas anu merauerimus. Igitur quotiens nonaginta tres centuriæ idē sensissent tunc in ea re de qua agebatur ferendorum suffragiorum finis aderat neq; amplius dabāt reliquis centuriis sex & nonaginta ferēdos calcu/ los: quod si uariassēt inter se primæ classis cēturiæ: quæ numero erāt nonaginta octo: cōnumeratis in eis decem & octo centuriis equitum tunc secunda classis quæ erat duarū & uiginti centuriarū uocabatur. & tertia classis ac deinceps reliquæ donec idē septem & nonaginta cen turiæ sentirent. Sed persæpe certamina dignitatū & magistratuū finē per eas centurias: quæ primæ uocatæ erāt accipiebāt ita ut non esset opus amplius in aliquo ultimis: Raro autem ita res uariabatur: ut ad

Cēturia una Equitū cētu/ riæ. xviii.

Dionysius a licarnaseus

Ordines siue cēt. clxxxxiii

ultimum usq; suffragium procederetur. Liquido ex his Dionysii uerbis patet quomodo nullus excluderetur suffragio: cũ oẽs centuriæ in campum Martium prodirent: & ius omnium foret ad ferenda suffragia: uis autem ipsa penes primores maneret: hoc est quotiens non uariassent: quorum tamen suffragia nunq̃ adeo uariabantur: ut necesse esset admittere infimæ sortis homines. Hic fortasse quæres cur tantũ septem & nonaginta centuriæ certamina campi deciderent: ad quod dicimus hunc morem habuisse Romanos: qui & etiam ab Atheniensibus (ut Augustinus scribit) seruatus est: ut in iudiciis quotiens pares essent sententiæ iudicum reus absolueretur. In creandis uero magistratibus: & in certaminibus campi: quia paria non poterant esse suffragia: quæ omnia numero erant. clxxxxiii. ubi primum ultra dimidium uentum erat: statim finis imponebatur. Ergo nonaginta septem finem statuebant: cum transcenderent dimidium. Et hæc erant centuriata comitia in quibus suffragia ferebantur: ex censu & ætate. quia centuriæ erant diuisæ bifariam seniorum ad urbis custodiam & iuniorum qui foris bella gererent. Et quia Romanus populus his comitiis non multum aberat ab instructo exercitu: & pro militari munere diuisus erat: ideo dixit Aulus Gelius Centuriata comitia intra pomerium fieri nefas esse: quia exercitum extra urbem imperari oporteat. Intra urbem imperari ius non sit: propterea centuriata in cãpo Martio haberi exercitumq; imperari: præsidii causa solitum: quoniam populus esset in ferendis suffragiis occupatus. Præterea idem auctor tradit maiores magistratus comitiis centuriatis fieri. Cicero quoque quod & Blondus notat: Lucium Murenam defendens ambitus in petione consulatus accusatum inter alia argumenta hoc uno potissimum usus est. Murenam forma omnium grauiore delectum fuisse illo die: quo auspicato comitiis centuriatis Lucium murenam consulem renuntiaui. Erat enim grauissima forma comitiorum: quorum uis omnis penes potentes esset. Curiata uero comitia: quæ per lictorem curiatim calabantur: idest uocabantur ex promiscuo suffragiorum genere constabant. Hæc enim ab Romulo & reliquis regibus instituta fuere: omnisq; Romanus populus ad curiatam contionem uocatus in forum conueniebat: finibusq; quibusdam loca fori cõcludebant: in quibus singulæ curiæ sepatim tanq̃ in septis sistebant̃ uiritim suffragia laturæ: & fere plebiscita & leges curiatis comitiis rogatione trinũdinum facta ferebant̃. In uestra autem Aristocratia ferẽdorũ suffragiorũ hic ordo nõ habet̃. In designãdis autem magistratibus quotiẽs uniuersa cõtio in atriũ amplissimũ coit: per subsellia partiti patritii ad sortẽ electionis prout sors exierit citant̃: quæ diuisio subselliorũ hẽt quippiã simile uocationi tribuũ per septa discretarũ. Ast

Aristocratia Venetorum

quotiẽs dux creat̃:quia magiſtratus ille ſũmus eſt:& ꝑpetuus: Vnus & quadraginta uiri miro ordine:& quod uix fieri poſſet uidet̃ ſorte & conſilio delecti ſtatutũ modũ ſuffragiorũ hñt:nã qui prior quinq; & uiginti ſuffragiorum puncta tulerit:is ſtatim dux ſalutatur: diffi/ciliuſq; eſt ad hunc numerum peruenire:q̃ in generali contione ut di/citis mille ſuffragia tuliſſe:quod ſcilicet grauiore iudicio & maturio re conſilio res tanta geratur. Differunt etiam ſuffragiorum qualita/tes. Nam in quem plura puncta e duobus aut quattuor competitori/bus collata fuerint:is magiſtratui deſignatur: quæ lex in curiatis co/mitiis Romæ ſeruabatur. Aſt in duce creando contentio ſuffragiorũ non admittitur:hoc eſt quis plura tulerit:quod in centuriatis comi/tiis ſeruabatur. Nam cum cõdidatus quiſpiam ſiue is conſulatum:ſi ue præturam:aut quæſturam peteret:ſeptem & nonaginta de quibus ſupra diximus ſuffragia accepiſſet:illico deſignatus habebatur. Pa/tauii:ſi licet maximis minima componere:in creando eo magiſtratu qui ius inter ſcholaſticos dicat:ueſtigia quædam curiatorum & cen turiatorum comitiorum apparent. Nam ſacrarum legum ſtudioſi per nationes quaſi centuriatim diuiduntur: tamen unaquæq; natio unum delegit:cui poteſtas pro omni gente ferendi ſuffragii datur: q uero liberalibus artibus atq; philoſophiæ incombunt: uiritim latis ſuffragiis rectorem (ſic enim is appellatur) creant. Et quia de comi/tiorum ratione multa diſſeruimus:præterũdũ nõ uidetur quid eſſet prærogatiua ſuffragiorum:& quæ prærogatiuæ tribus atq; cẽturiæ dicerentur. Pedianus ait prærogatiuas tribus eſſe:quæ primæ ſuffra gium ferunt ante iure uocatas. Mos enim fuerat quo facilius ĩ comi/tiis concordia populi firmaretur:bina domo de iiſdem candidatis co mitia fieri:quorũ tribus primæ prærogatiuæ dicebant:quos uellent cõſules fieri. Secundæ iure uocatæ ꝗ in his ſequente populo:ut ſæpe cõtigit prærogatiuarũ uolũtate iura oĩa cõplerent̃: hæc elegãtiſſimi & nobiliſſimi interpretis uerba:ut plenius & melius intelligant̃ aliqd a nobis addẽdũ uidet̃:q̃tũ ex Liuio & reliquis hiſtoricis: ubi præro/gatiuæ mẽtio fit cõiicere poſſumus iure uocatæ tribus & centuriæ di cebãt̃:quæ iuſſu cõſulis, aut tribunorũ in cõtioné ueniebãt. Hæ ad fe rẽda ſuffragia uocabãt̃:ut ſupra diximus. Sed anteq̃ ad ſuffragia ci tarentur:nõnunq̃ ſermo in populo habebatur de dignis indigniſue:ut fierent. Cæteri diligentiores ad ſuffragia de his ferẽda:& plerũq; is cã didatus dignitatẽ cõſequebat̃ ĩ quẽ ſermo populi ĩclĩaſſet: diligẽtius q̃doq; mecũ cogitauiſſem ĩ ueſtra rep. ꝑpotẽti & recte ĩſtituta aliqd ge rat̃:ꝗ aliq̃ prærogatiuæ ſimilitudinẽ referat:tãdẽ deprehẽdi eos mã/giſtratus:qui ꝑ ſcrutiniũ deſignant̃ quodãmodo prærogatiuæ more deſignari: Nã ſunt præfecturæ quædã in urbe:quæ ſcrutinio patrum

Prærogatiua ſuffragiorũ

prærogatiuæ tribus

Democratia romanorum
Venetorum Aristocratia
prærogatiua senatus

designatæ mox uniuerso patriciorũ ordine consentiente conferuntur & fere quod patribus placuit hoc uniuersa contio sequitur atq; confirmat: siue leges ferant: siue magistratus demandentur. Est tamẽ aliq̃do ut diuersa a patribus & a senatu cõtio statuat. hic existimamus quod Romani in democratia prærogatiuam dixerunt: id nostris temporibus Venetos in sua Aristocratia scrutiniũ appellare: & ut semel dicam quod sentio quicquid suffragiis uniuersalis contionis confirmandũ atq; ratificandũ est: q̃uis rogati patres id decreuerint: prærogatiua senatus factum dici potest. Ad nostrã sententiã tũ confirmandam: tum apertius declarãdã: quæ Liuius in. xxi. libro scribat: ubi de Annibale loquitur subnotabimus. Quin prærogatiuã militarẽ qua ex templo iuuenis Annibal ĩtra prætoriũ delatus imperatorq; ingẽti omnium clamore atq; assensu appellatus erat: fauor etiam plebis sequebatur. Prærogatiuã militarẽ ĩtelligimus ingentem omniũ clamorem atq; assensum militũ cum Annibal appellatus est imperator: quã mox plebs sequeretur: quæ etiã suo studio suisq; suffragiis illũ imperatorem exercitus factura erat. Tertulianus itẽ in apologetico. Tiberius ergo cuius tẽpore nomẽ christianũ ĩ sæculũ introiuit ãnũtiatum sibi ex Syria palestinæ quæ illic ueritatẽ illius diuinitatis releuauerat detulit ad senatum cum prærogatiua suffragii sui. Senatus quia ipse nõ probauerat respuit: quid enim fuit prærogatiua suffragii Tiberii: nempe quia prius ille decreuerat christum nostrum deũ haberi. Locus hic poscere uidetur: ut de promulgatione legum pauca dissĕramus. Nam leges ipsæ trinundino ferri solitæ erant. nec alio modo rite a iure latæ dicebantur: nisi trino promulgatæ nũdino. Ergo quid esset trinũdinum prius dicendum uidetur. Prisci Romani, ut Varro & Dionysius auctores sunt: ãnũ ita diuiserunt: ut nonis modo diebus: q in agro uersarentur in aliquo opere faciundo urbanas res usurparẽt: reliquis septem ut rura colerent: de quo die intellexisse mihi uidetur Ouidius ĩ fastis cũ ait. Est quoq; qui nono semper ab orbe redit. Ergo nundinis rusticæ tribus in urbem uenientes permutationes faciebãt rerum uenalium litesq; componebant: & de publicis: quorum erant ex lege Domicii: & quæ permitteret ipsis senatus suffragia ferentes ea santiebant. Tunc Tribuni maxime plebis legem promulgabant: diemq; statuebant tertii fori siue trinundini. Nam primo foro legebatur lex. Itidem secundo foro: ast tertio foro cum turba ex agris uenisset rogatio fiebat: ex preco subiciente scriba uerba legis populo recitabat. Tũcq; populus santiebat. Ergo primo & secũdo foro uelut binũdino lex ꝓmulgabat: hoc ẽ ut expõit Põpeius Festus ĩ uulgus edebat. est. n. ꝓmulgare quasi ꝓuulgare: & ut dilucidius rẽ ostẽdamus tẽpore ꝓmulgationis licebat ĩtercedere: cũ uero lata esset nequaq̃: quã

Tertulianus

rem significat Cicero in prima Antonianarũ: hæc dicens aduersus le/ges duas quas Antonius post Cæsaris mortẽ promulgauerat: hoc est de tertia decuria iudicum: Et ut de ui & de maiestate dãnati ad popu/lum prouocarent si uellent. ait enim ac de his tamen legibus: quæ pro/mulgatæ sunt: saltem queri possumus: de his quæ iam latæ dicuntur ne illud quidem licuit. Illæ enim nulla promulgatiõe latæ sunt: ante q̃ scriptæ: quid est ergo quod dixit nulla promulgatõe latæ sũt: nẽpe ꝗ trinũdino populo recitatæ nõ fuerunt: nec licuit illis obsistere: aut contradicere: uel ut magis proprie intercedere. Vnde paulopost ait: loquor de legibus promulgatis: de quibus est integrũ uobis: demon/stro uitia: tollite. denũtio uim: arma remouete: hanc ferendarũ legũ consuetudinẽ maiores quoq; uestri Sanute optime in Aristocratia in/stituerunt. Nam quotiens grauior quædã res tractanda inciderit: de ea prius in curia sanctissima patres rogantur: aliquot dierũ delibera/tione permissa. Postea uero senatusdecretum super ea re fit prout cẽ/suerint prudentissimi uiri: mox uero quæ senatus decreuit ad cõtio/nem uniuersalem delata sciuntur: siue santiuntur: si tamen illud di/uulgari licet: quod superiore anno factum uidimus: ubi lex sumptua/ria lata fuit de moderando præcipue mulierum ornatu: Ea enim lex primum ad patres per principes senatus relata fuit: quam hi mox cũ prærogatiua suorum suffragiorum concioni demandarunt: quæ pa/trum decreta magno studio sciuit.

Legis ꝓmul/gatio

Promulgatio & prærogati/ua apud Ve/netos

Continentur in libro hæc.

Enarrationes Satyrarum Iuuenalis per Geor. M. Alex. ad Federicũ de monte feretro Vrbini ducem inuictissimum.

Aduersus Domicii Commentarios in Martialem ad Marcum Anto/nium Maurocenum.

Annotationes in Ligarianam Ciceronis ad Bernardum Bembum.

Argumentum Epistolarum Ciceronis ad Lentulum: de ui & ordine suffragiorum in centuriatis & curiatis comitiis. Quid prærogati/ua suffragiorum: & quomodo legis promulgatio ad Dominicum Sanutum.

Impressa Venetiis per Gabrielem Petri
Duce inclyto Andrea Vendramino.

.M.CCCC.LXXVIII.

Lector ne te offendant errata: quæ operariorũ indiligentia fecit: (neq; enim oĩbus horis diligentes esse possumus) recognito uolumine ea & corrigere & annotare placuit: quæ alioquin in diuersum sensum trahi possent. Cætera quæ ex praua litterarum positione mendam aliquam uidebuntur habere: ipse per te corriges.

A

Tragœdias a telepho. de legẽ dum est
Syllæ consubant. consulebant
Sãguinẽ esse cõcoitũ. cõcoctũ
Crimen erunt testicia. testieia
Presentaneum locusta cõposuit abundat locusta
Nec faraginẽ. nunc
Quo tẽpoř quĩdecĩ decussis. is
Cõposito attico moř. cõpositio
Qui census quæstoris. equitis
Vim iusticiæ parare. parere

B

Inter scripta cõcubinarũ. stupra
Recte obuolutum. rete
Nuno. nunc
Referent. referrent
Sociũ & latiũ. socios & latinos
Quæ trinundine: trinũdino
Dũ diuersum. in diuersum
Amiculo iuuenis. iunonis
.Q .catuli. deest capitolini
Tum domos. deest si
Dũ in quadrãte. dum tu
¬umini sacrorũ gratam. gratã

C

ab amatoribus suis exieř. exigeř
Phecasos calceos. phecaseos
Flexa tribulatione ligulæ. tubulatione
Aquarum indigna. indiga
Versicolor & numerosa. uersicolore

D

Dominus nero. domitius
Domuilæ ꝓcurator. domicilæ
Qui huiusmõi diuitẽ. apđ deẽ
Ferialis cœna: feralis
Spinertẽ illum. sed inertem
Auerso torente. aduerso
Vt quem aprum. cum
Fustæ ictæ nõ iterimi. ictas
Qui hoc uoluptate. uoluptatis causa
Et pubẽ ubo uẽtre. imo
Hoc est malo hespidum. mala
Scaurus censor. fecit
Cum maiore cubitabat. sonte sorore.

E

Chironomon saltatorem fuisse saltationem
Refibulari iudent. iubent
Qui fibulã sub psonis. fabulã
Icere autem aperiri. uere
Vt filius tradit. ut Gelius
Pudicicia æque. pudiciciæ quæ
Ad bellãda corpa. ad debellãda
Foliato spicato comagẽo ob suauẽ olentiã præcipue mulieres usas tradit paulus: q scriptor iubet ĩfoliatũ mitti nucum putamina adusta atque trita ut nigrius fiat.

F

Põtio meminit Corne. pontiæ
Vel mersa. mensa
Progne thesum filiũ. ithym
Massent ĩ signũ læticiæ. uicissẽt
Stratraria purpura. stlataria

G

Viriatim belli. uiriatini

H

Hoc est ius boeticaꝛ sus
Pro Claudio exponit. candido
Et perque sedulum. perq̄
Nortia potiusq̄ rursum. nur/siam
Apud sequestres deponebatur. deponebant.
Compedes hos. has
Illuc extructum. illic.
A Iuuenale mederi. morderi.
In monte latinio. latmio.
Dictus ē iuppiter. deest īdiges
K
Condita sapia. sapiat
Suæ puligines. puliginis
L
Per pluribus. per uacat
Cum dabatur. condebatur.
Quo modo. quo morbo
Inter encium & chium. ænum
In quo tesseræ. in quem
Leui sacrificatione. scarifica/tione.
M
Dum patres regāt: rogantur
Est apud græcos. esto
Pecora leucopheon. leucophea
Velo subtilissīo accipit. accipi
Conficiam. cōfictam
Ad hunc usū inciditur. incidūt
Midtam. midiam
Contexa. contexta
Directus. dierectus
.l. in quinq;. y.
Est imitatur. imitatus
Coliambus & hipponacteus: deest qui
Per quem usum. & quē usum.
Prisci catimis. catonis
Rubeant. rubeam
In græcam denuntiauit. demutauit
Qui cophon. quid cophon
O
Hic quattuor aures. huic
Quāq̄ super terrā. subter
Chirographiam attulit. chorographiam
Forte apud Lāpridium. deest hæc
Si ueneo. ueneto
Nempe ut facerem. non
P
In uno labore. ut
Quasi in alueo: quas
Illius item. iulius
Sic pubere: ubere
Litteræ υ.φ.χ.ψ.
Loquens domicius depráuātes uerba Plinii sequēs.
Q
Ne illa sub nomine nostro aliq̄do parum emendata. illæ emendatæ.
Quem duo sub tuberones. sub uacat
Cæsare uitā cōcessisset. cæsar
Cīa surripiunt. surripuit
Quam per asserenda. pro
Quare id res poscebat. quia
Et casum: causam
Pro rationem contrariorū: per relationem
Ligario se apponit: opponit
R
Summos uiribus: summis
Vlcisci uoluit: uoluerit
Ex hoc loco trahitur: trahit
Nō reddit corroborādū: deē ad
Non est factio dicēda curia. deest sed
Desident. dissident.